EUSEBII PAMPHILI

HISTORIAE

ECCLESIASTICAE

LIBRI X.

EX

NOVA RECOGNITIONE

CUM

ALIORUM AC SUIS PROLEGOMENIS
INTEGRO HENRICI VALESII COMMENTARIO
SELECTIS READINGI STROTHII ALIORUMQUE VIRORUM
DOCTISSIMORUM OBSERVATIONIBUS

EDIDIT

SUAS ANIMADVERSIONES ET EXCURSUS INDICES
EMENDATOS AC LONGE LOCUPLETIORES

ADIECIT

FRIDERICUS ADOLPHUS HEINICHEN

REV. MIN. CANDIDATUS SOCIETATIS HISTORICO - THEOLOGICAE
LIPSIENSIS SODALIS ORDINARIUS.

TOMUS I.

CONTINENS

LIB. I — IV.

LIPSIAE APUD C. G. KAYSER.

MDCCCXXVII.

VIRO

MAGNIFICO, SUMME VENERABILI, ILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO

CHRISTOPHORO FRIDERICO DE AMMON,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI, AUGUSTISS. REGIS SAXONIAE CONCIONATORI AULICO SUPREMO, SUMMI SENATUS ECCLES. CONSILIARIO, EQUITUM ORDINIS REGII SAXONICI FIDELITER MERITORUM PRAEFECTO, REGII BORUSSORUM ORDINIS AB AQUILA RUBRA DICTI EQUITI ETC.

VIRO

MAGNIFICO, SUMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO

CAROLO CHRISTIANO SELTENREICHIO,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI, SUMMI SENATUS ECCLESIASTICI IN REGNO SAXONIAE CONSILIARIO, AD AEDEM CRUCIS DRESDAE PASTORI, DIOECESEOS DRESDENSIS SUPERINTENDENTI

FAUTORIBUS SUIS AC PATRONIS

OBSERVANTISSIME COLENDIS

ET

VIRO

SUMME VENERABILI, EXCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO, CLARISSIMO, DOCTISSIMO

CHRISTIANO FRIDERICO ILLGENIO,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI HUIUSQUE IN ACADEMIA LIPSIENSI PROF. P. O., SOCIETATUM LIPSIENSIUM HISTORICO - THEOLOGICAE PRAESIDI, SCRUTATORUM LINGUAE ET ANTIQUITATUM GERMANIAE MEMBRO, REGIAE PHILOLOGICAE SODALI HONORARIO

PRAECEPTORI SUO DILECTISSIMO

HANC NOVAM

HISTORIAE ECCLESIASTICAE

EUSEBIANAE EDITIONEM

D. D. D.

F. A. HEINICHEN.

PRAEFATIO.

Cum haud defuturos esse existimem, qui, antequam ad ipsius Eusebii historiam legendam accedant, non solum, quid me potissimum ad novam illius editionem parandam impulerit, sed etiam, quid de eadem recte exspectare sibi posse videantur, a me exponi cupiant, antiquae illi praefandi consuetudini eo magis satis faciundum duco, quo melius ita simul me mihimet ipsi consulturum esse statuo. Cogitabam autem mecum interdum atque animo reputabam, quomodo tandem factum sit ac fiat, ut vel hac nostra aetate, ubi omnium humanarum ac divinarum tanto opere fervent litterarum studia, tamen a longe paucioribus legi soleant eorum scripta, quos *patrum ecclesiasticorum* nomine insignimus. Studium enim illud, quod vocatur, *patristicum* esse satis fructuosum et utile ideoque haud indignum, quod potissimum sacrarum litterarum cultores tractent diligentius, vix quenquam putabam iturum esse inficias, nisi forte eos, qui propterea versare nolint antiquiorum religionis Christianae doctorum libros, quod illi contineant sententias et opiniones dudum antiquatas et ineptas, ad quae non dicam animo sed ipso corpore cohorrescas. Quibus quidem ita dictitantibus, quid possit responderi, facile succurrebat. Neque enim propterea legenda sunt patrum scripta, ut quos illi pro ipsa temporis, quo vixerunt, ratione foverunt, errores et commenta amplectamur, sed ut fugiamus, non propterea, ut

quibus illi saepius constricti tenebantur, ferrea μισολογίας vincla ipsi feramus, sed ut ex iisdem semel expediti, auream verae libertatis evangelicae catenam fortiter teneamus. Similiter si quis eo maxime consilio vellet in illis libris legendis versari, ut aut neglectis plane rebus de verbis potius et minutis particulis tanquam pro aris et focis posset digladiari, aut ut rudem quandam et indigestam rerum diversissimarum molem soli memoriae inculcaret, iste profecto ab eiusmodi lectione absterrendus potius quam ad eam invitandus recte videretur. At enim vero si quis ita ad patrum scripta diligentius versanda sese accingeret, ut religionem Christi et Apostolorum eorumque genuinas sententias, ex illis et illorum quoque auxilio melius cognoscere, ut antiquae ecclesiae historiam, conditionem, fata, mores, instituta inde recte perspicere, ut hominum et omnium, quae vere sunt humana, cognitione animum locupletare, ut splendida psychologiae potissimum luce tristiores illorum temporum tenebras collustrare studeret [1]), eum vero rem minime supervacaneam, sed bonam, sed fructuosam, sed saluberrimam suscipere non possem non equidem iudicare. Itaque iterum mihi cogitanti de studii illius patristici profecto nimium quantum neglecti causis ac quasi quibus-

1) Vid. quae egregie disseruit C. C. Erh. Schmid *empirische Psychologie* §. XIII. 2. p. 47. 72. Ien. 1791. de Wette *über Religion und Theologie* p. 153 sqq. p. 172. ed. II. „*Wenn es wahr ist, dass unsere religiöse Bildung auf der Geschichte ruht, so muss unstreitig auch unsere Theologie historisch seyn. Demungeachtet — — hat sich die Theologie das Recht der historischen Forschung erst erkämpfen müssen, und sieht sich dasselbe noch immer streitig gemacht.*“ ibid. p. 173. „*wir halten sie* (die Kirchengeschichte) *für einen Spiegel, in dem wir uns zu unsrer Warnung beschauen, für ein reiches mannichfaltiges Gemälde des religiösen Lebens, an welchem wir uns erbauen und erwärmen können.*“ ibid. p. 196 sqq. p. 212. „*der Dogmenhistoriker wird sich überall die Aufgabe einer religiösen Psychologie zu stellen haben, welche in die innere Werkstätte der religiösen Ansichten eindringt und die Entstehung derselben im Gemüthe aufzeigt.*“

dam fontibus, ut alia mittam, facilis et expedita illius rei ratio iam in nimia editionum patrum raritate et satis magna earundem mole ac deformitate videbatur mihi contineri. Abditae enim illae editiones maxime in bibliothecis publicis privatisque latent, ex bibliopolarum tabernis pleraeque dudum evanuerunt, ipsa plerarumque indoles a litterarum conditione, quae nunc est, paulo est alienior, externa earum facies avocat magis quam advocat legentium animos. Quid igitur mirum, nonnisi paucos in iis volutandis versari? Quid mirum, Graecorum et Latinorum, qui classici dicuntur et vere sunt, ingenii monumenta unice fere si a Veteris ac Novi Testamenti libris discesseris, vel a Theologiae studiosis coli ac diligi; cum tamen patrum quoque scripta potiora haud indigna videri possint, quae certe primis quasi labris ab iisdem degustentur et delibentur? Cuius quidem rei cogitationem me potissimum commovisse fateor, ut novam parare statuerem historiae Eusebianae editionem. Huc autem accedebat, quod vel Eusebii editiones sunt aut satis rarae aut satis magno pretio parabiles, ut ipsa recentissima *Zimmermanniana*. Denique nec Viris doctis prorsus ingratam fore novam hanc editionem sperabam ac spero. Sed hoc ipsum monet, ut de editionis huius forma atque indole ea, quae necessaria videantur, subiungam. Ac primum quidem novam textus Eusebiani *recensionem* exhibere, cum novis criticis subsidiis prorsus essem destitutus, non potui, imo Valesianam plerumque sequendam duxi [2]), eandem tamen ut vel in eo certe ne plane *ἀσύμβολος* essem, ita *recognitam*, ut potiores lectiones et observationes Strothii excerperem, saepius de huius et Valesii lectionibus ferrem iudicium, ubi uterque mihi lapsus videbatur, exponerem, certissimas

2) Cur Strothii textum non subiecerim, vid. in *Notitia codicum, editionum et translationum historiae ecclesiasticae Eusebianae*, quae sequitur hanc praefationem.

Strothii emendationes, interdum etiam tum a Valesii tum a Strothii lectionibus diversas reciperem [3]), denique, ubi Valesius quae sine controversia meliora sunt, ipse voluit exhibere, at non exhibuit, ea restituerem; ut VI, 41. 44. Ubi Strothius cum Valesio aut consentit aut varians lectio mihi visa levior, nihil addidi, sed semper, si a Valesio ipse recessi, significavi, quod vel propterea opus erat, quia Valesius saepius lectionem quandam in animadversionibus suis alii praefert, neque tamen in textum recepit, unde ipse pluribus locis a Valesio dissentire videri possem, ubi consentio neque vero tam certam putabam lectionem, ut in ipso textu esset exhibenda. Praeterea vero maxime in eo elaboravi, ut interpunctio cum apud Strothium tum apud Valesium saepe minus recta, fieret rectior, quod quidem non displicebit iis, qui haud levioris momenti illud esse meminerint. Haec quidem de textu monita sint. Iam vero tanquam κειμήλιον vere aureum ipsi statim textui subiiciendum curavi praestantissimum illum *Valesii*, quo viro nullum, puto, doctiorem tulit Gallia, paucos pares, commentarium eundemque, qualem sola editio Readingiana exhibet, integerrimum [4]). Quod si cui forte minus probetur, illius epitomen potius expetens, iste velim cogitet, me timuisse, ne plures hoc improbaturi

3) In his critici muneris, quas fortasse saepius etiam poteram ac debebam sumere, partibus memor esse maxime studui egregiorum praeceptorum quae praeeunte Griesbachio proposuit *H. E. G. Paulus Commentar über das Neue Testament* Tom. I. pag. XXVII — XXXIX edit. II.

4) Tradendum tamen erat operis exemplum Moguntinum, cum Readingianum eo consilio non posset acquiri. Inde factum est, ut unum additamentum editionis Readingianae omitteretur, ex qua singula non sine labore erant antea transscribenda. vid. *Corrigenda et Addenda*. Plura non deesse spondere me posse existimo non minus quam ipsius Readingianae editionis Corrigenda in usus meos converti. De Valesii commentario vel nostra aetate satis digno, qui typis denuo imprimatur vid. *Schroeckh. christliche Kirchengeschichte* Tom. I. p. 150.

sint et malle dicere indices, adesse, quae abesse, quam abesse, quae adesse debeant. Quod denique ad meas animadversiones pertinet, sigla *H.* ab aliorum semper distinctas, in iis non solum, ut iam monui, saepius tetigi, quae ad crisin pertinere viderentur, sed etiam illud efficere studui, ut tum rationes graviores linguae a Valesio paulo magis neglectae, quantum eius fieri poterat, explicarentur et patefierent [5]), tum res quas inde a Valesii temporibus Viri docti vel rectius perspexerunt vel copiosius exposuerunt, certe gravissimas supplerem, selectis et in brevius contractis, quae iusto fusius *Readingus* ex variis aliorum, maxime *Pagii*, *Pearsoni*, *Cavei* scriptis addiderat, neque operibus recentioribus et recentissimis aliorum Virorum, quo-

---

5) Potissimum operam dandam mihi esse censui, ut tum in quibus discreparet tum in quibus consentiret patrum ecclesiasticorum oratio cum veterum Graecorum et Novi Testamenti scriptorum dicendi genere, magis minusve exponerem. Hinc maxime in verborum indicem formas et locutiones tum bonas et probatas tum insolentiores et prorsus obsoletas recepi ac *Lobeckii* inprimis et *Suiceri* libros eo consilio diligenter laudavi. Ceterum ne ad crisin verborum in patrum scriptis exercendam iusto plus auctoritatis tribuamus notae illi regulae quam sine accuratiori eius definitione proposuit ***Paulus*** in: *Wissenschaftlicher Ueberblick der Grundregeln jeder philologischen, besonders aber der biblischen Kritik* pag. XLIV. 33. (qui conspectus praemissus est, ut iam monui, primae parti Commentarii in N. T.) „*Für einen **barbarischen** Schriftsteller z. B. sind Barbarismen angemessener* (*concinnius quid*) *als Reinheit der Sprache*," illud puto vetari iis, quae ipsorum patrum docet lectio et vere monuit ipse *F.* ***Thiersch.*** *Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts* §. 9. p. 12. 4. ed. III. „*Während die Dialekte aus dem Schriftgebrauche verschwanden, bestand noch bis in das* 15. *Jahrhundert herab, **besonders am Hofe von Constantinopel**, der Gemeine, das* κοινὸν (cf. ibid. p. 11. 2.), *als die Sprache der Gebildeten, ungeachtet im Munde des Volks besonders, seit Einführung des Christenthums das alte Griechisch allmählig verdarb. Denn die Gelehrten (Sophisten, Rhetoren, Grammatiker und **selbst Kirchenväter**) waren bemüht, **durch fortdauerndes Lesen und Nachahmen der Attiker** die Sprach-Reinheit selbst gegen den Einfluss zu bewahren, **den das kirchliche Griechisch ausübte.***"

rum in hoc studiorum genere splendida fulgent nomina, ut *Ittigii, Moshemii, Crameri, Schroeckhii, Augustii, Hugii, Gieseleri, Neanderi* neglectis, nec germanica Eusebii, quam *Strothius* fecit, interpretatione spreta. Quanquam caeca quadam fide me nunquam iis esse assensum, affirmare mihi posse videor eodem modo, quo egregiis *Moelleri* 6), *Danzii* 7) et *Kestneri* 8) de Eusebio disquisitionibus multum me debere, grata mente profiteor, in eorum verba me iurasse nego, imo ubi cuius sententia sit praeferenda, non satis certus eram, simpliciter laudare eorum libros malui, quam temere vel affirmare vel negare. Minus quam volui, uti potui novissima, quae prodiit, de Eusebio scriptione *Reuterdahlii* 9),

---

6) *De fide Eusebii Caesareensis in rebus Christianis narrandis dissertatio inauguralis*, Havniae 1813. 8. repetita in Tom. IV. Bibliothecae Theologicae ab eodem Moellero editae et in: *Stäudlin und Tzschirner Archiv für alte und neue Kirchengeschichte*. Tom. III. Fasc. I. 1816. Huius horrei paginas secutus ipse laudavi Moelleri librum. —

7) *De Eusebio Caesariensi historiae ecclesiasticae scriptore, eiusque fide historica recte aestimanda disputatio historico-ecclesiastica*, Ienae 1815. 8. Pars prior. —

8) *Commentatio de Eusebii historiae ecclesiast. conditoris, auctoritate et fide diplomatica sive de eius fontibus et ratione qua eis usus est*, Gottingae 1816. 4. Est haec scriptio iusto ornata praemio. —

9) *De fontibus historiae ecclesiasticae Eusebianae*, Londini Gothorum, ex Officina Berlingiana 1826. Non sine exspectatione in manus sumsi hunc Reuterdahlii novissimum de Eusebio libellum. Sed, ut libere dicam, quod sentio, spes me fefellit. Vituperat V. D. l. l. p. 3. omnes suos decessores, Moellerum, quod *qualis scriptor potius, quam cuius originis ea, quae scripserit* (Eusebius) *disquisivit*, Danzium, quod *fontes obiter tantum enumerat, omissa omni rerum, quae ex iis haustae sunt, accuratiori contemplatione*, Kestnerum, quod *omnia generatim maximam ad partem* ab eo tractentur, *nulla vel exigua tantum rerum singularum ratione habita*. Ipse contra Reuterdahlius *historicorum* (Eusebii) *quorundam examen instituere voluit* (p. 4.) *et non tantum* (?) *cum Moellero et Danzio ad historicum, sed potius ad historiam, non tantum* (imo plane non) *cum Kestnero ad fontes, sed etiam ad res ex fontibus derivatas respicere*, neque quaerere *generatim, cuius fidei scriptor habeatur Eusebius, nec summatim quos et quales duces fuerit secutus, sed singulatim, quacunque re vel saltim*

Fac. Theol. Lundensi E. O. Adiuncti. Sed non solum animadversiones, verum etiam excursus nonnullos calci

---

in quocunque rerum genere cui auctori adhaeserit. Iam vero si quis tot ac tanta rite praestaret, is profecto palmam tulisse in hoc genere videri deberet. At primum notandum est, quod Triumviri illi accurate et docte pertractarunt, et nec se neglecturum dicit Reuterdahlius, eum tamen prorsus fere neglexisse. Nihil enim egit, nisi ut singulae narrationes et notitiae Eusebii in capita quaedam coniectae ex quo fonte fluxerint, pateret. Quod quidem facillimo negotio absolvi poterat, Eusebius enim ipse tanta diligentia fontes unde singula quaeque hausit, indicavit, ut ad hoc videndum plerumque nihil opus sit, nisi Eusebium ipsum legere. Quae haud dubia causa erat, cur de hoc, quod Reuterdahlius fecit, faciendo Triumviri illi non cogitarent. Ubi enim non indicavit ipse Eusebius fontes suos, aut facili coniectura illud assequi possumus, aut in medio res relinquenda, id quod non semel fecit ipse Reuterdahlius (cf. l. l. p. 13. 25. 76 extr. 82.). Deinde vero, quod dicit V. D., duplici via suum propositum singulatim videndi, in quocunque re quem vel quos auctores Eusebius sit secutus, potuisse absolvi, ita quidem, ut aut fontes prius indagarentur cum Kestnero et quae res ex iis provenerint, exquirerentur, aut prius res ante oculos ponerentur, et tum, unde sint derivatae, exploraretur, illud quomodo potuerit dicere (p. 4.), intelligere equidem non potui. Quod si quis singulari quodam libello, quod Reuterdahlius fecit, unde singula sua hauserit Eusebius, fontes enumerare velit, eum patet nonnisi ultima via cum V. D. posse ingredi. Quomodo enim, si quis *illud consilium* teneat, fontes Eusebianos prius indagare possit, nulla facta antea rerum ab eo narratarum mentione? At Kestnerus quidem, quem minime taxare possunt illa verba Reuterdahlii, antea de fontibus Eusebii disserere et poterat et debebat. Neque enim singulos illos simpliciter et quot Eusebius sigillatim secutus sit, indicare voluit V. D., sed *de fontibus ipsis* (quos ipse Eusebius iam attulerat) *eorumque pretio historico* ante omnia agere, ut *quales* fuerint illi, pateret, unde *auctoritas* pendet Eusebii, deinde de *ratione qua illis usus sit Eusebius*, videre, unde *fides eius historica* eluceat (vid. Kestner. l. l. p. 2.). Ex his a me disputatis effici puto, suam adhuc stare Triumvirorum nostrorum commentationibus vim ac dignitatem summam et Reuterdahlii libellum, quamvis non plane negligendum, quia tum faciliori cuidam oculorum conspectui subiicit eos, quos *in singulis rebus* Eusebius sequi voluit, fontes, tum nonnulla sane insunt accuratius exposita et ante nonnisi breviter tacta, passim a me fuisse usurpandum, quod vere feci. His vero non nego, in singulis singulos illorum scriptorum esse praeferendos et nomina-

historiae Eusebianae addere placuit in eiusmodi locos, de quibus paulo plura monenda videbantur, quam quae ipsi textui in largissima observationum Valesianarum copia et quasi quadam sylva commodo possent subiici. Qui si certe non prorsus inutiles videbuntur iustis laboris mei iudicibus, vehementer laetabor. Denique indices Valesianos tum auxi tum emendavi et indicem verborum ita refinxi, ut profecto novus haberi possit, id quod vel levis unumquemque docebit comparatio. Ceterum *Valesii de vita et scriptis Eusebii diatriben* et *veterum ac recentiorum de Eusebio testimonia*, quae haud iniucunda fore putabam harum litterarum studiosis, adiectis nonnullis annotationibus, praemisi. Interpretationem vero eiusdem Valesii latinam, quamvis illam colore vere Romano plerumque tinctam et bonam, tamen omittendam duxi, tum ne libri moles nimium augeretur, tum quia sine ea commode intelligi posse videbatur Eusebius. Laudavi tamen eam subinde in notis tum, cum aut Valesius in commentario suo eam respexit, aut alia de causa illam memorabilem esse censui. Animus quoque primum erat, exhibere singulas Stephani, Valesii, Christophorsoni ac Strothii praefationes, sed consilium istud serius abieci propterea, quod gratius fore putabam, accuratam earundem epitomen quam illas singulas non sine quodam labore et taedio, quia quominus ita multa bis legerentur, non poterat impediri, perlegere. Itaque *Notitia codicum, editionum et translationum Eusebii* inopiam illam resarcire studui, in qua nihil gravioris momenti ex praefationibus illis lectores desideraturos esse confido. Quae vero ex Strothii praefatione ibi nondum leguntur (cf. Stroth. praef.

---

tim Moellerum, ubi de fide Eusebii historica agitur, saepius minus sine ira et studio iudicasse, quam potissimum Kestnerum, ideoque illas scriptiones simul esse usurpandas. Videantur, si placet, iudicia de iis prolata in: *Göttinger gelehrte Anzeigen* 1817. Fasc. 136. p. 1353 sqq. et: *Leipziger Litteraturzeitung* a. 1815. N. 224. 225.

p. VI — VIII.) vel in excursu quodam suo loco invenientur. Restat autem iam, ut compendia quaedam scribendi, quibus vel Valesius vel ipse passim usi sumus, significem fere haec:

Bong. significat	Bongarsium.
Cast.	Codex Castellani.
Cph.	Christophorsonus.
Curt.	Curterius.
Fuk.	Codex Fuketianus.
Genev.	Editio Genevensis.
Grut.	Gruterus s. Codex Gruteri.
Ien.	Codex Ienensis.
Maz.	Codex Mazarinaeus.
MG.	Margo Genevensis editionis.
Med.	Codex Medicaeus.
Mor.	Moraeus s. Codex Moraei.
MSt. vel *MS. Steph.*	Manuscriptus Stephani.
Nic.	Nicephorus.
Reg.	Codex Regius.
Ruf.	Rufinus.
Sav.	Codex Savilianus.
Sched.	Schedae regiae.
Steph.	Stephani editio.
Str.	Strothius.
Sync.	Syncellus.
Turneb.	Turnebus.
Val.	Valesius.
Vat.	Codex Vaticanus.
Venet.	Codex Venetus.
(.....)	In his lectio probabiliter exstat.

Ceterum ut ab omnibus vitiis typographicis immunis esset haec editio, ipse summa cura et diligentia studui, sed vel

ita nonnulla certe quominus in eam irreperent σφάλματα, in paulo maiori ipsorum typorum, quibus utendum erat, gracilitate, qua tamen non offendantur legentium oculi, impedire haud licuit. Itaque potiores ex illis naevis, qui ante Eusebii lectionem ut corrigantur, humanissime rogo, suo loco indicavi. Nihil autem habeo, quod addam, praeter illud unum, si vel paulum haec editio Eusebii historiae ecclesiasticae, cuius ipsius parentem illum iure tuo vocaveris, studium illud patristicum excitaverit, et si prae Valesianae doctrinae exquisita copia beataque Valesiani ingenii ubertate certe non nimium quantum et ubivis sordeat tenuis ac vulgaris meae eruditionis atque acuminis mediocritas, satis magnos laboris fructus tulisse me mihimet ipsi esse visurum. Ita valeant lectores, et haec mea studia si non prorsus improbaverint, reliquorum Eusebii scriptorum editionem simili ratione instructam aliquando exspectent. Ceterum peritorum et aequorum laboris mei existimatorum monita gratissima mente me esse accepturum testor.

Scribebam Lipsiae cIↃIↃCCCXXVII.

Fridericus Adolphus Heinichen.

NOTITIA

CODICUM, EDITIONUM ET TRANSLATIONUM

HISTORIAE ECCLESIASTICAE EUSEBIANAE.

I. *Codex Regius* ita a Valesio appellatus, quod bibliotheca regia Francisci I. eum subministravit. Scriptus est, ut videtur, seculo XIII. charta bombycina, et praeter Eusebii historiae ecclesiasticae libros X. eiusdem libros IV. de vita Constantini continet, quibus subiungitur huius ad coetum Sanctorum oratio. Singulis libris, primo excepto, capitum index praemittitur. Exstat in bibliotheca regia, numero 1436 notatus. Exhibet autem ille peculiarem quandam textus recensionem, haud quidem optimam, ut censet Strothius, at satis antiquam, atque ab ea, quae deprehenditur in Codd. Maz. Med. et Fuk. mirum quantum discrepantem, adeo ut eius cum his consensus magnam lectioni alicui fidem praebeat. Saepe cum Rufino, saepe quoque cum Nicephoro consentit, ac tum plerumque veram lectionem exhibere credendus est teste Strothio, qui simul animadvertit scatere eum pluribus mendis, glossis et sciolorum quorundam additamentis, maxime in primo libro.

II. *Codex Mazarinaeus*, membranaceus, elegantissime et emendatissime scriptus teste Valesio, Cardinalis Iulii Mazarini, et eodem Valesio iudice seculi X., atque omnium quos viderit, longe vetustissimus atque optimus. Quotquot enim emendationes in aliis exemplaribus repe-

riantur, eas codicem illum omnes exhibere, multo vero alias in eo haberi emendationes, quas in aliis exemplaribus non reperias. Quod quidem iudicium quamvis paulo temperare studeat eo Strothius, ut laude huius codicis Mazarinum, apud quem Valesii aetate summa rerum in Gallia erat, adulari nonnihil voluerit Valesius, tamen ipse profitetur, magnam optimarum lectionum copiam hunc codicem suppeditare, eumque quasi ducem alterius familiae, ac certe eorum quos ad hanc pertinentes noverimus, optimum esse. Idem V. D. plerumque cum eo facere testatur Med. Fuk. et Sav., cum ceteris eandem recensionem exhibentibus; quando vero ab iis discedat, semper fere meliorem eum tenere lectionem, quare non solum membranae sed etiam textus antiquitas ei tribuenda sit; qua certe reliquos huius familiae non minus ac bonitate superet. Additamenta et glossemata codicis Regii plerumque in eo desiderari. Exstare eum videri hodie in bibliotheca regia sub numero 1480, ubi in catal. bibl. reg. haec legantur: „Codex membranaceus, olim Mazarinaeus. Ibi continentur Eusebii historiae ecclesiasticae libri decem. Pauca quaedam initio desiderantur. Folium primum alio pertinet, fortasse ad homiliam aliquam in illud evangelii: *Pater maior me est.* Is codex, qui nondum collatus est, decimo saeculo videtur exaratus.“ Sed nihilominus hunc ipsum codicem unum eundemque esse cum Mazarinaeo Valesii putat Strothius, quum fieri potuerit, ut post Valesii tempora folium aliquod aut folii particula periret, neque qui catalogum fecit, in eo quod hunc codicem nondum collatum putaret, satis accuratus esset, cuius generis plura deprehendantur vestigia. Ceterum scholia quoque ad latus interdum habere illum codicem apposita, nunc antiqua, nunc recentiore manu, monuit Valesius, idemque in adnotationibus suo loco eiusmodi exhibuit. Multa denique in optimo illo codice observanda sunt teste eodem Valesio, partim in accentibus, partim in distinctione seu interpunctione. De illis, saepe in illo

aevi vocabula, quae in reliquis habeant circumflexum v. c. κλέος et κάλεαρ. Contra σφίσι, in aliis codicibus acuto notatum accentu, in illo circumflecti, quod rectius videatur. De distinctione s. interpunctione, esse illum codicem adeo accurate distinctum, ut totam distinguendi rationem ac scientiam ex hoc uno possis cognoscere, ut qui ipsi utilitatem ac necessitatem mediae distinctionis patefecerit [10]). Qua tamen in re Valesio nec Strothius nec ipse potui assentiri. Illud praeterea in illo codice observandum esse dicit V. D.; quotiescunque plena distinctio s. τελεία στιγμή sit in aliqua linea apposita, primam sequentis lineae litteram extra reliquarum ordinem conspici, et exteriorem marginem subradere, idque esse indicio; novum caput aut novam periodum inchoari post finalem illam distinctionem. Idem se in aliis scriptis codicibus observasse, et in veteribus schedis bibliothecae Regiae, libros Eusebii de vita Constantini continentibus.

III. *Codex Medicaeus*, ex bibliotheca Medicaea, quae nunc in Regiam translata, uno eodemque Regiae bibliocae vocabulo censetur teste Valesio, numero 1434 insignitus atque X. historiae eccl. libros continens. In charta scriptus atque in catalogo infimae aetatis seculi XVI. dictus, ut notat Strothius, ex optimo tamen exemplari et ab erudita manu descriptus iudice Valesio. Alterius quidem familiae esse codicem istum et propinquitate ad Mazarinaeum et Fuketianum proxime accedere, haud paucas tamen etiam singulares lectiones, saepius vero reiiciendas continere tradit Stroth.

IV. *Codex Fuketianus*, ex bibliotheca Nicolai Fuketii, quem generalis in Senatu Parisiensi procuratoris officium gessisse et praefecturam simul regalis aerarii administrasse refert Valesius. Eundem esse hunc codicem, qui in bi-

---

10) Vide hac de re plura disserentem Valesium praefat. p. IX-XI. cf. p. VII. extr.

bliotheca regia numero 1436 notetur, ibique *Tellerianus* dicatur, inde coniecit Strothius, quod Fuketii libris anno 1667 publice venditis in bibliothecam Mauritii Telleri, archiepiscopi Rhemensis illum pervenisse putat, qui vir deinde libros suos MSS. bibliothecae regiae obtulerit. Certe quem in libris de vita Constantini Fuketianum codicem appellet Valesius, ac qui in biblioth. regia sub numero 1438 latere videatur, similiter ibi Tellerianum dici: Chartaceum atque saeculo XVI. scriptum vocari in catalogo, ad eandem familiam cum Maz. et Med. pertinere, at fere semper vel cum utroque horum vel cum alterutro consentire. Interdum quoque singulares exhibere lectiones, rarius quidem quam Med. saepius tamen quam Maz. et tum plerumque easdem exstare quoque in codice Saviliano.

V. *Codex Savilianus.* Ita appellavit cum Valesio Strothius exemplum editionis Stephanianae, cum codice MS. ab Henrico Savilio collatum, quem codicem in charta bombycina scriptum hic idem vir bibliothecae Oxoniensi, ut ait Valesius, donavit. At cum Oxoniae plures sint bibliothecae, nescire se fatetur Strothius cui donaverit Savilius illum codicem, eundem inter libros Savilii, qui nunc sint in bibliotheca Bodleiana, frustra a se quaesitum. Savilium vero non omnes istius codicis lectiones ad marginem editionis Stephanianae apposuisse sed nonnisi quas bonas et certas esse crederet, quasdam etiam lectiones ab Iacobo Usserio, qui editionem Steph. cum emendationibus codicis Savilii ipsi ex Anglia miserat, ex illo codice proferri, a Savilio praetermissas, et hunc ipsum saepe quoque lectionibus Christophorsoni usum esse, animadvertit Valesius. Continet codex ille fere semper easdem lectiones, quae inveniuntur in codice Fuk., monente Strothio.

VI. *Schedae Regiae.* Ita appellavit Valesius chartas, per quaterniones quidem digestas sed dissolutas neque in codicis modum compactas, in bibliotheca Regia sub numero 414 exstantes et praeter Eusebii libros de vita Con-

stantini, huiusque orationem ad coetum sanctorum, Gelasii Cyziceni historiam concilii Nicaeni, deficientibus tribus prioribus capitibus, et Eusebii historiae ecclesiae librum primum, cuius tamen finis desideratur, continentes. Cur Valesius eas passim veteres ac vetustas schedas vocet, cum tamen in catalogo saeculi XVI. dicantur, Strothius se nescire dicit. Idem monet videri illas prioris recensionis esse, quia cum cod. Regio plerumque consentiant. Priorem tamen recensionem se dicere non temporis ratione habita, sed ordinis et distinctionis causa, neque eam antiquiorem altera significantem. Schemate apposito accuratius sententiam suam definit Strothius hoc:

Eusebii historiae ecclesiast.	*editio prior*, Rufinus.	
	editio posterior, codd. graeci superstites.	*recensior prior*, Reg. Sched. Steph.
		recensio altera, Maz. Med. Fuk. Sav.
		recensio mixta, ad alteram tamen propius accedens. Grut. Cph. etc.

VII. *Codex Gruteri* seu potius Palatinus, nunc Vaticanus, monente Strothio, qui simul eo usum esse Gruterum ex Ian Gebhardi antiquis lectionibus sese didicisse dicit, ubi etiam nonnullae codicis Palatini lectiones referantur cum Gruterianis prorsus consentientes. Atque cum inde, tum ex eo, quod hae lectiones persaepe conveniant cum codd. Maz. Med. et Fuk., certos nos esse posse, illas non esse coniecturas *Gruteri*, sed vere ex cod. MS. haustas. Magni momenti illum codicem esse, magnam optimarum lectionum copiam continentem, ad neutram recensionem pertinere, quamvis ad alteram propius quam ad priorem accedentem, quam plurimas singulares lectiones exhibentem, idem refert Strothius. Neque tamen Gruterum omnes eius varietates exscripsisse videri; unde in iis locis, ubi nihil

ex eo notatum sit, haud satis constare de aliis cod. lectione.

VIII. *Christophorsoni lectiones.* Harum, ut monet Strothius, ingens est copia, maximam vero certe earum partem ex variis codd. MSS. profectam esse, ut ex consensu earum cum reliquis MSS. appareat, easdem vero ad tertiam seu mixtam recensionem pertinere. Immixtum simul esse praeter magnam illam singularium lectionum copiam magnam emendationum multitudinem vel ex aliis libris ab Eusebio citatis, ut Iosephi, Philonis, Iustini, Clementis petitarum, vel ex mera Christophorsoni coniectura profectarum, nulloque signo a lectionibus librorum MSS. distinctarum. Inde magnam in eorum usu adhibendam esse cautionem, et nisi vel adstipulantibus codd. vel legibus criticis aperte iubentibus, earum lectionum auctoritate textum non mutandum.

IX. *Codex Venetus.* Ita appellavit Strothius varias lectiones exempli editionis Roberti Stephani, quod nactus erat et ad cuius marginem illae essent notatae. Ad earum enim primam alia, ut videtur, manus adscripserat has varias lectiones esse desumtas e codice quodam Veneto, qui tamen qualis sit, Strothius nescit. Videri autem pertinere illum ad alteram recensionem, ac plerumque cum Maz. Med. et Fuk. consentire, rarissime singulares lectiones exhibentem.

X. *Codex Turnebi.* Hic quoque nihil est nisi exemplum editionis R. Stephani, ab *Hadriano Turnebo* diligenter cum codd. Reg. et Med. et in libris de vita Constantini cum MS. Anglicano collatum. In iisdem libris ubi plerumque consentiat cum cod. Fuk., multum inde praesidii peti posse ad textum corruptum restituendum, affirmat Strothius.

XI. *Codex Mordei*, exemplum similiter Steph., a Vulcobio cum MSS. collatum, quod quoniam *Renatus Mordeus* Medicus Parisiensis ei commodaverat, codicem Moraei voca-

vit Valesius. Continet ille liber praeter emendationes quae in libro Turnebi habentur, perpaucas alias.

XII. *Bongarsii lectiones.* Unde eas hauserit Iacobus *Bongarsius*, ipsi non constare, neque vero illas esse contemnendas; saepe convenire cum aliis codd., saepe etiam plane singulares esse, neque ad priorem neque ad alteram recensionem commodo posse referri, scribit Strothius.

XIII. *Manuscriptus Stephani.* Sic appellat Strothius variarum lectionum farraginem, quam R. Stephanus editionis suae calci adiecit sub titulo: *Διαφοραὶ ἐν τοῖς παλαιοτάτοις ἀντιγράφοις εὑρεθεῖσαι.* Omnes fere ex cod. Med. esse desumptas, perpaucas e cod. Reg., unde de illorum pretio facile ferri possit iudicium.

XIV. *Margo Genevensis editionis.* Hoc nomine vocavit Strothius omnes illas lectiones, quae margini huius editionis sub solo signo *γϱ.* vel alias nullo adiecto nomine additae sunt. Longe maximam earum partem desumtam esse ex Manuscripto Steph. Quare Med. MSt. et MG. plerumque non pro tribus testibus sed pro uno habendum esse. Quas interdum exhibeat lectiones MG. singulares, eae unde desumtae sint, nescit, maiori tamen has usui esse reliquis, iudicat Stroth.

XV. *Codex Ionesianus*, exemplum editionis Stephanianae, olim *Merici Casauboni*, qui varias lectiones margini adscripsit, postea *Ioannis Iones* Angli, qui cum *Readingo* illud communicavit. Nulla lectionum huius Codicis e codice MS. profecta videtur, sed omnes fere, monente Strothio, ex margine edit. Genev. desumtae sunt, ac plerumque fere Christophorsoni lectiones in eo deprehenduntur, ut ex perpetuo eius cum isto consensu appareat. Quodsi quae est lectio singularis, quae tamen perraro adsit, videri illam coniecturae Casauboni tribuendam. Inde patere, nullius fere pretii esse illum codicem.

XVI. *Codex Castellani*, melioris notae quam Iones., et plerumque cum codice Gruteri seu Palatino consentiens, ita ut uterque ex eodem fonte fluxisse videatur, unde eius lectiones minime sint spernendae.

XVII. *Codex Vaticanus* a quodam Valesii amico, ut videtur, nonnullis locis inspectus; sed quis sit ille codex, Valesius non dixit, nec Stroth. scivit.

XVIII. *Curterii lectiones* in libris Historiae ecclesiasticae duobus modo locis in margine edit. Genev., pluribus vero in libris de vita Constantini reperiuntur, monente Strothio. Idem praeter eos, quos adhuc commemoravimus, codd. de aliis quibusdam exposuit a nemine excussis his:

A. In *Gallia* praeter nominatos codd. adhuc reperiuntur

a. Codex membranaceus, olim Colbertinus, nunc num. 1431 continens historiam ecclesiasticam, cuius tamen desiderari libri VII cap. 15 et 16, et orationem de laudibus Constantini. Sec. XI. habetur, *Montefalconio* tamen in *palaeogr. graec.* p. 46. ad Sec. X, eum, quem elegantissimum appellat, referente, atque eius ope editionem multo emendatiorem prodire posse creditur.

b. Codex bombycinus, olim Gallandianus, nunc num. 1432 continens praeter historiam ecclesiasticam, cuius singulis libris excepto primo et ultimo praefixus est capitum index, et orationem de laudibus Constantini, etiam libros IV. de vita Constantini. Manu Longini Monachi (de quo vid. *Montefalcon.* palaeog. gr. p. 65.) Sec. XIII extr. scriptus est.

c. Codex membranaceus, olim Colbertinus, nunc num. 1433, quo continentur Eusebii historia ecclesiastica, cuius libri primi capita IV. priora cum initio quinti desiderantur; eiusdem libri de vita Constantini; et inde a capite 24. lib. II. Theodoreti hist. eccl. Sec. XIV scriptus dicitur.

d. Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus, nunc num. 1426 continens historiam ecclesiasticam, cuius libri primi capita quinque priora cum dimidia fere sexti parte desiderantur. Sec. XV scriptus dicitur.

B. In *Italia* Romae praeter Vaticanum nonnullos alios historiae eccles. codices exstare dicit Strothius, neque tamen de iis satis est certus. Florentiae vero in bibliotheca Laurentiana duos Eusebii codices reperiri. Similiter in bibliotheca monasterii Annuntiatae inveniri codicem bombycinum Sec. XIV, quo continentur historiae eccl. libri quidam initio mutili. Nihil esse in bibliothecis Patavinis et Mediolanensi, sed Venetiis tres reperiri. Nempe α. Codex membranaceus Sec. XV, foliorum 370, sub numero 337 praeter Eusebii historiam etiam reliquos Hist. eccl. scriptores omnes continens. — β. Codex num. 338 membranaceus, Sec. X, foliorum 303, in quibus praeter Eusebii historiam nonnulla alia insunt. — γ. Codex 339, chartaceus, Sec. XIV, foliorum 282, praeter Eus. hist. eccl. eiusdem orationem de laudibus Constantini et libros de vita huius, ubi pro libro V huius vitae numeratur Constantini oratio ad coetum sanctorum ut in editione Stephani, denique Socratis historiam eccles. continens. Horum trium codd. lectiones nonnullas intercedente *Villoisonio* accepturum se esse speravit Stroth.

C. In *Hispania* duo MSS. Eusebii haberi refert Stroth. in bibliotheca Scorialensi, in quibus vita Const. et posteriores H. E. libri contineantur.

D. In *Anglia* reperitur 1. Codex hist. eccl. in bibliotheca Bodleiana num. 2278 secundum *Bernardi* catalogum. — 2. Codex Norfolcianus, inter codices huius bibliothecae num. 546, inter MSS. Angliae 3445. — 3. Codex bibliothecae *Iacobaeae* num. 195, nisi forte, ut plurimi alii bibliothecarum Angliae codices qui Eusebii dicuntur,

ita hic quoque non Eusebii sed Rufini sit[14]). — 4. Excerpta ex Eusebii hist. eccl. inter codd. Baroccianos num. 142. — 5. Synopsis hist. eccl. Eus. inter codd. Bodleianos num. 2408.

E. In *Batavia* ad Eusebium adiuvandum nihil esse videri, praeter *Bonaventurae Vulcanii* emendationes in Eusebii hist. eccl. et vitam Constantini pariter atque in reliquos hist. eccl. scriptores, quas haberi refert Strothius in MSS. bibliothecae Lugduno-Batavae, ex legato eiusdem *B. Vulcanii*, deinde Triacontaetericum MS. et duo exemplaria Stephanianae editionis, quorum unum annotationibus Scaligeri, alterum variorum doctorum virorum ornatum sit. Qui Ultraiecti habeantur duo codices, Rufini esse censet Stroth.

F. In *Russia* codices Eusebii habentur duo, quorum collationis nanciscendae spem fecerat Strothio *Matthaei*, neque tamen excerpta codicum transmisit. Sunt autem illi codd. ut Matthaei retulit, hi:

aa. Codex bibliothecae sanctissimae Synodi ecclesiae orthodoxae graeco-russicae in fol. num. LI. Scriptus est in membranis Sec. XI aut XII. *Athanasius Schiada* ad Sec. X retulerat. Continet ille in foliis 410 historiam ecclesiasticam fol. 1 — 287, panegyricum in Constantinum M. fol. 288 — 303, vitam Constant. fol. 305 — 389 et orationem Const. ad coetum sanctorum fol. 389 — 410. Duplex traditur illius notitia. Prior fol. 1. a manu recentiori haec: Διονυσίου, ut in multis codd., quo notatur fuisse olim hunc codicem in monasterio s. Dionysii monte Atho. Posterior nota in ultimo folio a prima manu est, scripta litteris in minio: τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ· ἐτελειώθη μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κθ

14) Cf. *Stroth.* praefat. p. XXI.

omisso a scriba anno. Ceterum codex unus est ex pulcherrimis in membrana tenuissima, candidissima et purissima scriptus. Initia librorum pictura, simpliciori tamen exornata. Indices librorum et capitum, nec non litterae initiales, praeterea quoque numeri capitum cum argumentis in margine notatis scripti sunt litteris aureis in minio.

bb. Codex membranaceus sec. XI. priore paulo vetustior, complectens in foliis 258 Eusebii hist. eccl. fol. 1—111, inde ab ultimi capitis libri tertii verbis τῶν τοῦ κυρίου λόγων διηγήσεις καὶ τοῦ πρεσβυτέρου ad finem libri decimi. Ceterum coniungit hic codex libri IV. capita κς. κζ. κη. Ergo tantum κη capita numerantur. Etiam libri VI. capita κγ. κδ. coniuncta sunt. Post finem libri VIII. leguntur supplementa quae in editis reperiuntur a verbis ἀλλ' ὁ μὲν τῆς ad παλινῳδίαν. Praeterea continet codex fol. 111 — 250. Socratis hist. eccl. In margine primi folii a manu recentiore legitur: τῆς Λαύρας, quod indicare constat, hunc codicem olim fuisse in monte Atho, in Laura s. Athanasii.

G. E *Germania* vero nihil praesidii Eusebium exspectare posse dolet Strothius. Namque in augustissima Vindobonensi bibliotheca nonnisi unico folio codicis 174. *Ness.* contineri exigua quaedam excerpta e hist. eccles. In bibliothecis vero reliquis nihil plane huiusmodi inveniri: num Basileae sit codex Eusebii, non constare.

Quod ad Eusebii historiae ecclesiasticae *editiones* pertinet, primam illius editionem debemus *Roberto Stephano*, qui historiam ecclesiasticam duorum MSS. Regii nempe et Medicaei ope, una cum vita Constantini et reliquis historiae ecclesiasticae scriptoribus Parisiis 1544. fol. edidit. Fecit autem ab Eusebii historia ecclesiastica Stephanus, ut ipse in praefatione fatetur [12]), graecorum librorum eden-

12) Ibi cum cum alia, tum haec leguntur: οὗτος δὲ (Φράγκισκος) τῶν εὐδοκιμούντων καὶ τῶν ποιητῶν, καὶ τῶν συγγραφέων ὑπομνήματα τῶν

dorum initium adiutus, et monitus insigni erga bonas litteras studio Francisci regis Galliae, qui ipse recentibus typis in charta elegantissima iussit illam exprimi. In capitum distinctione et inscriptione Medicaeum, in textu vero semper fere codicem Regium secutus est Stephanus, ut quomodo in eo legatur, optime ex editione Stephaniana possit cognosci, et quoties pro aliqua lectione huius editionis testimonium vel a Valesio vel a Strothio allegatur, semper fere cogitandum sit, hunc codicem eandem exhibere. Interdum tamen, at rarius in prioribus libris, Medicaeum expressit, v. c. 1, 5 not. 75. 7, not. 8. ὡς ἂν ibid. not. 10. συνεπλάκη, ibid. not. 36. εἰ καὶ ἀμάρτυρος, cap. 13, not. 64. Θαδδαῖον τὸν ἀδελφὸν ibid. not. 81. edit. *Stroth.* Sed haud paucis locis ab utroque codice recedere Stephanum monet Strothius, ubi utrum tertio quodam, quod tamen vix probabile

---

πάλαι, ἐξ Ἰταλίας τε καὶ Ἑλλάδος πολλῇ δαπάνῃ μεταπεμψάμενος, τοῖς ἑταίροις αὐτῶν τοσούτου δεῖν φθονεῖν, ὥστε πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν αὐτεπάγγελτος ἐπιχειρεῖ. καὶ δὴ καὶ εἰς γλωσσῶν τῶν νῦν περισπουδάστων ἀφορμὴν, καινοὺς ἔναγχος καὶ τελέως ἐμμελεῖς τῶν γραμμάτων χαρακτῆρας ὑπὸ τῶν προεχόντων τεχνιτῶν ἐκέλευσεν ἀπακριβοῦσθαι. δι' ὧν ἂν πᾶσά τις καλλίστη γε βίβλος ἐκπονηθεῖσα καὶ δὴ πολλαπλασίων γενομένη, εἰς τῶν καθ' ἕκαστον χεῖρας διήκοι. ἐξ ὧν ἄρα τούτων εἶναι τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς ὑμῖν τούσδε τοὺς τύπους ἐκδίδομεν. οἵπερ σὺν θεῷ ταύτησὶ τῆς γλώσσης σύμπασας βίβλους, τὰς γοῦν ἀξιεπαίνους μετὰ πάσης σπουδῆς μέλλομεν ἐντυπώσειν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς εὐαγγελικῆς ἱστορίας τῆς Εὐσεβίου ποιησάμενοι, — — ἵνα δὲ πολὺ ἀσφαλέστερον τὴν καθήκοντος ὑπουργίαν, ἣν ὑπ' αὐτοῦ βασιλέως ἐπετράπημεν, κατορθοῦν καὶ φυλάττειν ἔχωμεν, πολλὰ καὶ διάφορα τῶν ἀρχαίων ἀντιγράφων ἀλλήλοις παραναγινώσκειν εἰώθαμεν, ἐπιμελείᾳ τε καὶ κρίσει τῶν ἀνδρῶν, ταῦτά τε διαφερόντως ἐπισταμένων, καὶ πρὸς ἡμᾶς οἰκείως διακειμένων προσχρώμενοι.
Cf. de Francisco I. et Carolo V. *Le Moyne prolegomena in Varia Sacra* Tom. I. p. 13.: „Sed vel exhausto scilicet aerario, *vel aliud quam litterarum imperium promovendum cogitans Carolus imperator*, Catalogum tantum servavit, quo illius bibliotheca fuit locupletata, eo codicis Antoniani nullum vel leve illum tenuit desiderium. *Non ita forsan Franciscus I. non tantum imperio suo sed literis, bonisque disciplinis iuvandis et restaurandis natus. Nam pro suo erga literas studio, Musas profugas arcessivit et excepit, doctos frequentes alait in aula*, et bibliothecam Regiam codice Antoniano voluit inclarescere.“ Praeterea vid. *I. Sleidani Commentariorum de statu relig. et reipubl. Carol. V. Caes. Lib.* I. p. 20 ext. p. 22 ext. edit. nov. 1610.

sit; an coniectura nata sit, haud satis constet. Ita I, 2. in *Med.* legi τοῦ πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν, in *Reg.* vero τοῦ πατρὸς ὑπάρχουσα ἰσοκλεῆ, sed Stephanum utrumque iunxisse e coniectura; ibid. 3. in *Reg.* et *Med.* legi πατρὸς at in *Steph.* πνεύματος, e Schedis fortasse, de quibus supra sermo fuit. Cap. 4. in Reg. et Med. esse τὸν Χριστιανὸν at in *Steph.* τὸ Χριστιανόν. Praeterea cf. 1, 7. not. 6. ed. *Stroth.* 1, 9. not. 96. ubi tamen fortasse δεῖλον error typographicus est, pro δαῖλον, ibid. cap. 10. not. 18. 11. not. 22. 28. cap. 13. not. 86. 88. ed. *Stroth.* Idem in aliis locis esse factum dicit Strothius, ubi Stephanus marginem saltem *MS.* exhibere videbatur. Paucissima vero deprehenduntur in editione Stephaniana vitia typographica, eaque talia, quae, quominus instar codicis *MS.* esse possit, haud impediant.

Huic Stephani editioni successit altera, Genevensis editio a. 1612, fol. Textum illa sequitur fere semper Stephani, sed haud exiguae illius dotes sunt variae lectiones Christophorsoni, Bongarsii, Gruteri aliaeque solo signo γρ. adiectae, de quibus iam supra dictum est. Exhibet praeterea illa editio ad latus interpretationem Christophorsoni ac post libros Eusebii etiam reliquos histor. eccl. scriptores.

Nova Eusebio opera dicata est nonnisi post centum et quod excurrit annos ab eius sospitatore, *Henrico Valesio.* Universae enim ecclesiae Gallicanae precibus commotus vir ille doctissimus et κριτικώτατος novam omnium scriptorum hist. ecclesiasticae graecorum editionem suscepit, atque eosdem cum nova interpretatione latina, et commentario tribus voluminibus folio edidit, quorum primum Eusebium complectens Parisiis 1659 prodiit, alterum exhibens Socratem ac Sozomenum 1668, tertium Theodoretum, Evagrium, Philostorgium et Theodorum Lectorem comprehendens 1673. Subsidiis ad textum rectius constituendum criticis in Eusebii historia ecclesiastica maxime usus est co-

dice Regio, Maz., Med., Fuk., Saviliano, Turnebi et Moraei [13]), rarae lectionibus Bongarsii in ea notatis, raritis cod. Grut. ac Vatic. et lectionibus Cph. Profitetur idem Valesius [14]) *nihil sine optimorum exemplarium consensu atque auctoritate se in textu mutasse, et nullum in sua editione emendatum esse locum, de quo in annotationibus lectorem non admonuerit et emendationis suae rationem non reddiderit.* Prius facile et lubenter credi posse ipse credo, hoc autem saepius neglexisse Valesium, recte notavit Strothius. Ad lectiones autem codd. Maz. Med. et Fuk., ubi eas non retulit Valesius, cognoscendas magno interdum usui est Manuscriptus Stephani [15]). De critica Valesii sagacitate fusius disputare non opus esse videtur, cum abunde et optime ex aureo eius commentario unusquisque possit cognoscere. Quanquam, Strothio in praef. p. XXV iudice, ut *in infinitis paene locis pro Stephaniana lectione meliorem restituit*, ita *in quam plurimis locis, codicibus suis* (*qui tamen ut supra commemoravimus, fere pro uno habendi sunt teste*) *nimium credens, sine necessitate Stephanianum textum deseruit.* In annotationibus vero duo potissimum se spectasse ipse profitetur Valesius [16]), ac primum quidem, *ut emendationum suarum rationem redderet, et varias scriptorum codicum lectiones studiosis proponeret*, deinde *ut obscuriores ecclesiae mores ac ritus collatis aliorum scriptorum locis explicaret.* Praeterea annotationibus subiunxit Valesius quatuor dissertationes, primam de initio ac progressu schismatis Donatistarum, secundam de Anastasi et martyrio Hierosolymitano, tertiam de versione LXX interpretum adversus Iacobum Usserium, quartam

---

13) Cf. *Valesii* praefat. p. VI — IX. *Stroth.* praef. p. XIII not. 7., p. XIV not. 8. p. XV not. 10. 11. p. XVIII not. 17.

14) Praefat. p. IX. cf. Euseb. H. E. X, 9.

15) Cf. *Stroth.* praef. p. XVI.

16) Praefat. p. XIII.

de Martyrologio Romano quod Rosweydus edidit. Recusa autem est editio illa Valesiana Moguntiae, ut in titulo legitur, vel potius Francofurti, totidem voluminibus quot prior, folio, quorum primum 1672, alterum 1677, tertium 1679 prodiit. Eam non solum prioris editionis vitia typographica continere, verum etiam ingenti aliorum copia esse auctam ipse satis experiundo cognovi. Porro repetita est Valesiana Eusebii editio proximo post Valesii obitum anno 1677 Parisiis, eiusdem secundis curis emendata. At maximam illarum emendationem partem interpretationem potius quam textum spectare, e quo pertaro vitia typographica sint sublata, monet Strothius. Recusa iterum haec ipsa est editio Amstelodami 1695, paulo maiori cura.

Sed novam denuo Eusebii et reliquorum historiae ecclesiasticae scriptorum editionem curavit *Guilielmus Readingus*, quae Cantabrigiae prodiit 1720 tribus voluminibus folio, quorum primum Eusebium complectitur. Continet autem illa praeter interpretationem et commentarium Valesianum secundis eiusdem curis ex ipsius autographo locupletatum, quae tamen Parisiensis editionis primum Volumen item iam exhibuerat, largum penum variarum observationum ad historiam et chronologiam ecclesiasticam pertinentium et ex *Pagii* critica, *Pearsoni* annalibus Cyprianicis, *Cavei* historia litteraria, *Lowthii* animadversionibus Readingo suppeditatis, *Dodwello* aliisque collectarum atque ad imum cuiusque paginae infra Valesianas annotationes collocatarum.

Textum quidem Eusebii summa fide et cura exprimi curavit Readingus, sed idem nonnulla, quae manifesto errore in textu Valesii erant omissa, in eundem recipere male religioni sibi duxit [17]. Praeterea vero varias lectiones codicis *Ionesiani* calci editionis suae ita adiecit Readingus, ut varietatem ad textum Valesianum modo perti-

---

17) Cf. *Stroth.* praefat. p. XXVI, cuius tamen de servili Readingi ingenio iudicium paulo acerbius videtur.

nentem exhiberet, omissis sine dubio omnibus, quas iam Valesius in textum receperat. Differunt igitur illae lectiones aeque a textu Stephaniano ac Valesiano. Quod si maioris momenti essent eae lectiones, maximopere dolendum fore recte observat Strothius, quum nunc tacitum huius codicis testimonium nullius sit usus propterea, quod, ubi nulla ex eo varietas a Readingo notata est, intelligi nequit, utrum codex cum Stephaniano, an Valesiano textu consentiat, nisi aut uterque eandem exhibeat lectionem, aut ex lectionibus Cph. et MG. coniectura assequi possumus codicis Ionesiani lectionem. Simul vero lectiones codicis *Castellani* cod. Ion. intermistas calci editionis suae Readingus adiecit. Maiorem huius codicis tacitum testimonium probabilitatem habet, ita ut ubi nulla ex eo varietas a Readingo notata est, eum consentire cum Valesiano textu credi possit. Recusa porro est editio Readingiana Augustae Taurinorum 1746 — 1748. tribus voluminibus folio, nitide quidem, sed ut visum Strothio, haud satis accurate. Denique de alia quadam Eusebii editione Valesii textum et annotationes eodem modo, quo Readingiana, exhibente, quae prodiisse dicitur Venetiis 1770. Vol. III, Viri docti sunt dubii 18).

Iam vero cum inter omnes, quas adhuc recensuimus, Eusebii editiones praeter Stephanianam et Valesianam nulla propriam quandam exhibuisset textus recensionem, ideoque critica recte vocari posset, Genevensis tamen et Readingiana quoque propter varias lectiones iis adiectas ad crisin instituendam haud contemnendam afferrent utilitatem, prodiit tandem recentiori tempore *Fridericus Andreas Strothius*, et novam Eusebii editionem criticam parare coepit. Prodiit autem nonnisi Volum. I. Halae ad Salam 1779. 8. septem historiae eccles. Eusebii libros complectens.

---

18) Vid. *Ephemerid. Litterar. Ienens.* a. 1774. n. 78. *Stroth.* praef. p. XXVII. *Harles.* in Introductione in hist. linguae graecae.

Usus est in horum textu constituendo Stroth. omnibus illis subsidiis de quibus supra dictum est, praeter codices a nemine adhuc excussos, de quibus item sermo fuit. Est eius labor profecto omni laude dignus, et saepe meliora dedisse videtur quam Valesius, etsi saepe etiam temere a Valesio discessit, quare Valesii textum putavi meae editioni subiiciendum, praesertim cum non absolverit recensionem suam textus Eusebiani V. D. Inveniuntur autem in editione Strothii ad crisin Eusebii plura, quam in reliquis omnibus, atque omnes earum dotes criticas illa coniunctas suppeditat. Contulit enim Strothius praeter illos codices MSS. varias Eusebii editiones non solum inter se invicem, sed etiam, quod iam Valesius fecerat, cum interpretationibus Rufini et Christophorsoni, de quarum usu critico postea nonnulla monebuntur, nec non iterum cum Nicephoro Callisto, qui cum priorem historiae eccles. partem fere totam ex Eusebio concinnaverit ut plurima ipsius Eusebii verbis redderet, vel leviter tantum immutaret, inter subsidia certe quae ad textum Eusebii emendandum valent, referendus est, quia ex eo pluribus locis cognoscitur, quaenam lectio eius aetate in cod. Eusebii, quo usus est, fuerit; qui tamen haud optimus fuisse videtur. Similiter Strothius in usus suos criticos convertit Hieronymum et Georgium Syncellum, quorum ille in catalogo scriptorum ecclesiasticorum, hic in chronico multa ad verbum ex Eusebio descripsit, deinde Suidam, qui in voce Ὠριγένης haud pauca ex Eusebii libro VI ipsis eius verbis in opus suum transtulit, postremo libros superstites scriptorum Eusebio antiquiorum quibus iste in historia sua ecclesiastica usus est, et quorum propria verba in opus suum transtulit, ut Philonis, Iosephi, Iustini, Irenaei, aliorum, ubi tamen bene tenendum est, non sine cautione illos posse usurpari, quia lectio in aliquo horum vera in Eusebio eos laudante falsa esse potest, et contra. Porro omnem lectionis varietatem inde provenientem comparavit Strothius cum

lectionibus codicum Valesii, Christophorsoni et reliquis, quae vel in margine editionis Genevensis vel in calce Readingianae vel in suo exemplo exstarent. Inde delectu lectionis instituto de eiusdem veritate primum secundum generaliores regulas criticas iudicavit, ubi autem illae non sufficerent, neque aliunde peti posset iudicium, tum semper sese praetulisse testatur lectionem, quae maiori testium auctoritate nitebatur. Quodsi ex Rufino intelligi non poterat, cui ille faveret lectioni, tum eam elegit Stroth., quae vel in utriusque recensionis codd., vel in alterutra harum ac praeterea in Niceph. exstaret. Nihil autem ex coniectura et sine codd. praesidio in textum recepit excepto uno loco I, 2. ubi vid. notam nostram 41. atque, quod maxime est laudandum, quia neque Valesius ubivis codd. suorum testimonia attulerat, neque satis certi eramus, utrum Gruteri, Bongarsii et reliqui codd. in iis locis ubi nihil ex iis notatum erat, cum textu recepto consentirent, nec ne, omnem quam habuit, lectionis varietatem textui subiecit, additis simul testium nominibus, qui cuivis earum faverent. Saepe etiam tacitum codd. consensum, quando coniectura eum sibi videbatur assequi posse, nominibus eorum in parenthesi inclusis, addidit, in prioribus tamen libri I. capitibus hoc nondum aut non certa ratione facto, quare ibi, ubi pro varia lectione affertur Steph. editio, existimandum est, Strothii lectionem exstare in Valesiana, et contra. Genev. et Read. aut reliquas non diserte nominavit Stroth., quum illa deinde semper cum Steph., hae cum Vales. consentiant. Raro coniecturas addidit et observationes philologicas vel historicas, interdum quod iam Valesius fecerat, latina Rufini verba apposuit. Praemisit autem Stroth. R. Stephani, Christophorsoni et Valesii praefationes integras et docti cuiusdam Galli quasdam observationes historico-criticas et sermone gallico conscriptas. Ceterum ipse Strothius lectores suos monuit, tacitum codicis *Sav.* testimonium saepius ab ipso esse allegatum, ubi fortasse non debebat alle-

gavi. Ubi nempe Valesius codd. *Maz. Med.* et *Fuk.* testimonium pro aliqua lectione allegaverat, de Saviliano nihil dicens, ibi nihil ad marginem eius notatum ratus Strothius, codicem *Sav.* tanquam cum *Reg.* et *Steph.* consentientem allegavit. Fieri tamen potuit, ut revera discreparet codex a Reg. et Steph.; Savilius autem istam discrepantiam non notaret ad marginem editionis Stephanianae. Quoties igitur deprehenderimus *Reg. Sav. Steph.* simul allegatos, cogitandum erit, tacitum modo esse codicis *Sav.* his in locis testimonium, i. e. nihil ex eo contra lectionem Stephanianam esse notatum, quoties vero iungitur codd. Maz. Med. et Fuk., tum semper expressum eius testimonium a Valesio allegatur. Similiter ab initio Strothius semel iterumque tacitum codicis *Veneti* testimonium, ubi nihil notatum erat in exemplo editionis Stephanianae, pro lectione Steph. allegavit, postea tamen ubi animadverterat ex paucitate illarum in exemplo editionis Steph. ex cod. Ven. notatarum lectionum, haud omnes huius cod. varietates esse designatas, sed plerumque optimas nonnisi et verisimillimas, semper expressum modo illius testimonium attulit. Codicis quoque *Ion.* tacitum testimonium nonnunquam significavit Stroth., quod nullius usus esse posse supra monuimus. Neque tamen illud quidquam obest, quum vel expressum cod. Ion. testimonium sit fere inutile, praeterea uncis etiam ibi monuerit lectores Strothius, tacitum modo significari testimonium, deinde ex consensu vel *Steph.* et *Val.* vel *Cph.* et *Val.* satis iudicari possit, rectene an secus illud Strothius fecerit. Ceterum haud paucis vitiis typographicis vel Strothii editio est referta.

Agmen denique editionum Eusebii claudit editio *Ernesti Zimmermanni*, quae historiam eccles. et libros de vita Constantini Magni complectens prodiit Francofurti ad M. 1822. 8. Vol. II. Textum illa Valesianum, quantum novi, prorsus immutatum exhibet, et ad illum satis accurate est expressa,

adiecta interpretatione Valesii latina, sed nullis plane animadversionibus praeter lectiones quasdam variantes.

Restat iam, ut subiungam quaedam de *translationibus Eusebii* tum antiquioribus tum recentioribus. Ex illis autem ante omnia commemoranda est interpretatio latina *Rufini*, qui quamvis saepius summo arbitrio verterit[19], ita ut lubrica sit eius auctoritas, tamen propter summam suam antiquitatem saepe efficit, ut codd. et ipsa ratione adiuvante de lectione Eusebii possit iudicari. Vertit autem Rufinus maximam libri decimi historiae eccl. Eus. partem, reliquis ad librum nonum relatis et duobus additis libris, quibus hist. eccl. ad Theodosii M. obitum produxit. Eius interpretationis editio princeps prodiit sine loci notatione a. 1474 fol., hoc titulo: "*Eusebii cesariensis hystoria per rufinum virum eloquentissimum de graeco in latinum traducta. Incipit feliciter.*" Altera huic successit per *Ioa. Phil. de Lignamine* Romae 1476 fol. iterata eodem anno ibidem. Quarta prodiit Mantuae 1479 fol. typis *Iohannis Schalli* Germanici. Quinta Argentorati 1483. cum Bedae historia eccl. fol. Sexta Spirae 1490 fol. cum eodem Beda. Septima Paris 1497. 4. Octava Argentorati 1500 fol. min. cum Beda. Nona Hagenoviae 1506 fol. cum Beda. Decima sine anni notatione Paris. 8. litteris Longobardicis ex emendatione Boussardi, et saepius, ut Lugduni 1523. 8. Basil. 1523. 1527. 1528. 1535. 1539 fol. Paris. 1541 fol. Basil. 1542. 1544. 1548 fol. Antv. Vol. II. 8. Bas. 1559. 1568. 1570 fol. Francof. 1588 fol. Romae 1741. 8.

Altera translatio Eusebii est *Wolfgangi Musculi*, ipso Valesio iudice verbis Eusebii *pressius adhaerentis et in interpretando brevis atque perspicui*. Videtur quoque codd.

---

19) Vid. *Christophorsoni* praef. pag. LXVII — LXXI. ex edit. *Stroth. Beati Rhenani* praef. in Rufinum. Hieronymi apologia contra Rufin.

usus Musculus teste Strothio; qui tamen raro ibi aliquam a Steph. lectione diversitatem reperire potuit. Primum prodiit illa interpretatio cum reliquorum script. hist. eccl. Basil. 1544. 1549. et ibidem saepius repetita 1557. 1562 cum scholiis Grynaei, 1570 et 1611 fol.

Tertia interpretatio debetur *Christophorsono* seu ut Strothius scribit *Christophersono*, episcopo Cicestrensi qui, „*ut diligentior ac doctior Musculo* iudice Valesio, *sic etiam numerosior incedit ac Ciceronianum quiddam sonat. Praeterea usus est MSS. codd. ad interpretationem suam elaborandam.*" Saepissime enim deseruit ut Strothius dicit, lectionem Stephani, ac MSS. secutus est, summa cura conquisitos, quare etiam ex eius interpretatione lectiones MSS. suorum, quamquam non sine cautione, peti possint. Prodiit autem illa post mortem demum Cph., curante *Eduardo Godsalfo* et primum, ut videtur, 1559, qui annus in fine dedicationis Godsalfi subscriptus est. Altera editio 1568 Antverpiae repetita videtur[20]). Tertia Coloniae Agripp. 1570 cum *Suffridi Petri* recognitione et eodem anno quarta Lovanii. Secuta est Pariensis 1571 et iterum Colon. Agripp. edita 1581. 1612 et eodem anno ad latus editionis Genevensis, de qua supra dictum est. Iam vero cum singulas illarum Eusebii interpretationum quamvis haud spernendarum, tamen suis quasque vitiis haud levibus foedatas et commaculatas esse censeret *Valesius*[21]), novam ipse etiam illius translationem latinam suae editioni Eusebii adiunxit, quae ut fidelis, ut elegans, ut perspicua esset, omnem profecto dedit operam. Separatim illa edita est Parisiis 1678 fol. Criticam vero, cum Valesius novis in ea conficienda codd. haud usus sit, nihil plane iuvat.

---

20) Cf. *Stroth.* praef. p. XXX.

21) Vid. *Valesii* praefat. p. XI — XIII, ubi non solum Rufini sed etiam Musculi et Christophorsoni varii lapsus exponuntur. Saepius quoque in annotationibus non sine quadam φιλαυτίᾳ de sua interpretatione loquentem deprehendent lectores Valesium.

Praeter Valesianam Eusebii interpretationem memorandae sunt plures aliae, ut Gallicae *Seyseelii* et *Cousini*, Anglica *Meredithi Hanmer*, Londini 1636 fol. Belgica Dordraci 1613 fol. et germanica, sed non Eusebii, verum Rufini *Casparis Hedionis* Argentorati 1545 fol. Pessimae ex illis sunt *Cousini* et *Hedionis*, imo huius fere nulla est interpretatio [22]).

Sed translationem historiae Eusebii haud malam et primam germanicam [23]) confecit denique *Strothius*, quae duobus Voluminibus prodiit Quedlinburgi 1777. 8. Librum tamen de martyribus Palaestinae et orationem longiorem libri X, non vertit V. D. Alterum vero volumen continet simul Eusebii vitam Constantini M. in sermonem vernaculum conversam. Haud spernendae illius interpretationis dotes sunt simul annotationes ei passim subiectae maxime historici generis ac pleraeque Valesii, et commentatio de vita et scriptis Eusebii Tomo primo praefixa. —

22) Vid. *Stroth.* *Eusebii Kirchen-Geschichte aus dem griechischen übersetzt und mit einigen Anmerkungen erläutert* T. II. praef. p. IV.

23) Vid. *ibid.* p. V.

HENRICI VALESII

DE

VITA SCRIPTISQUE EUSEBII CAESARIENSIS

DIATRIBE.

De vita Eusebii Caesariensis [24]) librum olim conscripserat Acacius eius discipulus et in episcopatu Caesariensi successor, ut testatur Socrates [25]). Sed cum hic liber una cum plurimis aliis vetustatis incuria perierit, nos collectis hinc inde veterum scriptorum testimoniis qui de Eusebio locuti sunt, iacturam illam pro virili parte sarcire conabimur. Igitur Eusebius natus est in Palaestina sub extrema, ut videtur, Gallieni tempora [26]). Ex Palaestina

---

24) Cur vocatus sit Eusebius Pamphili, observavi ad Euseb. H. E. I, 1 not. 1. Latini nonnulli scriptores male eum vocant: *Eusebius Pamphilus*. Cf. *Le Moyne varia sacra* Tom. II. p. 266 sq. et *Stroth. Leben und Schriften des Eusebius* p. XVI not. c. Phot. epist. 144.

25) Hist. eccl. II, 4. cf. Niceph. H. E. IX, 43. *Danz. de Eus. C.* p. 47 sqq. not. 6. Post Acacium, qui accurate scripserunt de vita Eusebii, nominandi sunt potissimum: *Mart. Hankius* in libro *de Byzantinarum rerum scriptoribus graecis*, Lips. 1677. 4. p. 1 — 130. *Guil. Cave* Historia Litter. Scriptor. Eccles. T. I. p. 127 sq. T. II. p. 64 sq. *Tillemont* Mémoires pour servir a l'histoire ecclesiastique VI. VII. *I. Chph. Ernesti Diatribe Historica de Eusebio, Episcopo Caesariensi*, Vitemb. 1688. 89. 4. *Fabricii* Bibl. Gr. V, 4. *Danz. de Eusebio Caesariensi* pag. 36 — 41. 50 — 74. not. 7 — 45. Commentatio *Strothii Leben und Schriften des Eusebius* p. I — XLIV. praefixa interpretationi eius germanicae, maximam partem fluxit ex Hankio et Valesio.

26) Circa a. 260. cf. Eus. H. E. VII, 26. 27. *Stroth. Leben und Schriften des Euseb.* p. XVII. *Danz.* de Eus. C. p. 51 not. 7.

quidem illum oriundum fuisse argumento est, quoad a veteribus fere Palaestinus vocatur [27]). Ita certe Basilius, Theodoretus aliique eum appellant. Ac quamvis ob Caesariensis urbis episcopatum ita cognominari potuit, verius tamen mihi videtur, illum a patria id cognomentum traxisse. Certe ipse in libro primo de vita Constantini se adhuc adolescentem in Palaestina educatum ac versatum esse testatur, ibique primum a se visum esse Constantinum, dum is in comitatu Diocletiani Augusti per Palaestinam iter faceret. Sed et in libro II eiusdem operis, ubi legem Constantini refert, quam ille pro Christianis scripsit ad Palaestinos, Palaestinum se fuisse haud obscure significat. Postquam enim legis ipsius ad Palaestinos missae verba retulit, haec addit: *Hae primae imperatoris literae ad nos missae.* Quod vero ortum illius in extrema Gallieni tempora contuli, huius rei auctorem habeo ipsum Eusebium. In libris enim historiae ecclesiasticae loquens de Dionysio Alexandrinorum episcopo, illum sua aetate vixisse testatur, ut videre est in libro III cap. 28. Quare cum constet Dionysium Alexandrinum anno principatus Gallieni duodecimo e vivis abiisse, Eusebium iam tum in lucem editum fuisse oportet, si quidem eius aetas in ea tempora incidit, quibus vixit Dionysius. Idem etiam colligi potest ex libro V historiae ecclesiasticae sub finem, ubi de Artemonis haeresi verba faciens, Paulum Samosatenum sua aetate eam haeresim renovasse scribit. Denique in libro VII narrans ea quae regnante Gallieno contige-

27) Huius cognominis rationem rectius certe in eo quaerit *Danz.* de Eus. C. p. 52 not. 7., quod Eusebius Caesariensium in Palaestina fuerit episcopus. Sed neque inde illam posse satis certo duci, quia interdum peregrini etiam ad illam episcopalem dignitatem sint evecti, imo propterea ita Eusebium appellatum esse, quod semper in Palaestina versatus (cf. Eus. de vita Const. I, 19.), rerumque ibi et in terris Palaestinae affinibus gestarum maxime guarus sit, quin etiam diserte illud tradat Theodorus Metochita, bene censet *Stroth. Leben und Schriften des Euseb.* p. XVII not. f.

runt, antequam de Pauli Samosatensis errore ac damnatione sermonem instituat, his utitur verbis: *Verum his iam expositis, nunc tandem quae qualisque fuerit aetas nostra, posterorum notitiae tradamus.* Parentes quos habuerit, nobis incompertum est, nisi quod Nicephorus Callistus nescio quos auctores secutus, illum sorore Pamphili martyris genitum esse prodit. In epistola autem Arii ad Eusebium Nicomediensem frater Eusebii Nicomediensis dicitur. Ac tametsi propter amicitiam frater dici potuit, verius tamen mihi videtur, illum aut germanum aut consobrinum fuisse Nicomediensis Eusebii, maxime cum Arius plurimis aliis ibi commemoratis, unum Caesariensem fratrem appellet Nicomediensis [28]). Deinde Nicomediensis Eusebius oriundus fuit ex Syria. Fuit enim primo episcopus Beryti. Nec mos tunc erat, ut extranei et ignoti ad regendas ecclesias promoverentur. In saecularibus disciplinis quos magistros habuerit, perinde ignoramus. In sacris autem literis praeceptorem habuit Dorotheum eunuchum, Antiochensis ecclesiae presbyterum: cuius etiam in libro VII honorificam mentionem facit. Quamquam Eusebius eo loco tantum dicit a se auditum esse Dorotheum, dum sacras literas in ecclesia non incommode exponeret. Si quis tamen ex his Eusebii verbis cum Trithemio velit colligere Eusebium Dorothei fuisse discipulum, equidem non magnopere repugnabo [29]). Ea tempestate, mortuo Theoteeno, Caesariensis ecclesiae episcopatum administrabat Agapius,

28) Cf. *Stroth.* l. l. p. XVIII sq. Niceph. VIII, 37. Theodoret. H. E. I, 5. 6.

29) Locus ille, unde cum Trithemio hoc colligit Valesius, est H. E. VII, 32. in. Sed nullo modo inde potest concludi, discipulum Dorothei fuisse Eusebium, ut recte iam animadvertit *Stroth. Leben und Schriften des Euseb.* p. XIX., probabilius Pamphili et Meletii disciplina usum esse seriori tempore Eusebium, coniiciens. Audivit autem Dorotheum *μετρίως τὰς γραφὰς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διηγούμενον* Eusebius, ut l. l. dicitur, ex sententia *Danzii* de Eus. C. p. 86. (cf. p. 52 not. 8.) a. Chr. 285.

vir eximiae sanctitatis et effusae in pauperes liberalitatis. Ab hoc Eusebius in clerum adscitus [30]), artissimam iniit amicitiam cum Pamphilo, qui tum inter Caesariensis ecclesiae presbyteros eminebat. Erat Pamphilus natione Phoenix, domo Berytius, Pierii Alexandrinae ecclesiae presbyteri discipulus, ut scribit Photius. Qui cum literarum sacrarum singulari amore flagraret, omnesque ecclesiasticorum scriptorum libros ac praecipue Origenis summo studio conquireret, celeberrimam scholam ac bibliothecam instituit Caesareae. Cuius scholae magister primus fuisse videtur Eusebius. Certe Eusebius in libro de martyribus Palaestinae diserte scribit, Apphianum qui tertio persecutionis anno martyrium consummavit, in urbe Caesarea sacris literis a se eruditum fuisse. Ab eo tempore Eusebius cum Pamphilo semper coniunctissime vixit, eiusque individuus comes ad mortem usque permansit: adeo ipsi carus, ut ab eius amicitia cognomentum sortitus sit Pamphili. Nec vero solum superstitem, sed etiam mortuum singulari amore dilexit Eusebius, ita ut post mortem Pamphili semper de illo honorificentissime simul et amantissime loqueretur. Testantur hoc tres libri de vita Pamphili martyris ab eo conscripti, quos elegantissimos vocat Hieronymus. Idem etiam colligitur ex pluribus locis qui in historia ecclesiastica leguntur et in libro de martyribus Palaestinae. Denique in libro II adversus Sabellium, qui post Nicaenum concilium ab Eusebio conscriptus est, Pamphilum martyrem frequenter praedicat, quamquam suppresso eius nomine. Nam et in ipso orationis exordio ita dicit: *Puto adhuc aures obstrepi meas a memoria beati illius viri, qui illa reli-*

30) Disertis verbis hoc nullo loco traditur. Cf. Eus. H. E. VI, 12. Veri autem simillimum istud esse et a. 295 factum, defendit *Danz.* de Eus. C. p. 36. 53 not. 9. *Strothius* tamen l. l. pag XX annum potius ponit 300. Sed eodem a. 295 cum Pamphilo foedus amicitiae iniisse Eusebium, idem Strothius existimat.

giosa frequenter usus est voce. Nam et aures vestrae adhuc sonum illius vocis retinent. Puto enim me audire eum dicentem: Unigenitus dei filius. Haec enim religiosa vox per os eius semper promebatur. Memoria enim erat unigeniti ad gloriam non nati patris. Audivimus autem apostolum praecipientem honorari duplici honore debere presbyteros, eos maxime qui laborant in verbo et doctrina. Et pag. 29 iterum de eo ita loquitur: *Haec non nos extollunt, memoriae beati illius viri. Utinam autem ita possim dicere, ut vobiscum semper ab eodem audiebam. Sed ea quae nunc dicuntur, illi placita fuisse videntur. Gloria enim est proborum servorum, vera de domino dicere et honor eorum patrum qui bene docuerunt, si repetantur eorum doctrinae.* Et rursus in eodem libro pag. 37. *Haec audiebamus semper a beato illo viro. Saepe enim ita dicebatur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem eum ista proferre, corde autem aliter habere. Et quidem memor vobis sum, audivisse me ab eo sancto nobis iuramento satisfaciente, quia non aliud in lingua, et aliud esset in corde eius.* Et paulo post: *Sed nunc quidem paucis ob memoriam et honorem patris illius nostri, ita boni, ita laboriosi, et pro ecclesiis ubique vigilantis dicta sint nobis. Neque enim generis eius memoriam fecimus, neque educationis, aut eruditionis, aut alterius vitae et propositi.* Quos quidem Eusebii locos (ne quem sua laude defraudem) indicavit mihi vir doctissimus Franciscus Ogerius. Ceterum ex his quae dixi satis colligitur, Eusebium nullo propinquitatis iure, sed tantum amicitiae vinculo cum Pamphilo coniunctum fuisse. Certe Eusebius qui tot locis Pamphilum nominat, eiusque amicitia tantopere gloriatur, nunquam tamen propinquum aut affinem suum vocat. Immo vero ex ipsius Eusebii testimonio manifeste conficitur, Pamphilum martyrem Eusebii propinquum non fuisse. Nam in fine libri VII historiae ecclesiasticae, ubi de Agapio ecclesiae Caesariensis episcopo verba facit, ita loquitur: *Huius tem-*

pore Pamphilum virum disertissimum, vitaque et operibus vere philosophantem cognovimus, in eadem ecclesia presbyteri honore decoratum. Cum igitur Eusebius ipse testetur, a se tunc primum cognitum esse Pamphilum, satis apparet nulla necessitudine aut affinitate eos inter se coniunctos fuisse. Per haec tempora contigit gravissima illa persecutio Christianorum, quae a Diocletiano primum coepta, a sequentibus deinceps imperatoribus ad decimum usque annum prorogata est. Huius persecutionis tempore Eusebius, utpote Caesariensis ecclesiae tunc presbyter, in ea urbe perpetuo fere permansit, et continuis hortationibus multos ad martyrium instruxit. Inter quos fuit Apphianus, nobilis adolescens, cuius illustre certamen refert Eusebius noster in libro de martyribus Palaestinae 31). Eadem persecutione captus Pamphilus et in carcerem coniectus, integrum biennium in vinculis exegit 32). Quo quidem tempore Eusebius amicum et contubernalem suum nunquam deseruit, sed illum invisere assidue 33), quinque libros defensionis Origenis in carcere una cum illo elaboravit, sextum vero et ultimum eiusdem operis librum, mor-

---

31) Cap. 4. conf. Lactant. de mortt. persec. c. 19. Martyrium passus est Apphianus die 11 Aprilis a. 306, eodemque fere tempore in notitiam Meletii venit Eusebius. Cf. Hist. eccl. VII, 32. Antea a. 296 primo illei viderat Constantinum M. per Palaestinam iter facientem. Vid. *Danz.* l. l. p. 36. 53 not. 10. 55 not. 13. cf. Eus. Vit. C. I, 19. A. Chr. 303 Diocletiani persecutionem incepisse constat.

32) A. 307 — 309. Ipsis Calendis Jun. huius a. 309 Pamphilus martyrium passus est ipso spectante Eusebio. Cf. de mart. Pal. c. 11. et ibid. *Vales.*

33) Euseb. H. E. VI, 23. Socrat. H. E. III, 7. Eusebium una cum Pamphilo in vincula esse coniectum scribit *Danz.* l. l. p. 37. Sed recte hac de re dubitavit *Strotk.* l. l. p. XXII not. 5. neque Valesius huic sententiae videtur favisse. Neque scio, an contrarium probaverit *Hieronymus Marius* in libro suo: *Eusebius captivus*, Basil. 1538. 8. quem laudavit *Danz.* p. 56 not. 14., cum illum non magis quam V. D. potuerim inspicere.

tuo demum absolvit Pamphilo [34]). Totum vero illud opus confessoribus in metallis Palaestinae degentibus ab Eusebio et Pamphilo nuncupatum est, quemadmodum scribit Photius in bibliotheca capite CXVIII. Eiusdem persecutionis tempore, ob quasdam, ut credibile est, ecclesiae necessitates Tyrum profectus est. Qua in urbe dum degeret, quinque Aegyptiorum martyrum gloriosa certamina abs se visa esse testatur in libro VIII cap. 7. Sed et in eiusdem libri cap. 9. se in Aegyptum ac Thebaïdem venisse scribit, grassante adhuc persecutionis furore; atque illic multorum utriusque sexus martyrum admirabilem constantiam oculis suis conspexisse [35]). Sunt qui scribant, Eusebium in ea persecutione ut carceris molestiis liberaretur, idolis sacrificasse: idque illi obiectum est ab episcopis et confessoribus Aegyptiis in synodo Tyria, ut infra commemorabimus. Sed non dubito quin id falsum sit et ab inimicis Eusebii confictum. Nam si tantum crimen revera admissum fuisset ab Eusebio, quomodo Caesariensis ecclesiae postea factus fuisset episcopus? quomodo ab Antiochenis ad suscipiendum illius urbis sacerdotium evocatus? Et tamen Cardinalis Baronius illud quasi certum ratumque arripuit, quod Eusebio per iurgium et altercationem obiectum est ab eius adversariis, nec ullius testimonio confirmatum. Per idem tempus scriptus est ab Eusebio liber adversus Hieroclem. Causam scribendi praebuit Hierocles Nicomediensis, qui sub initium eius perse-

34) Paulo post sextum illum librum et collectionem epistolarum Origenis scriptos esse libros tres *de vita Pamphili* coniecit *Danz.* l. l. p. 37. 56 not. 16. cf. *Eus.* de mart. Pal. c. 11. *οὗ — παραδεδώκαμεν* H. E. VI, 32. Hieronym. Opp. T. I. p. 153.

35) Idem recte censet *Gibbon. Geschichte des Verfalls des röm. Reichs übers.* p. 578 not. *Moeller. de fide Eus. Caes.* p. 16. et *Danz. de Eus. C.* p. 38. (cf. p. 57 not. 18.) alii; temere negat *Kestner. de Eusebii auctoritate et fide diplom.* p. 41. Quamvis enim in H. E. VIII, 9. *τόπων* in universum tantum varia loca significet, tamen designantur apertissime nulla loca nisi Aegypti.

cutionis cum Christianorum ubique templa destruerentur, vexatae religioni quasi insultans, duos adversus fidem Christi in urbe Nicomedia edidit libros, quos φιλαληθεῖς inscripserat. In quibus inter cetera id asserebat, Appollonium Tyaneum multo plura et maiora fecisse quam Christum, ut testatur Lactantius in libro VII. Sed Eusebius hominem despiciens, contentus fuit eum brevi libello confutare [36]. Inter haec mortuo Agapio Caesariensium episcopo, cum persecutio iam sedata, et pax reddita esset ecclesiae, Eusebius communi omnium consensu in eius locum substituitur. Alii successorem Agapii ponunt Agricolam, qui Ancyranae synodo interfuit ac subscripsit, anno Christi 314. Ita Baronius in annalibus ad annum Christi 314. et Blondellus in apologia pro sententia Hieronymi cap. XIX. [37]. Ubi Eusebium anno Christi circiter 315 administrationem Caesariensis ecclesiae post mortem Agricolae suscepisse scribit. Verum subscriptiones illae episcoporum quae in Latinis canonum collectionibus habentur, parum certae mihi videntur ac firmae. Nam neque in Graecis codicibus, nec in Latina versione Dionysii exigui leguntur. Deinde Eusebius in libro VII historiae ecclesiasticae recensens praecipuarum sedium episcopos, sub quibus orta et grassata est persecutio, in Agapio Caesariensium episcopo desinit, quem ait in ea persecutione pro

36) Eodem tempore, i. e. a. 309 — 311. *τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγὴν* ab Eusebio institutam esse putat *Danz.* de Eus. p. 38. cf. ibid. p. 57 not. 19. „*Si Martyrologium, quod Hilduinus, seculi sexti scriptor suis oculis se vidisse ait, quodque precibus Constantini M. satisfaciens, conscripsisse Eusebius perhibetur, unus idemque esset liber cum nostra συναγωγῇ — in aliud plane tempus referenda esset haec Collectio: de quo autem cum Saligio (de diptychis veterum* p. 227 sqq. 249 sqq.) *valde dubitamus.*" Cf. Eus. H. E. V, 21.

37) Eandem sententiam praeeunte *Haukio* amplexus *Danz.* l. l. p. 60 not. 21. cf. p. 88. *Urb. Gdfr. Siber.* de Caesareae Palaestinae episcopis, Lips. 1784. 4. p. 82 sq. citante Danzio, qui tamen ipse fatetur, rem ad liquidum non posse perduci.

ecclesiae suae commodis plurimum laborasse. Hic ergo ad finem usque persecutionis permanserit necesse est[38]. Atqui Eusebius statim post finem persecutionis factus est episcopus. Nam cum Paulinus episcopus Tyri, paulo post redditam ecclesiae pacem basilicam dedicaret, ad eius dedicationem una cum reliquis episcopis a Paulino evocatus est, et elegantissimam coram illo habuit orationem, sicut discimus ex libro X historiae ecclesiasticae. Id autem contigit antequam Licinius adversus Constantinum rebellaret, quod factum est anno natalis dominici 315. Circa haec tempora Eusebius insignes illos de demonstratione et de praeparatione evangelica libros elucubravit[39]. Quos quidem ante concilium Nicaenum scriptos fuisse constat, cum in historia ecclesiastica, quae ante illud concilium ab Eusebio scripta est[40], nominatim citentur, quemadmodum in

---

38) Haec Valesii ratio est sane satis gravis, unde cum *Strothio* (*Leben und Schriften des Euseb.* p. XXIV not. a.) eius sententiam longe probabiliorem duco. Neque certum, quod contendit *Danz* pag. 38, eum qui inter nomina episcoporum in synodo Ancyrana a. 314 versatorum commemoratur Agricolaus, Caesareae Palaestinae fuisse episcopum. Cf. *Stroth.* l. l. not. z.

39) Cf. demonstr. evang. III, 7. IV, 16. V, 3. *Danz.* p. 61 not. 22. Idem l. l. p. 38. 68 not. 23. librum de *locis hebraicis* a. circiter 316 absolutum putat, *Chronicon* vero *Eusebii* veri similiter ante concilium Nicaenum scriptum atque publicatum (p. 39. 66 not. 30.), et paulo ante annum 326 *historiam martyrum Palaestinensium* et *commentarios in psalmos et Iesaiam* (ibid. et p. 67 not. 31.). Quod ad illam attinet, sententiam prorsus diversam *Kestneri* vid. ad Euseb. supplementum secundum libri VIII. hist. eccles.

40) Inferius ad finem diatribes Valesius historiam Eusebii ecclesiasticam aliquot annos post concilium demum Nicaenum conscriptam esse dicit. Sed tum contra *Valesium*, *Hankium de rerum Byzantin. scriptoribus* P. I. c. 1. §. 222 sqq. *Strothium* l. l. p. XXV sq. not. c. et *Danzium* de Eus. pag. 39. 67 not. 31., a. 324 (conf. *Moeller.* de fide Eus. p. 51 sq.), tum contra *Blondellum* et *Dallaeum*, a. 330 absolutam esse affirmantes, Eusebii opus, illud haud dubie post synodum Nicaenam, veri similiter a. 332. et fortasse post Constantini demum mortem a. 337 finitum esse satis probabile reddidit *Kestneri de Eus. auctoritate et fide diplomatica* p. 20—25.

adnotationibus ostendimus. Interea Licinius qui in orientis partibus rempublicam administrabat, repentino furore incitatus Christianos persequi coepit, praecipue vero antistites, quos Constantino magis favere et pro illo vota facere suspicabatur. Sed Constantinus suscepta adversus Licinium expeditione, brevi illum duobus proeliis terra marique victum ad deditionem compulit. Atque ita Christianis in oriente degentibus pax per Constantinum denuo reddita est. Verum inter ipsos Christianos longe gravior eodem tempore tumultus exarsit. Namque Arius Alexandrinae urbis presbyter, cum nova quaedam et impia de dei filio dogmata publice in ecclesia praedicaret et ab Alexandro episcopo frequenter admonitus nihilominus in iisdem assertionibus perseveraret, tandem una cum erroris sui sociis damnatus pulsusque ecclesia fuerat. Quam damnationem moleste ferens, literas cum exemplo fidei suae ad omnes vicinarum urbium episcopos misit, quibus querebatur, immerito se depositum ab Alexandro, cum eadem ipse quae reliqui orientis antistites, praedicaret. His artibus decepti plures episcopi et ab Eusebio Nicomediensi maxime incitati, qui Arii partibus palam favebat, literas pro Ario scripserunt ad Alexandrum Alexandrinae urbis antistitem, orantes ut Arium in pristinum locum restitueret. Ex eorum numero fuit Eusebius noster, cuius literae ad Alexandrum scriptae exstant in actis septimae synodi oecumenicae, et inter veterum testimonia a nobis relatae sunt. Eusebii Caesariensis exemplum mox secuti Theodotus ac Paulinus, alter Laodiceae, alter Tyriorum episcopus, pro restitutione Arii apud Alexandrum intercessere. Quorum epistolas, utpote dogmatibus suis patrocinantes, cum ubique ostentaret Arius, et tantorum virorum auctoritate multos in societatem erroris sui pertraheret, Alexander et ipse coactus est ad reliquos orientis episcopos literas mittere, quibus palam fieret, Arium una cum sociis iure damnatum ac depositum fuisse. Exstant hodie Alexan-

dri epistolae duae: altera ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum, in qua queritur Alexander de tribus episcopis Syriae, qui Ario consentientes, contentionem quam sedare potius debuissent, magis quam antea inflammaverant. Hi sunt Eusebius, Theodotus ac Paulinus, sicut ex Arii epistola ad Eusebium Nicomediensem scripta licet colligere. Alteram Alexandri epistolam ad omnes ubique terrarum episcopos datam refert Socrates in libro I. His Alexandri literis paene omnes orientis subscripserunt episcopi: inter quos principem locum obtinebant Philogonius Antiochiae, Eustathius Berroeae et Macarius Hierosolymorum antistites. Episcopi vero illi qui ab Arii partibus stare videbantur, cum Alexandri literis se perstrictos viderent, acrius multo ac vehementius in defensionem Arii incubere, praecipue autem Nicomediensis Eusebius. Noster enim Caesariensis Eusebius, una cum Patrophilo ac Paulino, aliisque Syriae episcopis id tantum decrevit, ut Ario presbytero conventus in ecclesia sua agere liceret, subiectus tamen idem esset Alexandro episcopo, ab eoque flagitaret ut ad pacem et communionem admitteretur. Ad hunc modum dissidentibus inter se episcopis, et his Alexandri, illis Arii partes foventibus, contentio supra modum exasperata est. Cui malo ut mederetur Constantinus, generalem episcoporum synodum, qualem nulla unquam aetas viderat, ex universo orbe Romano congregavit in urbe Bithyniae Nicaea. Huius maximi ac celeberrimi concilii non minima pars fuit Eusebius noster. Nam et in dextro cornu primum locum obtinuit et imp. Constantinum qui inter duos considentium ordines medius in aurea sella residebat, totius synodi nomine compellavit, sicut ipse testatur in exordio libro I de vita Constantini, et in lib. III eiusdem operis [41]). Idem etiam

41) Cap. 11. Contra Theodoret. H. E. I, 7. et Gregorius presbyter Caesariensis in Cappadocia Eustathio Antiocheno, Theodorus

confirmat Sozomenus in libro I historiae ecclesiasticae. Deinde cum inter episcopos maxima esset controversia de formula fidei, Eusebius noster formulam proposuit admodum rectam et simplicem, et quae omnium episcoporum, ipsiusque adeo imperatoris consensu laudata est 42). Sed cum ei formulae aliquid deesse videretur ad confutandam novi dogmatis impietatem, patres synodi Nicaenae has praeterea voces addendas esse censuerunt: *Deum verum de deo vero; genitum non factum, consubstantialem patri.* Adiecerunt etiam anathematismos, adversus eos qui dicerent filium dei de non exstantibus factum esse, et fuisse tempus cum non esset. Et initio quidem Eusebius noster *consubstantialis* vocem admittere recusabat. Sed postea edoctus a reliquis episcopis quaenam esset huius verbi vis atque sententia, huic fidei tandem consensit ac subscripsit, quemadmodum ipse tradit in epistola ad Caesarienses. Nonnulli asserunt Eusebium necessitate adactum et imperatoris metu potius quam ex animi sui sententia Nicaenae fidei subscripsisse. Ego vero de aliis quidem qui interfuerunt huic synodo, id facile crediderim. De Caesariensi autem Eusebio ita sentire non possum. Nam Eusebius post synodum Nicaenam semper damnavit eos qui dicerent filium dei ex nihilo factum esse, ut patet ex libris eius contra Marcellum, et nominatim ex capite 9 et 10 libri I de ecclesiastica Theologia. Idem etiam de

Mopsvestiaeus teste Niceta Choniate in Thesauro de fide orthodoxa V, 7. Alexandro Alexandrinorum episcopo honorem illum contigisse tradunt, et Epiphanius scholasticus in hist. eccles. et tripart. I, 5. ac Nicephor. H. E. VIII, 16. Eustathium prius, deinde Eusebium verba fecisse volunt. Sed hunc solum oratione imperatorem compellasse ita ostendit *Stroth.* Leben und Schriften des Euseb. p. XXVII sq. not. e., ut de eo dubitari recte nequeat. Cf. *Danz.* de Eus. p. 65 sq. not. 28.

42) Vid. epistola Eusebii ad Caesarienses apud Theodoret. H. E. I, 12. Socrat. H. E. I, 8. Athanas. Opp. T. I. p. 238. Cf. *Stroth.* l. l. p. XXIX. not. f.

illo testatur Athanasius. Qui cum saepissime retulerit Eusebium Caesariensem Nicaenae synodo subscripsisse; nunquam tamen id ab illo simulate et in speciem duntaxat factum esse prodit. Certe si Eusebius non ex animo, sed per fraudem ac simulationem Nicaeno concilio subscripsit; cur ad Caesarienses illam quam dixi postea misit epistolam, qua ingenue professus est se fidem illam quae in concilio Nicaeno edita fuerat, amplexum fuisse 43)? Post synodum Nicaenam, Ariani metu imperatoris aliquantulum quievere. Mox resumpta fiducia, cum in amicitiam principis callide irrepsissent, catholicos antistites omnibus modis atque artibus persequi instituerunt. Primus illorum impetus in Eustathium incubuit, Antiochenae urbis episcopum, qui et confessionis gloria illustris et inter Nicaenae fidei assertores praecipuus habebatur. Hunc igitur apud imperatorem accusant quod Sabellii impietatem adstrueret; quodque matrem principis Helenam Augustam contumelia affecisset. Fit ingens conventus episcoporum in urbe Antiochia 44), cui praesedit Eusebius Nicomediensis, totius factionis auctor ac signifer. Interfuit etiam huic synodo Caesariensis Eusebius. Igitur Eustathius a Cyro Berroeensium episcopo accusatus quod impiam Sabellii doctrinam tueretur, concinnato praeterea adversus illum stupri crimine, de sede sua depellitur. Quam ob causam gravissimus Antiochiae tumultus est excitatus; populo duas in partes diviso, cum alii Caesariensem Eusebium in Eustathii locum substitui, alii Eustathium sibi episcopum reddi flagitarent. Ventumque esset ad manus, nisi imperatoris

---

43) De his omnibus quomodo rectius statuendum sit, egregie docet *Münscher. Handbuch der Dogmengeschichte* Tom. III. p. 480 sqq. ed. II. Marburgi 1818. Cf. quae ipse monui ad Eus. H. E. I, 1 pag. 7. Praeterea conferri possunt: *Stroth. Leben und Schriften des Eus.* p. XXXV sq. *Danz. de Eus.* p. 63 not. 23. *I. E. Chr. Schmidt. Handbuch der christlichen Kirchengeschichte* Tom. II. p. 135.

44) Anno C. 329. vid. Theodoret. H. E. I, 21. Philostorg. II, 7.

metus et iudicium auctoritas eos cohibuisset. Peracta tandem seditione, pulsoque in exilium Eustathio, Eusebius noster tametsi et a populo et ab episcopis qui aderant, rogatus ut Antiochensis ecclesiae administrationem susciperet, id facere recusavit. Cumque episcopi scriptis ad Constantinum literis et suum et populi totius suffragium ei retulissent; Eusebius suas quoque literas dedit ad Constantinum. Quibus rescribens imp. Constantinus, Eusebii consilium magnopere laudavit 45). Deiecto in hunc modum Eustathio quod anno Christi 330 gestum esse in adnotationibus observavi, Ariani in Athanasium furoris sui impetum vertunt. Ac primo quidem ordinationem eius accusant apud principem, deinde quod lineae vestis canonem a provincialibus exigeret, quod sacrum calicem confregisset, postremo quod Arsenium quendam episcopum interemisset. Itaque Constantinus molestissimis eorum delationibus fatigatus, concilium indixit in urbe Tyro, eoque Athanasium episcopum ad causam dicendam venire iussit. In ea synodo iudex sedit inter ceteros Eusebius Caesariensis, quem Constantinus ei concilio interesse voluerat 46). Hunc in concilio sedentem conspicatus Potamo Heracleopolitanus episcopus, qui cum Athanasio

---

45) Vid. Euseb. V. C. III, 59 sqq. Socrat. I, 24. Sozom. II, 19. Eodem tempore i. e. a. 330. Constantinus M. Eusebio ut doctissimo aetatis suae episcopo sacrorum codicum ad ecclesiarum Constantinopolitanarum usum describendorum curam commisit. Vid. Euseb. V. C. IV, 35. 36. cf. *Ioh. Andr. Fromman. opusc. philol. atque histor. argum.* p. 308 sqq. citante *Danzio* p. 67 not. 33. Idem V. D. p. 40. a. Chr. 332 Nostrum librum cui titulus *Μυστικὴ ἀνακάλυψις τοῦ τῆς (πάσχα) ἑορτῆς λόγου* Constantino M. dedicasse (cf. Danz. not. 35.), et a. 334 orationem de sancto sepulchro coram Constantino M. habuisse scribit. Cf. ibid. not. 36. Euseb. V. C. IV, 33. 34. et locum vexatum eiusdem libri III, 26.

46) Habitam esse constat illam synodum a. 335. Cf. *I. Sleidani* Commentt. Lib. XI. p. 295. Praeterea vid. Euseb. V. C. IV, 41 sq. Socrat. I, 28. Sozom. II, 25. Philostorg. II, 12. Theodoret I, 28. Athanas. adv. haeres. LXVIII, 7.

episcopo et aliquot Aegypti sacerdotibus illuc advenerat, his verbis compellasse dicitur: *Tene Eusebi sedere et innocentem Athanasium stare a te iudicandum? Quis haec pati possit? Nonne persecutionis tempore mecum in custodia fuisti? Atque ego quidem oculum pro veritate perdidi, tu nulla corporis parte mutilatus es, neque martyrium subiisti, sed vivus integerque consistis. Quanam ratione e carcere evasisti? Nisi quod persecutoribus nostris spopondisti te rem nefariam admissurum, ac fortasse etiam admisisti.* Haec Epiphanius ita narrat in haeresi Meletianorum. Ex quibus obiter apparet, falli eos qui Eusebium nostrum idolis aliquando sacrificasse scribunt, idque illi in synodo Tyria palam obiectum fuisse. Neque enim Eusebium insimulavit Potamo, quod idolis immolavisset, sed tantum quod salvus et integer ex carcere dimissus, id de ipso suspicandi ansam praebuisset. Fieri tamen potest, ut Eusebius alio quopiam modo dimissus fuerit e carcere, quam illo quem retulit Potamo [47]). Ceterum ex Epiphanii verbis colligi videtur, Eusebium Caesariensem huic synodo praesedisse. Addit enim Eusebium his auditis graviter commotum, dimisisse concilium. Ex aliis tamen scriptoribus compertum habemus, non Caesariensem, sed Nicomediensem Eusebium Tyriae synodo praefuisse. Post concilium Tyri habitum, episcopi omnes qui illic consederant, iussu principis Hierosolyma se contulere, ad celebranda encaenia magnae illius basilicae, quam in honorem Christi Constantinus ibidem exstruxe-

47) Cf. supra p. XXXIX. *Stroth. Leben und Schriften des Euseb.* p. XXIII not. y. ubi verissime de Potamone V. D. haec observat: „*Man sieht hier einen von Sectir-Geist eingenommenen, hitzigen und giftschäumenden Mann auftreten, und in voller Wuth ausstossen, was ihm Neid, Hass und Verläumdungssucht eingiebt: als wenn gerade alle die im Gefängnisse gelegen, so wie er, ein Auge hätten verlieren müssen; welchen Verlust er sich durch sein hitziges und unüberlegtes Betragen mag zugezogen haben.*“ Cf. ibid. pag. XXXII sq. *Danz.* de Eus. p. 69 not. 37.

rat. Illic Eusebius noster variis concionibus in ecclesia habitis festivitatem decoraverit [48]). Cumque imperator acerbissimis literis episcopos ad comitatum suum evocasset, ut eorum quae adversus Athanasium per fraudem ac simultatem gesserant, rationem coram redderent, Eusebius noster una cum quinque aliis venit Constantinopolim, deque omnibus gestis principem certiorem fecit. Tunc etiam tricennalem orationem coram ipso imperatore in palatio recitavit [49]). Quam quidem imperator summo cum gaudio auscultavit, non tam ob suas, quam ob dei laudes, quem Eusebius tota illa oratione celebraverat. Hanc secundam orationem in palatio a se dictam fuisse testatur Eusebius in libro IV de vita Constantini. Iam quippe antea orationem de sepulcro domini habuerat in palatio: quam quidem imperator stans audieret, nec unquam, licet semel atque iterum ab Eusebio rogatus, sedere in sella sibi apposita sustinuerat, aequum esse dicens, sermones de deo a stantibus exaudiri, ut refert Eusebius in capite 13 eiusdem libri. Porro quam carus acceptusque fuerit Constantino noster Eusebius, tum ex his quae dixi, tum ex multis aliis licet intelligere. Nam et frequentes ab eo accepit litteras, quae in supra dictis libris intextae leguntur, nec raro ad palatium accitus et convivio exceptus et familiari colloquio honoratus est. Quin etiam visionem illam crucis quam in caelo Constantinus viderat, tunc cum adversus Maxentium proficisceretur, Eusebio

48) Vid. Eus. V. C. III, 30 sqq. IV, 43. 45. Niceph. H. E. VIII, 30. Cf. *Weickmann.* de consecratione templi Hierosolymitani Constantiniana, Vitemb. 1770. 4. p. 20 sqq. *Wernsdorf.* de dedicatione Martyrii ex Eusebio, Vitemb. 1770. 4. *Danz.* l. l. p. 69 not. 38.

49) Affixa est haec Eusebii *de laudibus Constantini M.* oratio eius libris de vita huius imperatoris. Cf. V. C. I, 1. VI, 46. Neque vero in ipsa tricennalium festivitate sed paulo post habita est illa oratio. Vid. *Pagi. critica* ad a. 335. n. 3. citante *Danzio* l. l. not. 39.

nostro narravit, et labarum quod ad crucis illius similitudinem expresserat, eidem ostendit, quemadmodum ipse testatur Eusebius. Cumque opus haberet codicibus sacris ad usum ecclesiarum quas Constantinopoli aedificaverat, eorum describendorum curam ac solicitudinem mandavit Eusebio, quippe quem harum rerum peritissimum esse probe sciret. Denique cum Eusebius noster librum de festo paschali eius nomini nuncupasset, adeo iucundum id munus fuit Constantino, ut librum illum statim in Latinum sermonem converti iusserit, scriptisque ad Eusebium literis eum hortatus sit, ut eiusmodi opera quae in manibus habebat, rerum sacrarum studiosis quamprimum communicaret. Sub idem tempus Eusebius descriptionem basilicae Hierosolymitanae, et donariorum quae illic sacrata fuerant, brevi libello comprehensam Constantino principi nuncupavit. Quam quidem una cum oratione tricennali ad calcem librorum de vita Constantini subiecerat. Verum hic liber hodie non exstat [50]). Eodem etiam tempore scripti sunt ab Eusebio libri quinque contra Marcellum, quorum postremos tres de ecclesiastica theologia Flaccillo Antiochensium episcopo inscripsit. Iniit autem episcopatum Flaccillus paulo ante synodum Tyri, quae congregata est consulatu Constantii et Albini, anno 335 natalis dominici. Certe Eusebius in libro I contra Marcellum de ecclesiastica theologia cap. 14 diserte scribit, Marcellum merito ab ecclesia damnatum fuisse. Damnatus autem est primum Marcellus in synodo Constantinopolitana, ab illis ipsis episcopis qui basilicam Constantinianam Hierosolymis dedicaverant, hoc est anno Christi 335 vel certe 336, ut Baronio placet. Et Socrates quidem tres tantum agnoscit Eusebii libros contra Marcellum; eos scilicet qui de ecclesiastica theologia inscribuntur, cum tamen totum opus

50) Commemoratur ab ipso Euseb. V. C. IV, 46 sub titulo: *Ἔκφρασις τοῦ μαρτυρίου τοῦ σωτῆρος*. Plura vid. apud *Danzium* de Eus. p. 69 sq. not. 40.

contra Marcellum quinque libris ab Eusebio sit comprehensum[51]). Porro omnium Eusebii librorum postremi videntur esse quatuor illi de vita imp. Constantini[52]). Scripti sunt enim post mortem imp. illius, cui non diu superstes vixit Eusebius. Mortuus quippe est sub exordia principatus Constantii Augusti, paulo ante mortem Constantini iunioris, quae contigit Acindyno et Proculo Consulibus, anno Christi 340, ut colligitur ex Socratis libro secundo. Quod autem Scaliger in animadversionibus Eusebianis editionis ultimae pag. 250 ait, Eusebii libros contra Porphyrium scriptos esse sub Constantio Constantini magni filio, cum nullius antiqui scriptoris testimonio confirmetur, a nobis tam facile admitti non potest. Sed quod ibidem subiicit Scaliger, tres postremos evangelicae demonstrationis libros, octavum-decimum scilicet, nonum-decimum ac vicesimum, ab Eusebio scriptos esse contra Porphyrium, in eo manifeste halucinatur. Scribit quidem Hieronymus, Eusebium tribus voluminibus, hoc est, XVIII. XIX et XX respondisse Porphyrio, qui in libro XII ac XIII eorum quos contra Christianos edidit, librum Danielis prophetae convellere tentaverat. Sed Hieronymus non libros Eusebii de demonstratione evangelica intelligit, ut putavit Scaliger, sed libros ab eo contra Porphyrium elaboratos, qui *ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας* inscribebantur, uti colligere est ex bibliotheca Photii. Ceterum hos libros post ecclesiasticam historiam ab Eusebio scriptos fuisse

51) Vid. *Tillemont.* Mémoires pour servir à l'histoire ecclesiastique Tom. VII. p. 503 sqq. *Walch. Historie der Ketzereien* Tom. III. p. 229 sqq. cf. *Danz.* l. l. p. 70 sq.

52) Libros *de praeparatione evangelica* Valesius supra p. XLI eodem anno quo opus de demonstratione evangelica, scriptos esse dixit. Sed alia est sententia *Strothii Leben und Schriften des Eus.* p. XXXIII sq. ubi haec leguntur: „*Innerhalb diesen nächst verflossnen zehn Jahren nach dem nicänischen Concilio hat er auch seine unvergleichlichen Bücher von der Vorbereitung zum Evangelio geschrieben; das eigentliche Jahr aber lässt sich nicht genau angeben.*“ Nihil plane de illo opere habet Danzius.

opinor. Idque ex eo coniicio, quod Eusebius noster in libro VI ecclesiasticae historiae, ubi insignem locum affert ex tertio Porphyrii libro contra Christianos, nullam facit mentionem eorum librorum quibus ipse Porphyrio responderat, cum tamen satis diligens laudator esse soleat operum suorum et ad eorum lectionem studiosos subinde reiiciat[53]. Sed quoniam opportuna sese offert occasio, pauca etiam de ecclesiasticae historiae libris hoc loco adnotare libet. Horum enim potissimum causa tota haec a nobis instituta est lucubratio. Multa quidem ab Eusebio nostro scripta sunt ad ecclesiae catholicae utilitatem et ad confirmandam Christianae fidei veritatem, partim adversus Iudaeos, partim contra gentiles. Inter omnes tamen eius libros merito palmam fert ecclesiastica historia. Multi quippe ante Eusebium pro Christianae fidei defensione libros conscripserant, et Iudaeorum contumaciam errore mque gentilium validissimis rationibus convicerant. Sed qui rerum ecclesiasticarum historiam posteris traderet, nemo ante Eusebium exstiterat. Quo magis laudandus est Eusebius noster, qui et primus hoc argumentum excogitavit, et cum illud aggressus fuisset, omnibus numeris absolutum reliquit. Certe cum multi post eum reperti sint, qui illius exemplo incitati res ecclesiasticas scriptis prodere aggrederentur, omnes tamen ab iis temporibus historiam suam exorsi sunt in quibus Eusebius noster opus suum terminaverat, superiorum vero temporum historiam, quam ille decem libris exposuerat, integram ei atque intactam reliquerunt. Quamobrem si quis illum ecclesiasticae historiae patrem et conditorem appellare voluerit, is profecto non absurde nec immerito id cognomen illi impositurus videtur. Quanam autem ratione ad hoc argumentum accesserit Eusebius, non difficile est coniicere. Nam cum in extrema parte chronicorum canonum, tempus adventus

53) Cf. quae monui ad Euseb. H. E. II, 8 not. 3.

domini nostri et passionis eius accurate notasset, nomina etiam episcoporum qui in quatuor praecipuis ecclesiis sederant et illustrium virorum qui in ecclesia floruerant, haereses denique ac persecutiones quibus vexata fuerat ecclesia, suo tempore atque ordine digessisset, paulatim ad historiam ecclesiasticam conscribendam quasi manu deductus est, ut quae in chronicis canonibus quasi compendio quodam perstrinxerat, in ecclesiastica historia latius atque uberius pertractaret. Ipse certe in prooemio historiae ecclesiasticae aperte indicat id quod dixi. Ubi etiam ab aequis lectoribus veniam sibi dari postulat, sicubi fortasse hoc argumentum minus cumulate fuerit exsecutus; se enim omnium primum ad hoc scribendi genus accedere, et iter nullius antea tritum vestigiis ingredi primum coepisse. Verum haec non tam excusatio ac veniae deprecatio, quam laudis et gloriae captatio quibusdam videri possit. Porro cum constet ex Eusebii ipsius testimonio, ecclesiasticam historiam post chronologicos canones ab eo scriptam fuisse, mirum tamen est, utrumque opus ad unam eandemque metam procedere, ad annum scilicet vicesimum Constantini, qui fuit annus Christi 325. Illud praeterea mirari subit, quod cum Nicaena synodus celebrata sit vicennalibus Constantini, nulla tamen eius fiat mentio, nec in chronico, nec in ecclesiastica historia. Nam quod in Latino eius chronico ad annum Constantini quintumdecimum haec leguntur: *Alexandrinae ecclesiae XIX ordinatur episcopus Alexander: a quo Arius presbyter de ecclesia eiectus, multos suae impietati sociat, ad quorum perfidiam coarguendam synodus 318 episcoporum in Nicaeam urbem Bithyniae congregata, omnes haereticorum machinas* homousii *oppositione delevit*, satis perspicuum est, ista non ab Eusebio scripta, sed ab Hieronymo addita fuisse, qui Eusebianum chronicum multis de suo adiectis interpolavit. Ut enim illud omittam, quod synodi Nicaenae commemoratio hic alieno loco ponitur, quis

unquam credat, Eusebium de Ario ita locutum fuisse, aut homousii vocabulum chronico suo intexuisse? Quod semper illi displicuit, ut postea videbimus. Quo modo Eusebius dixit trecentos et octodecim episcopos Nicaenae synodo interfuisse, cum in tertio libro de vita Constantini disertissime scribat, paulo plusquam ducentos et quinquaginta, in ea consedisse? Non dubito tamen, quin ecclesiastica historia ab Eusebio absoluta sit aliquot annis post synodum Nicaenam. Sed cum Eusebius pace illa quae post persecutionem Diocletiani caelitus affulsit ecclesiae, historiam suam claudere decrevisset, quemadmodum ipse testatur in exordio operis sui, Nicaenae synodi commemorationem de industria vitavit, ne seditiones ac tumultus episcoporum inter se rixantium exponere cogeretur. Quippe historiarum scriptores id praecipue curare ac providere debent, ut opus suum illustri et glorioso exitu concludant, sicut iam pridem monuit Dionysius Halicarnassensis in comparatione Herodoti ac Thucydidis. Quis porro eventus illustrior ab Eusebio potuit optari, quam pax illa quae post cruentissimam persecutionem a Constantino reddita fuerat Christianis, cum extinctis ubique persecutoribus, ac postremo omnium Licinio sublato, nullus iam praeteritorum malorum superesset metus? Hac igitur pace historiam suam terminare maluit Eusebius, quam Nicaenae synodi commemoratione. Ea quippe synodo non tam sopita discidia, quam renovata esse videbantur. Idque non synodi ipsius culpa sed pertinaci obstinatione eorum qui saluberrimis sacrosancti concilii decretis acquiescere recusabant. [? *H.*] Atque haec de vita scriptisque Eusebii a nobis dicta sufficiant [54]). Superest ut de eius fide et *ὀρθοδοξίᾳ* pauca

---

54) Ex scriptis Eusebii quorum aut nonnisi fragmenta aut interpretationes Latinae exstant, *Stroth.* *Leben und Schriften des Eus.* p. XLII sq. haec commemoravit: 1) *Εἰς Ἡσαΐαν λόγοι δέκα.* Horum commentariorum magnam partem collegit et edidit Montefalconius, Paris. 1706. — 2) Commentarii in canticum canticorum. Fragmenta

dicamus. Ac primum lectores monitos velim, ne hic a nobis Eusebii defensionem exspectent. Neque enim nostrum est de huiusmodi rebus pronuntiare, cum ecclesiae iudicium et antiquorum patrum sententiam in iis potius sequi debeamus. Proinde quaedam duntaxat capita hic adnotabimus, quibus quasi fundamentis innixi, de Eusebii fide certius statuere possimus. Cum igitur de Eusebio nostro variae sint antiquorum sententiae, et quidam eum catholicum, alii haereticum, nonnulli *ἐπαμφοτερίζοντα*, id est, dubiae atque ancipitis fidei fuisse censuerint; inquirendum a nobis est cui potissimum sententiae debeamus accedere. Constans iuris regula est, in dubiis aequiorem potius ac mitiorem sententiam amplecti oportere. Deinde cum occidentales omnes uno fere excepto Hieronymo, de Eusebio nostro honorifice senserint, cumque ecclesia Gallicana sanctorum numero eum adscripserit, ut ex Victorio Aquitano, Usuardo,

---

edidit Meursius. — 3) *Περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας.* Partem edidit Curterius. — 4) Commentarii in psalmos. Plures evulgavit Montefalconius. — 5) *Περὶ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαφωνίας.* Huius libri codices esse feruntur in Sicilia, fragmenta in Anastasio Sinaita et Combefisii auctario novo P. P. — 6) Primus liber apologiae pro Origine, Latine, in tomo quarto operum Hieronymi. — Nondum typis descripta esse monuit *Stroth.* l. l. p. XLIII haec: 7) Collectio locorum propheticorum de Christo, libri quatuor. Exstant illi in bibliotheca Vindobonensi et pars esse videntur libri qui periit: *Ἡ καθόλου στοιχειώδης εἰσαγωγή.* Vid. *Fabr.* B. G. Vol. VI. p. 57. — 8) De morte Herodis. — 9) Praefatio ad canticum Mosis. — 10) Fragmentum de mensura et ponderibus. — Perierunt autem libri hi: 11) De vita Pamphili, libri tres. — 12) *Τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή.* Fortasse in actis sanctorum nonnulla inde continentur. — 13) *Ἡ καθόλου στοιχειώδης εἰσαγωγή.* — 14) *Ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας λόγοι β.* Cf. Phot. cod. 13. — 15) Apologia religionis Christianae contra Porphyrium, libri XXX. — 16) *Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πολυπαιδείας.* — 17) De festo paschatis. — 18) Demonstratio ecclesiastica. — 19) Praeparatio ecclesiastica. — 20) Oratio de ecclesia recens exstructa Hierosolymitana. — 21) Apologia pro Origene. — 22) Commentarius in primam epistolam Pauli ad Corinthios. — 23) Variae passim laudatae epistolae. Ita omnes quos edidit Eusebius, libri quorum alii supersunt, alii nondum editi, alii perditi, sunt triginta sex.

aliisque colligitur, satius sine dubio est, ut patrum nostrorum, quam ut orientalium schismaticorum iudicio subscribamus. Denique quorum auctoritas hac in re maior esse debet, quam pontificum Romanorum? [? *H.*] Atqui Gelasius in libro de duabus naturis, Eusebium nostrum inter catholicos scriptores retulit, duoque ex eius libris testimonia recitavit. Sed et Pelagius PP. eum inter historicos honoratissimum nominat, et ab omni haereseos labe immunem esse pronuntiat, tametsi Origenem haereticum summis laudibus extulisset. Denique Gelasius Caesariensis episcopus qui Acacio successerat, Eusebii nomen in sacris diptychis retinuit, cumque id fecisset, Theophilus Alexandrinus in libro contra unionem Theodosianorum et Gainitarum *καθ' ἣν φησιν οἰκονομίαν, Θεόφιλος μὲν τῷ Γελασίῳ ἐκοινώνει ἐγγεγραμμένον ἔχοντι τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις τὸν Παλαιστινὸν Εὐσέβιον.* Quae leguntur in bibliotheca Photii cap. CCXXVII. At dicet aliquis orientalium potius sequendum esse iudicium, cum orientales Eusebium utpote hominem linguae suae, melius nosse potuerint. Sed responderi potest, non deesse quosdam ex orientalibus, qui de Eusebio nostro bene senserint. Inter quos est Socrates et Gelasius Cyzicenus. Quod si septimae synodi oecumenicae iudicium nobis opponatur, in promptu est responsio. Neque enim de Eusebii fide agebatur in illa synodo, sed de imaginum cultu. Ad quem subvertendum cum adversarii paulo ante in urbe regia congregati, testimonium ex Eusebii ad Constantiam epistola protulissent, eoque maxime niterentur, patres septimae synodi ad elevandam huius testimonii auctoritatem acclamarunt, Eusebium Arianum fuisse. Verum id obiter tantum, ex occasione et odio illius epistolae ab eis factum est, non autem data opera, aut causa prius cognita. Proferunt quidem loca quaedam ex Eusebio, quibus approbent illum Ariano dogmati adhaesisse. Sed nullum discrimen adhibent inter libros ante concilium Nicaenum, et inter eos qui post illud concilium ab Eusebio sunt ela-

borati: quod tamen fieri omnino debuerat, ut de Eusebii fide certum ac legitimum iudicium promereatur. Quaecumque enim ante Nicaenam synodum scripta sunt, Eusebio obiici et imputari non debent. Porro Eusebii epistola ad Alexandrum, qua pro Ario illum interpellat, scripta est procul dubio ante synodum Nicaenam. Proinde testimonium illud patrum septimae synodi adversus Eusebium, etsi maximam habet auctoritatem, tamen praeiudicium potius quam synodale iudicium nobis videtur. Sed Graecis liceat de Eusebio nostro ita sentire, eumque ad finem Arianae haeresi faventem, aut etiam Arianum vocare. Hieronymum vero quis patienter ferat, qui non contentus haereticum illum et Arianum dicere, Arianorum signiferum non semel nominat? Potestne Arianorum signifer merito dici is, qui Arianorum dogma post Nicaenam synodum perpetuo damnavit? Legantur eius libri de ecclesiastica theologia, quos contra Marcellum scripsit diu post concilium Nicaenum. Inveniemus id quod dixi, damnatos ab eo fuisse qui dicerent filium dei de non exstantibus esse factum, et fuisse tempus eum non esset. Idem etiam de Eusebio testatur Athanasius in epistola de decretis synodi Nicaenae his verbis: *Et profecto infelix in eo fuit. Ut enim se ipsum purgaret, accusavit deinceps Arianos, quod cum dicerent filium dei non exstitisse antequam gigneretur, hoc pacto negarent eum exstitisse ante incarnationem.* Et Athanasius quidem qui privatas inimicitias cum Eusebio gessit, hoc Eusebio perhibet testimonium. Hieronymus vero qui nullas odii causas adversus Eusebium habebat, immo qui ex illius scriptis tantopere profecerat, qui chronicum eius canonem et librum de locis Hebraicis in Latinum sermonem converterat, hoc Eusebium infamat elogio, quod ne infensissimi quidem hostes unquam illi tribuerunt. Cuius rei causam invenire non possum, nisi quod Hieronymus suscepto adversus Origenem odio, cunctos eius dogmatum defensores ac praecipue Eusebium nostrum immodice est persecutus. Fatendum

quidem est, Eusebium nostrum, etsi Arianorum signifer merito dici non possit, tamen cum Arianorum signiferis post Nicaenam synodum perpetuo versatum fuisse, et una cum illis impugnasse catholicos episcopos, Eustathium scilicet et Athanasium, praecipuos homousii defensores. Illud quoque in Eusebio reprehendendum videtur, quod licet aeternitatem filii dei adversus Arianos semper asseruerit, homousii tamen vocem nunquam ex animo probavit. Certe nec in libris contra Marcellum, nec in orationibus de fide adversus Sabellium ea voce unquam usus est. Immo vero in libro secundo adversus Sabellium non obscure significat eam vocem, utpote quae in scripturis non legatur, sibi displicere. Sic enim ait: *Sicut ergo de his quae possunt quaeri, inertium est non quaerere, ita de his quae non necesse est quaeri, audacia est quaerendi. Quae ergo debent quaeri? quae invenimus in scripturis posita. Quae autem in scripturis non invenimus, non quaeramus. Si enim oporteret nobis esse cognita, utique spiritus sanctus posuisset in scripturis.* Et aliquanto post haec habet: *Non ita periclitemur, sed tute loquamur. Si quid autem scriptum est, ne deleatur.* In fine autem orationis ita loquitur: *Quae scripta sunt dicito, et derelinquetur lis.* Quibus verbis homousion sine dubio perstringit Eusebius. Sed nunc, si placet, veterum de Eusebio testimonia audiamus. In quibus illud maxime observandum est, etsi varia fuerunt hominum de Eusebio nostro iudicia, quod quidem spectat ad ecclesiasticorum dogmatum puritatem, omnes tamen summae eruditionis laudem uno consensu ei tribuisse. Unus patrum memoria exstitit Iosephus Scaliger, qui praecipiti quadam audacia ac maledicendi libidine abreptus, hanc doctrinae gloriam, quam nec adversarii Eusebio unquam inviderunt, ei adimere conatus est. Eius verba si quis cupit cognoscere, inter testimonia veterum collocavimus, non quod eius iudicium hac praesertim in parte magni faciamus, sed eo potius consilio,

ut importuna eius maledicentia omnium oculis subiiceretur. Qui cum in chronicum Eusebii canonem commentarios scribere instituisset, in ipso operis exordio reprehendit Hieronymum, quod Eusebium virum eruditissimum appellaverit. Ab principio quidem statueram adversus Scaligerum pluribus disputare, eiusque sententiam prolixiori responsione subvertere. Sed quoniam ea res maioris est otii, ac fortasse taedium allatura esset lectoribus, in aliud tempus opportunius differetur.

VETERUM TESTIMONIA
PRO
EUSEBIO.

Ex epistola Constantini magni ad Antiochenos, quam refert Eusebius in eius vita, Lib. III c. 60.

Fateor enim perlegisse me acta; in quibus ex honorificis testimoniis ac praeconiis vestris in Eusebium Caesariensem episcopum, quem ego quoque et doctrinae et modestiae causa iamdudum probe novi, vos in eum propensos esse, eumque vobis vindicare velle comperi. *Et paulo post:* Equidem virum illum quem vos et honore et benevolentia dignum iudicatis, plurimum laudo. Non tamen adeo despici oportet id quod apud singulos ratum firmumque manere debuerat, ut singuli contenti non sint sententiis suis, *etc.*

Ex eiusdem Constantini ad Eusebium epistola, qua eum laudat, quod Antiochenam sedem recusaverit, Lib. III c. 61.

Epistolam tuam saepius legi, et ecclesiasticae disciplinae regulam accuratissime observatam a te cognovi. Enimvero in ea sententia perstare, quae et deo accepta, et apostolicae traditioni congrua esse videatur, summae pietatis est. Tu quidem beatum te in hoc ipso existimare debes qui totius propemodum orbis testimonio, dignus universae

ecclesiae episcopatu iudicatus sis. Nam cum omnes te apud se episcopum esse ambiant, hanc tuam felicitatem sine controversia adaugent. Verum rectissime fecit prudentia tua, quae et mandata dei et apostolicam atque ecclesiasticam regulam custodire statuit, episcopatum Antiochensis ecclesiae repudians et in eo potius permanere desiderans, quem dei mandatu ab initio suscepisset.

Ex eiusdem Constantini epistola ad synodum Antiochenam, ibid. c. 62.

Legi literas a vestra sanctitate scriptas, et Eusebii collegae vestri prudens propositum laudavi. Cumque cuncta quae gesta sunt, partim ex vestris, partim ex perfectissimorum virorum, Acacii et Strategii comitum literis cognovissem, remque ut decebat, accurate expendissem, scripsi ad populum Antiochenum, quid deo acceptum et ecclesiae congruum esset. Eius epistolae exemplum his literis subiici praecepi, ut et vos cognoscere possitis, quidnam ego iuris ratione provocatus scripserim ad populum Antiochenum, quando quidem hoc literis vestris continebatur, ut iuxta populi et prudentiae vestrae suffragium ac voluntatem Eusebius sanctissimus Caesariensium episcopus Antiochenae ecclesiae praesideret, eiusque curam susciperet. Ac literae quidem Eusebii ecclesiasticae legi maxime inhaerere videbantur, *etc.*

Ex eiusdem Constantini ad Eusebium epistola, in qua librum illius de pascha laudat, Lib. IV c. 35.

Eximiam tuam doctrinam et studii contentionem equidem supra modum admiratus sum, legique librum tuum perlibenter utque in multorum qui divinae religionis observantiam sincere profitentur, manus ac notitiam perveniret, quemadmodum optaveras, mandavi. Cum igitur intelligas, quanta cum voluptate huiusmodi munera a solertia tua nobis oblata suscipimus, cura ut frequentioribus posthac

sermonibus, quibus te innutritum esse profiteris, animum nostrum exhilares.

Ex epistola eiusdem Constantini ad Eusebium de conficiendis sacrae scripturae codicibus, Lib. IV. c. 36.

Visum est enim id significare prudentiae tuae, ut quinquaginta codices divinarum scripturarum, quarum apparatum et usum maxime necessarium ecclesiae esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias, qui et legi facile, et ad omnem usum circumferri possint.

Ex Eusebii Nicomediensis epistola ad Paulinum episcopum Tyri, quam refert Theodoretus in libro primo historiae ecclesiasticae, c. 5.

Nec domini mei Eusebii pro tuenda veritate studium silentio mandatum est, nec tua, domine, in eadem re taciturnitas. Ad nos enim de utroque fama pervenit, et quod consequens erat, Eusebii domini mei causa laetitiam, tua vero dolorem cepimus.

Ex libro Basilii ad Amphilochium de spiritu sancto, c. 29.

Εἰ δὲ τῷ καὶ ὁ Παλαιστινὸς Εὐσέβιος ἀξιόπιστος διὰ τὴν πολυπειρίαν, κἀκείνου τὰς αὐτὰς φωνὰς ἐπιδείκνυμεν ἐν τοῖς ἐπαπορήμασι περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας. Huius libri meminit Eusebius in lib. VII. praeparationis, c. 8.

Ex libro quaestionum veteris ac novi testamenti qui inter Augustini opera est editus, c. 125.

Meminimus in quodam libello Eusebii quondam egregii in reliquiis viri legisse, quia nec spiritus sanctus sciat mysterium nativitatis domini nostri Iesu Christi, et admiror tantae doctrinae virum hanc maculam spiritui sancto inflixisse.

Ex epistola 65. Hieronymi ad Pammachium et Oceanum.

Fortissimos libros contra Porphyrium scribit Appolinarius, ecclesiasticam pulchre Eusebius historiam texuit. Alter eorum dimidiatam Christi introduxit oeconomiam; alter impietatis Arii apertissimus propugnator est.

Ex apologetico eiusdem Hieronymi adversus Rufinum.

Sex libros, ut ante iam dixi, Eusebius Caesariensis episcopus, Arianae quondam signifer factionis, pro Origene scripsit, latissimum et elaboratum opus, et multis testimoniis approbavit, Origenem iuxta se catholicum, id est, iuxta nos, Arianum esse.

Ex eodem libro.

Ipse enim Eusebius, amator et praeco et contubernalis Pamphili, tres libros scripsit elegantissimos, vitam Pamphili continentes. In quibus cum cetera miris laudibus praedicaret, humilitatemque eius ferret in caelum, etiam hoc in tertio libro addidit, *etc.* *Et post pauca in eodem libro:* Laudavi Eusebium in ecclesiastica historia, in digestione temporum, in descriptione sanctae terrae, et haec ipsa opuscula in Latinum vertens, meae linguae hominibus dedi. Num ex eo Arianus sum, quia Eusebius qui hos libros condidit, Arianus est?

Ex Hieronymi libro II. adversus Rufinum.

Vir doctissimus Eusebius (doctissimum dixi, non catholicum; ne more solito mihi et in hoc calumniam struas) per sex volumina nihil aliud agit, nisi ut originem suae ostendat fidei, id est, Arianae perfidiae.

Ex prooemio libri b. Hieronymi de locis Hebraicis.

Eusebius, qui a beato Pamphilo martyre cognomentum sortitus est, post decem ecclesiasticae historiae libros, post temporum canones, quos nos Latina lingua edidimus, post

diversarum vocabula nationum, quae quo modo apud Hebraeos olim dicta sint, et nunc dicantur, exposuit, post topographiam terrae Iudaeae, et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Hierusalem, templique in ea cum brevissima expositione picturam, ad extremum in hoc opusculo laboravit, ut congregaret nobis de sancta scriptura omnium paene urbium, montium, fluminum, viculorum, et diversorum locorum vocabula: quae vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Unde et nos admirabilis viri sequentes studium, etc. —

Ex libro b. Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis.

Hippolytus cuiusdam ecclesiae episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationem paschae, temporumque canones scripsit usque ad primum annum Alexandri imp. et sedecim annorum circulum quem graeci *ἑκκαιδεκαετηρίδα* vocant, reperit, et Eusebio qui super eodem pascha canonem decem et novem annorum circulum, id est, *ἐννεακαιδεκαετηρίδα* composuit, occasionem dedit.

Ex eodem libro.

Eusebius Caesareae Palaestinae episcopus, in scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecae divinae cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina. De quibus haec sunt: *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* libri viginti. *Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς* libri quindecim. *Θεοφανείας* libri quinque. Ecclesiasticae historiae libri decem. Chronicorum canonum omnimoda historia, et eorum *ἐπιτομή*. Et de Evangeliorum diaphonia. In Esaiam libri decem, et contra Porphyrium, qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta: de quibus ad me viginti tantum pervenerunt. *Τοπικῶν* liber unus, *ἀπολογίας* pro Origene libri sex; de vita Pamphili libri tres. De martyribus alia opuscula. Et in 150 psalmos eruditissimi commentarii. Et multa alia. Floruit maxime sub Constantino imp.

et Constantio; et ob amicitiam Pamphili martyris, ab eo cognomentum sortitus est.

Ex eodem libro.

Eusebius natione Sardus, et ex lectore urbis Romae, Vercellensis episcopus, ob confessionem fidei a Constantio principe Scythopolim et inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano imp. ad ecclesiam reversus, edidit in psalmos commentarios Eusebii Caesariensis, quos de Graeco in Latinum verterat. — *Idem Hieronymus in epist. ad Vigilantium* de hac versione ita scribit: Sit in culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium psalmorum commentarios haeretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet, haeretica praetermittens, optima quaeque transtulerit.

Idem Hieronymus in praefatione commentariorum in Danielem.

Contra prophetam Danielem duodecimum librum scribit Porphyrius, nolens eum ab ipso cuius inscriptus est nomine, esse compositum *etc.* cui solertissime responderunt Eusebius Caesariensis episcopus tribus voluminibus, id est, XVIII. XIX et XX. Appollinarius quoque uno grandi libro, hoc est, vicesimo sexto, et ante hos ex parte Methodius.

Idem Hieronymus in c. 24. Matthaei.

De hoc loco, id est, de abominatione desolationis quae dicta est a Daniele propheta, stante in loco sancto, multa Porphyrius tertio decimo operis sui volumine contra nos blasphemavit. Cui Eusebius Caesariensis episcopus, tribus respondit voluminibus XVIII. XIX et XX.

Idem in epistola 84. ad Magnum.

Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius, priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et Appollinarius fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros,

Methodius usque ad decem millia procedit versuum. Eusebius et Apollinarius viginti quinque et triginta volumina condiderunt.

Idem in epistola 65. ad Pammachium et Oceanum.

Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio et Didymo, assertoribus Origenis inveniri potest? Quorum alter sex voluminibus τῆς ἀπολογίας ita eum, ut se, sensisse confirmat.

Idem Hieronymus in praefatione commentariorum in Esaiam.

Eusebius quoque Pamphili iuxta historicam explanationem quindecim edidit volumina.

Idem in praefatione libri quinti commentariorum in Esaiam.

Subeamne opus, in quo viri eruditissimi sudaverunt? Origenem loquor et Eusebium Pamphili. Quorum alter liberis allegoriae spatiis evagatur, et interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit ecclesiae sacramenta, alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliviscitur propositi, et in Origenis scita concedit.

Idem in libro quinto commentariorum in Esaiam.

Eusebius Caesariensis historicam interpretationem titulo repromittens, diversis sensibus evagatur, cuius cum libros legerem, aliud multo reperi quam indice promittebat. Ubicumque enim historia defecerit, transit ad allegoriam; et ita separata consociat, ut mirer eum nova sermonis fabrica in unum corpus lapidem ferrumque coniungere.

Idem Hieronymus in caput 1. Matthaei.

Super hoc et Africanus, temporum scriptor, et Eusebius Caesariensis in libris διαφωνίας εὐαγγελίων plenius disputarunt.

Rufinus in epistola ad Chromatium episcopum.

Iniungis mihi ut ecclesiasticam historiam, quam vir eruditissimus Eusebius Caesariensis Graeco sermone conscripserat, in Latinum converterem.

Augustinus in libro de haeresibus, cap. 83.

Cum Eusebii historiam perscrutatus essem, cui Rufinus a se in Latinam linguam translatae subsequentium etiam temporum duos libros addidit, non inveni aliquam haeresim quam non legerim apud istos; nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam exstitisse in Arabia. Itaque hos haereticos, quoniam nullum eorum ponit auctorem, Arabicos possumus nuncupare, qui dixerunt animas cum corporibus mori atque dissolvi, et in fine saeculi utrumque resurgere. Sed hos disputatione Origenis praesentis et eos alloquentis, celerrime dicit fuisse correctos.

Antipater Bostrensis episcopus in libro primo adversus apologeticum Eusebii Caesariensis pro Origene[55].

Ἐπειδὴ πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ γέγονε, πάσας τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων βίβλους τε καὶ συγγράμματα ἐξερευνήσας, καὶ ἀνιχνεύσας καὶ τὰς πάντων μικροῦ δεῖν δόξας ἐκθέμενος, καὶ πλεῖστα συγγράμματα καταλείψας τῷ βίῳ, ἃν ἔνια καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια τυγχάνει, τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἀνδρὸς ὑπολήψει χρώμενοι συναρπάζειν ἐπιχειροῦσιν ἐνίους, ὡς ὅτι φάσιν, οὐκ ἂν εἵλετο Εὐσέβιος ἐπὶ τοῦτο ἰδεῖν, εἰ μὴ πάσας ἀκριβῶς ἠπίστατο τῶν παλαιῶν τὰς δόξας τοῦτο βουλομένας· ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδέν τι τῶν παλαιοτέρων συγγραμμάτων τὴν ἐκείνου διέλαθε γνῶσιν, σύμφημι καὶ ὁμολογῶ, Βασιλικῇ γὰρ συνεργίᾳ χρώμενος, ῥαδίως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνάγειν ἠδύνατο, etc.

Ex libro primo excerptorum historiae ecclesiasticae Philostorgii.

Ὅτι τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα πρὸς ἱστορίας ἥκει λόγον, ὁ Φιλοστόργιος τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον ἐπαινῶν, περὶ τὴν εὐσέβειαν διαμαρτάνειν φησί· καὶ τὸ ἁμάρτημα ὁ δυσσεβὴς διηγούμενος,

---

55) Vid. *Moeller.* de fide Eus. C. p. 16 sqq. cf. *Cave* Hist. Literar. script. eccles. p. 128.

διότι ἄγνωστον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον ἡγοῖτο· ἀλλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτά φησιν αὐτὸν πλημμελεῖν· καταπαῦσαι δὲ αὐτὸν τῆς οἰκείας τῆς ἱστορίας μνήμης; μέχρι τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου συνεπιμαρτυρεῖ.

Socrates in libro primo historiae ecclesiasticae.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν ὅλοις δέκα βιβλίοις τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν ἐκθέμενος, κατέπαυσεν εἰς τοὺς χρόνους τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν οἷς καὶ ὁ παρὰ τοῦ Διοκλητιανοῦ κατὰ Χριστιανῶν γενόμενος πόλεμος ἀνεπαύσατο. Γράφων δὲ ὁ αὐτὸς εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου, τῶν καθ' Ἄρειον μερικῶς μνήμην πεποίηται, τῶν ἐπαίνων τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πανηγυρικῆς ὑψηγορίας τῶν λόγων μᾶλλον ὡς ἐν ἐγκωμίῳ φροντίσας, ἤπερ τοῦ ἀκριβῶς περιλαβεῖν τὰ γενόμενα.

Idem Socrates in eodem libro cap. 7. de Sabino Macedonianorum episcopo loquens qui synodorum historiam scripserat, ita dicit:

Καὶ ἐπαινεῖ μὲν τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον ὡς ἀξιόπιστον μάρτυρα· ἐπαινεῖ δὲ καὶ τὸν βασιλέα, ὡς τὰ Χριστιανῶν δογματίζειν δυνάμενον· μέμφεται δὲ τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει, ὡς ὑπὸ ἰδιωτῶν καὶ οὐδὲν ἐπισταμένων ἐκδεδομένη, καὶ ὃν ὡς σοφὸν καὶ ἀψευδῆ καλεῖ μάρτυρα, τούτου τὰς φωνὰς ἑκουσίως ὑπερορᾷ.

Idem Socrates in libro II. c. 21.

Ἐπειδὴ δέ τινες ἐπεχείρησαν καὶ αὐτὸν λοιδορῆσαι, φημὶ δὴ τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, ὡς ἀρειανίζοντα ἐν οἷς λόγοις ἐξέδωκε, μικρὰ καὶ περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν οὐκ ἄκαιρον ἡγοῦμαι· πρῶτον μὲν γὰρ, etc. Id est:

Sed quoniam hunc quoque, Eusebium Pamphili intelligo, nonnulli criminari conati sunt, perinde quasi Arianum dogma in libris suis secutus fuerit, opportunum fore censeo pauca de eo disserere. Primum igitur concilio Nicaeno quo filium patri consubstantialem fuisse decretum est, et

interfuit et consensit. In tertio vero libro quem de vita Constantini scripsit, ita loquitur: Omnes imperator ad concordiam incitavit, donec universos in iis de quibus antea dissentiebant, concordes atque unanimes praestitisset. Adeo, ut fides omnium consona apud Nicaeam obtinuerit. Cum igitur Eusebius illius concilii mentionem faciens, cunctas animorum dissensiones sopitas esse dicat, et universos in unam eandemque conspirasse sententiam, quid causae est cur nonnulli eum existiment Ariano dogmati consentire? Falluntur etiam Ariani, qui illum opinioni suae suffragari arbitrantur. Sed dicet fortasse aliquis, illum Ariani dogmatis assertorem videri, propterea quod in libris suis crebro dicere solet: per Christum. Cui nos id respondemus, et hac loquendi ratione et aliis huiusmodi quae dispensationem humanitatis Iesu Christi designant, ecclesiasticos scriptores uti consuevisse, et ante hos omnes Paulum apostolum iisdem vocibus usum fuisse, qui tamen perversi dogmatis magister nunquam est existimatus. Ceterum cum Arius filium dei creaturam perinde ac cetera quae a deo creata sunt, ausus sit dicere, audi, si placet, quaenam de hac re fuerit Eusebii sententia in libro primo de ecclesiastica theologia (*cap.* 9, 10.). Unigenitus, inquit, dei filius solus ipse et non alius et praedicatur et est. Unde merito quis reprehenderit eos qui creaturam illum dicere non dubitarunt, ex nihilo conditum perinde ac reliquas creaturas. Quomodo enim filius fuerit, quomodo unigenitus, si eandem cum ceteris creaturis naturam sortitus est, unusque est e numero rerum creatarum, utpote qui una cum illis ortus sit ex nihilo? Verum divina oracula non ita de illo praedicant. Deinde paucis interiectis haec subiicit: Quisquis igitur filium dei ex nihilo genitum, et creaturam e non exstante productam esse asserit, is non animadvertit, se nudum quidem nomen filii ei concedere, revera tamen eum filium pernegare. Qui enim ex nihilo genitus est, vere filius dei esse non potest, sicut nec quidvis aliud quod genitum sit.

Verbus autem filius dei, utpote qui ex illo tanquam ex patre genitus est, unigenitus et dilectus patris merito dicitur. Ob eandem etiam causam deus ipse est. Quis enim alius dei fetus esse possit, quam illi ipsi per omnia simillimus? Condit quidem urbem imperator, sed eam non gignit: filium autem gignere dicitur, non condere. Artifex autem faber dicitur eius quod fabricatus est, non pater. Filii vero sui nequaquam faber dicitur. Ita quoque summus huius universi deus filii quidem sui pater, mundi vero faber et conditor merito dicitur. Quod si semel in scripturis invenitur dictum: dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua, sensum ipsum verborum inspicere debemus, quem paulo post exponam: nec, ut Marcellus facit, ob unicum testimonium praecipuum ecclesiae dogma convellere. Haec et alia plurima ab Eusebio Pamphili dicta sunt in libro adversus Marcellum. In tertio autem eiusdem operis libro, docens quomodo intelligenda sit haec vox κτίσμα, ita loquitur: His ita constitutis, consequens est, ut quemadmodum illa quae praecesserunt, sic etiam haec verba: dominus condidit me initium viarum suarum ad opera sua, de eadem persona dicta sint. Quod si creatum se esse dicit, non ita accipiendum est, quasi dicat, se de non extantibus ad id quod est pervenisse, et perinde ac reliquas creaturas ex nihilo conditum esse, sicut nonnulli perperam existimarunt. Sed id dicit, utpote qui subsistat ac praexistat ante constitutionem totius mundi, a patre autem suo ac domino princeps ac rector huius universi constitutus sit; adeo ut verbum hoc ἔκτισεν positum sit hoc loco pro constituit. Certe apostolus Petrus principes et rectores qui hominibus praesunt, diserte creaturam appellat, his verbis: Subiecti estote omni humanae creaturae propter dominum, sive regi quasi praecellenti, sive rectoribus tanquam ab illo missis. Propheta quoque cum dicit: praepara te Israel ad invocandum deum tuum quoniam ecce qui firmat tonitru, et qui creat spiritum, et qui annuntiat hominibus Chri-

stum suum, hoc verbum *κτίζω* non accepit pro eo, quod factum est cum antea non esset. Neque enim tunc deus creavit spiritum, cum Christum suum per illum cunctis hominibus annuntiavit. Nihil quippe sub sole novum est. Sed erat quidem antea spiritus et subsistebat, missus est autem tunc cum Apostoli congregati essent: quando sonus instar tonitrui factus est de coelo tanquam ingruentis spiritus vehementis et repleti sunt spiritu sancto. Atque ita Christum dei hominibus praedicarunt, iuxta prophetiam quae dicit: Ecce is qui firmat tonitru et qui creat spiritum, et qui annunciat hominibus Christum suum. Ubi vocabulum illud creans, positum est pro, mittens, vel pro, disponens atque constituens. Tonitru vero similiter evangelii praedicationem significat. David quoque cum dicit: Cor mundum crea in me deus, non hoc dixit quasi cor antea non haberet, sed orabat ut mens pura in se ipso perficeretur. Eadem ratione dictum est illud, ut duos in unum novum hominem crearet, id est, coniungeret. Vide autem annon eiusdem generis sit et illud: Induamini novum hominem qui est secundum deum creatus. Item illud: Si qua igitur in Christo nova creatura; et quaecumque alia eiusmodi reperiri possunt ab iis, qui scripturas divinitus inspiratas curiose scrutantur. Ne mireris ergo si in hoc loco: dominus creavit me initium viarum suarum, verbum creavit translative positum est pro, constituit et rectorem ordinavit. Haec Eusebius scribit in libris contra Marcellum. Quae nos hic adduximus propter eos, qui illum frustra criminari et traducere conantur. Neque enim probare possunt, Eusebium initium essentiae filio tribuisse, tametsi dispensationis vocabulis passim in libris suis utatur: praesertim cum scriptorum Origenis imitator et admirator exstiterit, in quibus filium ex patre genitum semper praedicari reperient, quicumque reconditam Origenis doctrinam intelligentia assequi possunt. Atque haec obiter dicta sint, ut Eusebii obtrectatoribus respondeam.

Sozomenus in libro I historiae ecclesiasticae.

Ὡρμήθην δὲ τὸ ἀπαρχῆς ταύτην συγγράψαι τὴν πραγματείαν, λογισάμενος δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ταύτης ἐπειράθησαν μέχρι τῶν κατ' αὐτοὺς χρόνων, Κλήμης τε καὶ Ἡγήσιππος, ἄνδρες σοφώτατοι, τῇ τῶν ἀποστόλων διαδοχῇ παρακολουθήσαντες, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ συγγραφεὺς, καὶ Εὐσέβιος ὁ ἐπίκλην Παμφίλου, ἀνὴρ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν καὶ συγγραφέων πολυμαθέστατος ἵστωρ.

Victorius in canone paschali.

Recensitis igitur fidelibus historiis veterum, beati scilicet Eusebii Caesariensis Palaestinae civitatis episcopi, viri in primis eruditissimi atque doctissimi, chronicis prologoque; ac perinde his quae a sanctae memoriae Hieronymo hisdem chronicis sunt adiecta.

Hieronymus in epistola ad Chromatium et Heliodorum, quae praefigitur martyrologio quod b. Hieronymi inscriptum est nomine [56]).

Constat dominum nostrum Iesum Christum omni die martyrum suorum triumphos excipere, quorum passiones a sancto Eusebio Caesariensi episcopo scriptas reperimus. Nam Constantinus Augustus, cum Caesaream fuisset ingressus, et diceret memorato antistiti, ut peteret aliqua beneficia Caesariensi ecclesiae profutura, legitur respondisse Eusebium, opibus suis ecclesiam ditatam, nulla petendi beneficia necessitate compelli, sibi tamen desiderium immobile exstitisse, ut quidquid in republica Romana gestum sit erga sanctos dei per iudices iudicibus succedentes in universo orbe Romano, sollicita perscrutatione, monumenta publica discutiendo perquirerent, et qui martyrum a quo iudice, in qua provincia vel civitate, qua

56) Vid. *Moeller*. loco not. 55. laudato. Conf. *Schroeckh. christliche Kirchengeschichte* T. I. p. 144.

die quave perseverantiae, passionis suae obtinuerint palmam, de ipsis archivis sublata, ipsi Eusebio regio iussu dirigerent. Unde factum est, ut idoneus relator existens, et ecclesiasticam historiam texeret, et omnium paene martyrum provinciarum omnium Romanarum trophaea diligens historiographus declararet.

Gelasius papa in decreto de libris apocryphis.

Item chronica Eusebii Caesariensis et eiusdem ecclesiasticae historiae libros, quamvis in primo narrationis suae libro tepuerit, et postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum, propter rerum tamen notitiam singularem, quae ad instructionem pertinent usque quaque non dicimus renuendos.

Idem in libro de duabus naturis.

Ut id ipsum dicentes uno corde, unoque ore, et credamus quod a maioribus nostris accepimus, et donante domino tradamus posteris confitendum, cum quibus unitam fidem deo propitio perdurare catholicorum subiecta testimonia magistrorum recensita testantur. *Et paulo post:* Eusebii episcopi Palaestinensis cognomento Pamphili ex expositione psalmi septimi, *etc.* Item eiusdem ex evangelica praeparatione lib. VII.

Pelagius II papa in epistola 3. ad Eliam Aqueleiensem et alios episcopos Istriae.

Quid namque in haeresiarchis Origene deterius, et quid in historiographis inveniri Eusebio honorabilius potest? Et quis nostrum nescit, in libris suis quantis Origenem Eusebius praeconiis attollat? Sed quia sancta ecclesia suorum fidelium corda benignius, quam verba districtius pensat, nec in haereticis sensum proprium testatio Eusebii absolvere potuit: nec rursum Eusebium laudati Origenis culpa damnavit.

Evagrius lib. I historiae c. 1.

Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου, ἀνὴρ δὲ ἐς τὰ μάλιστα λόγιος ὁ Παμφίλου τά τε ἄλλα, καὶ ὥστε οἷός τε εἶναι τοὺς πείθειν ἐντυγχάνοντας θρησκεύειν τὰ ἡμέτερα, εἰ καὶ μὴ λίαν ἀκριβεῖς οἶδε ποιεῖν.

Gregorius magnus in epistola ad Eulogium Alexandrinum episcopum.

Ex audientium numero nunc factus sum, cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit, ut cunctorum martyrum gesta quae piae memoriae Constantini temporibus ab Eusebio Caesariensi collecta sunt, transmittere debeamus. Sed haec neque si collecta non sint, neque si sint, ante vestrae beatitudinis scripta cognovi. Ago ergo gratias, quia sanctissimae vestrae doctrinae scriptis eruditus, coepi scire quod nesciebam. Praeter illa enim quae in in eiusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in archivo huius nostrae ecclesiae, vel in Romanae urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quaedam in unius codicis volumine collecta.

Gelasius Cyzicenus in libro secundo de synodo Nicaena, cap. 1.

Ἀκούσωμεν δὴ τί ἐνταῦθα λέγει καὶ ὁ ἀροτὴρ ὁ κάλλιστος τῆς ἐκκλησιαστικῆς γεωργίας ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφήμου Παμφίλου. Ὁ μὲν οὖν Λικίνιος, φησὶ, τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδὸν, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηνέχθη κρημνὸν, etc. *quae leguntur in fine libri decimi historiae ecclesiasticae.* Τοσαῦτα ὁ τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ἀξιοπιστότατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενος καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῶν ἁπλῶς ἐχόντων τὴν ἀναλογὴν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἡμῖν ἱστορίας ἀκριβῶς καταλέλοιπεν, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας, πληρώσας δὲ εἰς τούσδε τοὺς χρόνους οὐκ ἀπόνως, πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τοσαύτην

ἀναδεξάμενον φροντίδα τοῦ διασώσασθαι τῆς τοιᾶσδε συλλογῆς τὴν ἁρμονίαν; ἀλλ' ὡς ἀρτίως ἔφην, πολλὴν εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν καὶ πλοῦτον ἄφατον πόνου. Ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπιπεφημισμένων, ὡς τῆς Ἀρείου βλασφημίας ποτέ τι πεφρονήκει, ἀλλὰ πεπείσθω, ὡς εἰ καί τιν' ἂν ἐλάλησεν ἢ ἔγραψε μικρόν τι τὰ Ἀρείου ὑπονοούμενα, οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἁπλότητος, καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀπολογητικῷ, ᾧ διεπέμψατο πρὸς τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων κοινὸν μαρτυράμενος, ταῦτα ἐπληροφόρησε.

Auctor chronici Alexandrini pag. 582.

Ὁ δὲ σοφώτατος Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου συνεγράψατο οὕτως· ὅτι ἐν τῇ ἑορτῇ τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐν τῇ αὐτῶν ἑορτῇ πάντες ἀπώλοντο.

Nicephorus in libro VI historiae cap. 37.

Ἐφ' οὗ λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ βίῳ διαζῶντα, καὶ τοῦ αὐτόθι πρεσβείου ἠξιωμένον τὸν θεῖον Πάμφιλον ἔγνωμεν· οὗ τὸν βίον καὶ τὰ καθ' ἕκαστον αὐτῷ πεπραγμένα, ἔτι δὲ καὶ περὶ ἧς συνεστήσατο ἐκεῖσε λόγων θείων καὶ φιλοσόφων διατριβῆς, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας τούτου ἐν διαφόροις διωγμοῖς ὁμολογίαν τούς τε ἀγῶνας αὐτοῦ, καὶ τὸ τελευταῖον ὡς τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσατο στέφανον, Εὐσέβιος ὁ τούτου ἀδελφιδοῦς καὶ τοσοῦτον ἐκείνῳ φιλούμενος ὡς καὶ τὴν ἐκείνου κλῆσιν ἐπίθετον σχεῖν, εἰς λεπτὸν ἐν ἰδίῳ συντάγματι περιέλαβε, καὶ τοὺς ἀκριβῶς βουλομένους τὰ ἐκείνου εἰδέναι, αὐτῷ παραπέμπομεν· ὅς δῆτα Εὐσέβιος διὰ πάντων ἐλθὼν, μάλιστα τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ ἐνακμάζει, ἄχρι δὲ καὶ Κωνσταντίου τὸν τῆς ζωῆς παρείλκυσε χρόνον. Χριστιανὸς δὲ τὰ μάλιστα ὢν, καὶ πολὺν τὸν ζῆλον ὑπὲρ Χριστοῦ πνέων, ἐν δεκαπέντε τόμοις τὴν εὐαγγελικὴν συγγράφει προπαρασκευὴν, καὶ ἐν δέκα πάλιν τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν· καὶ πρῶτος οὗτος τῇ μετὰ χεῖρας ὑποθέσει ἐπέβαλεν, ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν πρῶτος ὀνομάσας τὴν βίβλον· δέκα δ' ἐν τόμοις καὶ τοῦτο τὸ σύνταγμα περικλείεται. Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ βίβλος ἐμφέρεται, ἣν κανόνα ἐπέγραψε, τὰς

τῶν χρόνων ἀναβαλλομένη γραφάς· καὶ εἰς τὸν βίον δὲ Κωνσταντίνου πέντε λόγους ἐξέδωκε, καὶ ἕτερον δὲ πρὸς αὐτὸν, ὃν τριακονταετηρικὸν ἐπιγράφει. Καὶ Στεφάνῳ περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ἀπορουμένων ἕτερον ἀνατίθησι, καὶ ἄλλα διάφορα συγγράμματα καταλέλοιπε, πολλὴν ὄνησιν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσφέροντα. Πλὴν τοιοῦτος ὢν, ἐν πολλοῖς φαίνεται τὰ Ἀρείου πρεσβεύων, etc.

Ex actis manuscriptis Silvestri papae.

Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου τὴν ἐκκλησιαστικὴν συγγράφων ἱστορίαν παρέλιπεν περὶ ἑκάστου ταῦτα εἰπεῖν, ἅπερ ἐν ἄλλοις συντάγμασιν ἔφρασεν· ἐνέθεικεν γὰρ ἐν ἕνδεκα λόγοις τὰ παθήματα σχεδὸν τῶν ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις ἀθλησάντων μαρτύρων καὶ ἐπισκόπων καὶ ὁμολογητῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ γυναικῶν καὶ παρθένων, ὅσαι ἀνδρείῳ φρονήματι διὰ τὸν δεσπότην ἠγωνίσαντο Χριστὸν, ἀνεγράψατο· καὶ οὗτος μόνος τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου καὶ καθεξῆς, τὰ παθήματα κατὰ τάξιν ἐξηγήσατο, τούτων δὲ τῶν πόλεων καὶ ἀποστολικῶν θρόνων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπεσπάσατο, τουτέστιν τῆς μεγάλης τῶν πόλεων Ῥώμης Ἀλεξανδρείας τε καὶ Ἀντιοχείας, τῆς κοινῆς ἕνεκεν ὠφελείας· ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοίνυν τούτων ὧν μέχρι τοῦ δεῦρο χρόνου ὁ προῤῥηθεὶς τῇ Ἑλληνικῇ συνεγράψατο φωνῇ, τούτου τὸν βίον οὐχ ἐξίσχυσεν μεταφράσαι, τουτέστιν τοῦ ἁγίου Σιλβέστρου, etc. *Quae in vita manuscripta b. Sylvestri papae duobus libris comprehensa, in Latinum sermonem ita conversa sunt.*

Incipit prologus de vita sancti Silvestri papae urbis Romae.

Historiographus noster Eusebius Caesariensis Palaestinae urbis episcopus, cum historiam ecclesiasticam scriberet, praetermisit ea quae sunt in aliis opusculis, vel quae se meminit retulisse. Nam viginti libros, id est, duas decadas, omnium paene provinciarum passiones martyrum, episcoporum et confessorum et sacrarum mulierum ac virginum continere fecit. Deinde secutus et ab apostolo Petro, omnium episcoporum nomina et gesta conscripsit, et earum urbium quae arcem pontificatus per apostolicas sedes tenere

noscuntur, urbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, Alexandria, harum urbium episcoporum omnium praeteritorum usque ad tempus suum Graeco sermone conscripsit. Ex quorum numero unum episcoporum urbis Romae, sanctum Silvestrum me de Graeco in Latinum transferre praecepisti.

Vetus auctor in passione sancti Valeriani, quae est decimo Cal. Ianuarii ut habetur in veteri codice Mosciascensi.

Beatissimorum martyrum gloriosa certamina ob honorem Christi domini ac dei nostri assiduis cultibus et solemnitate annua celebrantur, ut dum fidem martyrum plebs devota cognoscit, et illos triumphasse gaudeat, et se patrocinio eorum protegendam esse confidat. Celebre enim habetur, sanctae recordationis Eusebium historicum, Caesariensis urbis episcopum, egregiae vitae beatissimum sacerdotem, ecclesiastica quoque institutione doctissimum et praecipua sollicitudine venerandum, per omnem orbem, in quantum divino annuntiante spiritu, ut gestum est, rei veritas decursa valuit reperiri, prout singularum provinciarum urbes, loca vel oppida inlustrari triumphis martyrum caelestibus meruerunt, quorumque principum tempore ordinata officiorum instantia innumerae persecutiones factae fuerant, declarasse. Qui etsi martyrum singulorum integras non explicuit passiones, tamen Christianis devotis atque fidelibus unde describi vel celebrari debeant, veraciter intimavit. Dei itaque gratiam toto orbe diffusam fidelis cultor excoluit, dum velut exiguo tritici semine copiosae messes agri fertilitate gignuntur, et multiplicata ubertate proficiunt. Ita per supra dicti viri relationem ab unius codicis fonte diffusam, scriptis manantibus fidelium, totum orbem celebrandae passiones martyrum rigaverunt.

Usuardus in martyrologio.

Die 21. mensis Iunii. Palaestinae, sancti Eusebii episcopi et confessoris, viri excellentissimi ingenii et historio-

graphi. *In vetustissimo codice bibliothecae sancti Germani aliter legitur hic locus.* In Caesarea Palaestinae sancti Eusebii historiographi.

Nevelo monachus Corbeiensis in martyrologio MS.

XI. Kal. Iul. eodem die Natalis s. Eusebii Caesariensis episcopi fide et doctrina clarissimi.

Notkerus in martyrologio.

Die 21. mensis Iunii. In Caesarea depositio sancti Eusebii episcopi.

Manecharius 57) in epistola ad Geraunium Parisiensem episcopum, quam praefixit passioni sanctorum martyrum Speusippi, Elasippi et Meleusippi.

Praecipuis beatissimorum episcoporum personis assidue coaequari meritis non desistens, in omni conversatione sacerdotii, sancta quotidie exornari religione festinans, divinarum scripturarum legendi studio universa dogmata peragrasti. Nunc sanctorum martyrum gesta ad laudis tuae cumulum pro amore religionis congregare in urbe Parisiaca devotus intendis. Unde sancto Eusebio Caesariensi in aemulationis studio coaequandus es, et pari gloriae dono perpetualiter memorandus.

Ex veteri breviario manuscripto ecclesiae Lemovicensis.

Sancti Eusebii episcopi confessoris.

Lectio 1. Eusebius Caesareae Palaestinae episcopus ob Pamphili martyris amicitiam Pamphili nomen accepit, eo quod cum eodem Pamphilo divinae bibliothecae investigator diligentissimus exstiterit. Vir quidem erat memoratu dignissimus per haec tempora, tum multarum rerum peritia,

57) *Warnacharius* scribitur in manuscripto codice Lugdunensis ecclesiae.

tum ingenio mirabili et apud gentiles et apud Christianos, inter philosophos praecipuus et nobilissimus habitus est. Hic cum aliquando Arriana [Ariana? H.] haeresi laborasset, ad synodum Nicaenam accedens, spiritu sancto inspiratus, patrum sententiam secutus est, ac deinceps usque ad mortem sanctissime cum orthodoxa fide vixit.

Lectio 2. Fuit autem in divinis scripturis studiosissimus, ac bibliothecae divinae cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa eisdem temporibus scripsit; maxime vero libros evangelicae praeparationis, ecclesiasticae historiae, in Porphyrium Christianorum hostem accerrimum: apologias item sex pro Origene composuit, de vita Pamphili martyris a quo ob amorem cognomentum accepit, libros tres, item commentarios eruditissimos in centum et quinquaginta psalmos.

Lectio 3. Praeterea ut legitur, omnium provinciarum cum multorum sanctorum martyrum passiones et confessorum vitam ac virginum cognovisset, viginti libros de eisdem sanctis scriptitavit; ob hos ideo et praecipue evangelicam praeparationem, cum apud gentes praecipuus haberetur, paternam deorum religionem ob veritatis amorem contempsit. Scripsit quoque chronicorum historiam a primo anno Abrahae usque ad annum trecentesimum; quam divus Hieronymus prosecutus est. Fuit denique Eusebius hic post conversionem Constantini magni, eidem quoad vixit, multa benevolentia coniunctus.

In breviario Lemovicensis ecclesiae, edito anno 1587 per Hugonem Barbou, habetur haec collecta, eodem die 21. Iunii.

Omnipotens sempiterne deus, qui nos concedis sancti Eusebii confessoris tui atque pontificis agere festivitatem, deduc nos quaesumus eius precibus ad caelestium gaudiorum societatem. Per dominum nostram Iesum Christum, etc.

In antiquo missali eiusdem ecclesiae edito anno 1483. Parisiis sic habetur, sub eodem die.

Sancti Eusebii episcopi officium. Statuit ei, *etc.* Oratio. Da quaesumus. Epistola. Testificor coram deo. Evangelium. Vigilate. Quae omnia in communi confessoris episcopi. Et dicatur residuum, ut unius episcopi.

In veteri Calendario manuscripto eiusdem ecclesiae habetur in mense Iunio.

XI. Kalend. Iulii. Eusebii archiepiscopi.

Codex MS. Parisiensis ecclesiae ante octigentos annos exaratus, continens Eusebii historiam ecclesiasticam Rufino interprete, sic incipit.

In nomine dei summi, incipit historia sancti Eusebii Caesariensis episcopi, id est, libri numero 11.

Ex libro de luminaribus ecclesiae, qui habetur in collectaneis Bedae, et inter opera spuria b. Hieronymi.

Eusebius Caesariensis, clavis scripturarum, custosque Novi Testamenti, multis maior in conscriptionibus esse a Graecis comprobatur. Tria sunt praeclara, quae hoc in operibus eius vere testantur. Canones quatuor evangeliorum qui Novum Testamentum narrant atque custodiunt, decem libri historiae ecclesiasticae, et Chronicon, id est, temporum breviarum. Et nos omnia eius vestigia qui imitari potuisset, nunquam reperimus.

titulum ab hoc loco prorsus alienum esse, nemo non videt. Recte igitur Christophorsonus hunc quidem titulum initio libri apposuit, hic vero secundum capitulum inchoavit, quem nos libenter secuti sumus. — 2) Τὸ παλαιόν. Constat vel propter antiquitatem a patribus potissimum apologeticis religionem Christianam esse commendatam, non satis in eo sibi constantibus, quod alias ipsi professi sunt, quamvis aliquid sit novum, tamen si sit bonum, esse suscipiendum. Vid. Arnob. contra gentes II, 66. 70. 75. ed *Orell.* et maxime Lactant. Inst. div. III, 16. qui philosophiam esse vanam perperam inde concludit. *H.* — 3) Jes. 53. [Luc. X, 22. *H.*] — 4) *Καὶ τὴν πρὸ αἰώνων.* In codice Regio ac Medicaeo et in veteribus schedis scriptum est, *καὶ τὴν προαιώνιον νοερὰν καὶ οὐσιώδη σοφίαν,* levi quidem discrimine, sed quod a nobis omitti non debuit. — 5) *Τὸ πρῶτον καὶ μόνον τοῦ θεοῦ γέννημα.* In codice Regio et in veteribus schedis [MS. Steph. et Marg. Genev. *H.*] desunt duo priora vocabula, quae quoniam divinitatem Christi imminuere videbantur, expuncta sunt a quibusdam, qui eam locutionem ferre non poterant. [Rufinus vertit liberius, neque ex eo potest quidquam cognosci. Non immerito autem verba *καὶ μόνον* suspecta sunt visa Strothio; expuncto enim primum quidem verbo *πρῶτον* ab iis, quibus haeretica videbatur ista vox, alii deinde conjungere coeperunt utramque lectionem. *H.*] Multa quoque alia in hoc capite partim mutata, partim truncata sunt ob eandem causam. Sed in vetustissimo codice Maz. vera ac genuina ipsius Eusebii scriptura fideliter retenta est. Scholion tamen ad marginem adscriptum est, quo monetur lector, ut sibi diligenter caveat ab hoc prooemio. Sic igitur notat ad haec verba: *τό τε φῶς τὸ προκόσμιον φ.* Sequitur deinde *δι' ὅλου* singulis literis suam seorsum lineam obtinentibus.

στρατιᾶς ἀρχιστράτηγον [6]), τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, τὸν τῆς ἀῤῥήτου γνώμης τοῦ πατρὸς ὑπουργὸν [7]), τὸν τῶν ἁπάντων σὺν τῷ πατρὶ δημιουργὸν, τὸν δεύτερον μετὰ τὸν πατέρα τῶν ὅλων αἴτιον [8]), τὸν τοῦ θεοῦ παῖδα γνήσιον καὶ μονογε-

---

Porro nota illa significat φροντιστέον, id est, sollicite cavendum esse. Solebat haec nota olim apponi locis dubiis et controversis. Isidorus in libro 1. Originum capite 20. *Phi et Rho, id est frontis, haec ubi aliquid diffic̣ultatis est, ob sollicitudinem ponitur.* Potest etiam alia afferri explicatio hujus notae, ut scilicet hae duae literae significent ὡραῖον, id est, locum elegantem et perpolitum. Certe haec nota in scriptis exemplaribus apponi solet locis elegantioribus. Ostendit mihi nuper R. P. Gabriel Cossartius duos codices Bibliothecae Claromontanae, alterum Gregorii Naz., alterum Ioannis Chrysostomi orationes continentem. In utroque haec nota saepius visitur, cultioribus locis appicta. Quin etiam in quadam oratione Gregorii adscriptum ὡρ. πάνυλο, ita ut vox πάνυ disiunctis literis et singulas lineas obtinentibus perscripta esset. Legi olim Epistolam P. Pithaei ad V. Loisellum de eiusmodi notis, in qua prima erat ΩP. ὡραῖον. — 6) Ἀρχριστράτηγον. Cf. Justin. M. dial. cum Tryph. p. 284. ed Paris. *H.* — 7) Γνώμης τοῦ πατρὸς τελειωτήν. Rob. Stephanus notavit alias legi ὑπουργὸν, quam lectionem reperi in codice Medicaeo, Fuk. et Sav. Nec dubito, quin Eusebius ipse ita scripserit. Sed cum ea locutio scriptoribus Catholicis displiceret, eam pro arbitrio suo immutarunt, ut jam supra ab iisdem factum esse monuimus. Et in codice quidem Regio ac veteribus schedis legitur τελειωτὴν; quam scripturam tueri videtur Rufinus. Vertit enim *paternae voluntatis efficaciam*, quasi legisset τελείωσιν. In codice autem Maz. expuncta veteri lectione haec substituta est recentiore manu: βουλῆς τοῦ πατρὸς ἐκφάντορα. Sed Eusebius ipse, ut jam dixi, scripserat ὑπουργόν. Sic enim infra loquitur de dei filio, ex sententia veterum Theologorum, qui ante Concilium Nicaenum scripsere. Certe Justinus in dialogo adversus Tryphonem pag. 284. eodem plane modo loquitur, quo hic Eusebius noster. Nam et ἀρχιστράτηγον et ἄγγελον in scripturis ait dici filium dei ob ministerium, quod exhibet deo patri ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον θεῷ. Et paulo post ἐκεῖνα γὰρ πάντα προςονομάζεσθαι ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι. Denique vetus omnis Christianorum Theologia deo quidem patri *monarchiam* attribuit, filio vero ac spiritui sancto οἰκονομίαν, id est, administrationem ac dispensationem, ut docet Tertullianus adversus Praxeam. Verum hujusmodi locutiones cum antea sine ulla erroris suspicione usurpatae fuissent, tandem post concilium Nicaenum repudiatae sunt a Catholicis, et Arianis relictae. Itaque in Medicaeo et Savilliano codice Graecus Scholiastes ita annotarat: ἄπαγε τοῦ ἀτοπήματος· οὐ γὰρ ἀρχιστράτηγον καὶ ὑπουργὸν οἱ θεῖοι πατέρες, ἀλλ' ὁμοφυῆ καὶ ὁμόχρονον καὶ ἰσοδύναμον ὁμολογοῦσιν υἱόν. Id est, *o impietatem. Neque enim principem militiae nec ministrum patris, sed consubstantialem et coaeternum aequalisque potentiae*

νῆ, τὸν τῶν γεννητῶν ἁπάντων κύριον καὶ Θεὸν καὶ βασιλέα, τὸν τὸ κῦρος ὁμοῦ καὶ τὸ κράτος αὐτῇ θεότητι καὶ δυνάμει καὶ τιμῇ παρὰ τοῦ πατρὸς ὑποδεδεγμένον, ὅτι δὴ κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ μυστικὰς [9]) τῶν γραφῶν θεολογίας· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος [10]), πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Τοῦτό τοι καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς, ὡς ἂν προφητῶν ἁπάντων παλαιότατος, θείῳ πνεύματι τὴν τοῦ παντὸς οὐσίωσίν τε καὶ διακόσμησιν ἀπογράφων, τὸν κοσμοποιὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, αὐτῷ δὴ τῷ Χριστῷ, καὶ οὐδὲ ἄλλῳ ἢ τῷ θείῳ δηλαδὴ καὶ πρωτογόνῳ ἑαυτοῦ λόγῳ τὴν τῶν ὑποβεβηκότων ποίησιν παραχωροῦντα διδάσκει, αὐτῷ τε κοινολογούμενον ἐπὶ τῆς ἀνθρωπογονίας. „Εἶπε γὰρ, φησὶν, ὁ θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν [11])." Ταύτην δὲ ἐγγυᾶται τὴν φωνὴν προφητῶν ἄλλος, ὧδέ πως ἐν ὕμνοις θεολογῶν [12])· „αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγεννήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν." Τὸν μὲν πατέρα καὶ ποιητὴν εἰςάγων ὡς ἂν πανηγεμόνα, βασιλικῷ νεύματι προςτάττοντα· τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα θεῖον λόγον [13]), οὐχ ἕτερον τοῦ πρὸς ἡμῶν κηρυττομένου, ταῖς πατρικαῖς

---

sancti patres filium confitentur — 8) Τὸν μετὰ τὸν πατέρα. Sic edidit Rob. Stephanus ex codice Regio et ex veteribus schedis. Verum in codice Maz. Med. Fuk. et Savil. legitur τὸν δεύτερον μετὰ τὸν πατέρα τῶν ὅλων αἴτιον. Nec dubium est, quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet de filio dei, ut videre est tum infra in hoc prooemio, tum in oratione quam, habuit in dedicatione ecclesiae Tyri, quae lib. 10. inserta habetur; tum in Panegyrico, quem dixit in Tricennalibus Constantini, ubi filius dei secunda causa dicitur non tempore, sed origine. — 9) Μυστικαὶ Val. vertit: *ex secretioribus sacrae scripturae sermonibus. H.* — 10) Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. [Addunt hoc *Reg.* et *Steph. H.*] Haec pericope non habetur in codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. nec apud Nicephorum. Et meo quidem judicio hic superflua est. — 11) Καθ' ὁμοίωσιν. Quaeri potest, utrum observaverit Eusebius notum illud discrimen, quod praeeunte potissimum Clemente Alex. Strom. II. p. 499. ed. *Potter.* Οὕτως τινὲς τῶν ἡμετέρων τὸ μὲν κατ' εἰκόνα, εὐθέως κατὰ τὴν γένεσιν εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον· τὸ μὲν καθ' ὁμοίωσιν δὲ ὕστερον κατὰ τὴν τελείωσιν μέλλειν ἀπολαμβάνειν ἐκδέχονται, inter voces εἰκὼν, צֶלֶם, et ὁμοίωσις, דְּמוּת, statuerunt plures patres ecclesiastici. *H.* — 12) Psalm. 32. [33, 9. *H.*] — 13) Τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα θεοῦ λόγον. Haec Eusebii verba affert Ioannes Zonaras in vita Constantini Maximi, dum probare vult, Eusebium Ariani dogmatis labe aspersum fuisse. Apud Zonaram legitur

ἐπιτάξεσιν [14]) ὑπουργοῦντα. Τοῦτον καὶ οἱ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀνθρωπογονίας πάντες, ὅσοι δὴ δικαιοσύνῃ [15]) καὶ θεοσεβείας ἀρετῇ διαπρέψαι λέγονται, ἀμφί τε τὸν μέγαν θεράποντα Μωϋσέα, καὶ πρό γε αὐτοῦ πρῶτος Ἀβραὰμ, τούτου τε οἱ παῖδες καὶ ὅσοι μετέπειτα δίκαιοι πεφήνασι καὶ προφῆται, καθαροῖς διανοίας ὄμμασι φαντασθέντες [16]), ἔγνωσάν τε καὶ οἷα θεοῦ παιδὶ τὸ προςῆκον ἀπένειμαν σέβας. Αὐτὸς δὲ οὐδαμῶς ἀποῤῥαθυμῶν τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας, διδάσκαλος τοῖς πᾶσι τῆς πατρικῆς καθίσταται [17]) γνώσεως. Ὤφθαι [18]) γοῦν κύριος ὁ θεὸς

τὸν θεῖον λόγον, quam scripturam confirmant nostri codices Maz. Med. Fuk. ac Savil. In veteribus autem schedis scriptum inveni θεὸν λόγον. — 14) Ταῖς πατρικαῖς ἐπιτάξεσιν ὑπουργοῦντα. In codice Med. et Sav. hoc scholion ad marginem habetur: οὐκ ἐπιτάττεται ὁ τοῦ πατρὸς ὁμοούσιος, ἀλλὰ συνδημιουργεῖ τὴν κτίσιν, ὡς φύσει θεὸς καὶ ἰσότιμος. Id est, non imperata facit filius dei eiusdem cum patre substantiae: sed una cum patre condidit universa, quippe qui natura deus est et aequalis patri. — 15) Pro δικαιοσύνῃ Stroth. δικαιοσύνης scripsit, temere. *H.* — 16) Καθαροῖς διανοίας ὄμμασι φαντασθέντες. Rob. Stephanus in variis lectionibus quas ad calcem suae editionis adjecit, notat alias legi φωτισθέντες. Quam tamen scripturam in nostris codicibus non reperimus; nisi quod Henricus Savilius ad oram libri sui emendavit φωτισθέντες: utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum. Christophorsonus tamen eam lectionem secutus est, ut ex interpretatione eius apparet. Vertit enim: *Puro sinceroque mentis et intelligentiae lumine illustrati.* Quanto rectius Musculus, qui sic vertit: *Repurgatis mentis oculis contemplantes.* Certe φαντάζεσθαι idem est ac κατανοεῖν. Sic Eusebius in libro 1. de vita Constantini non procul ab initio: κἀνταῦθα τὴν τριςμακαρίαν ψυχὴν αὐτῷ θεῷ συνοῦσαν φαντάζεται. Quare in hoc loco φαντασθέντες referri debet ad vocem τοῦτον, quae initio periodi posita est. Porro verbum hoc φαντασθέντες legitur etiam apud Nicephorum in lib. 1. historiae Ecclesiasticae cap. 2. qui hoc principium historiae Eusebii nostri, elegans profecto atque eximium, additis et interpolatis verbis quibusdam compilavit. — 17) Διδάσκαλος τοῖς πᾶσι τῆς πατρικῆς καθίσταται γνώσεως. Ita quidem in Reg. codice legitur et in veteribus schedis. Sed in optimis exemplaribus Maz. scilicet ac Med. scribitur καθίστατο. Quam scripturam equidem magis probo, quippe quae cum sequentibus Eusebii verbis aptius cohaereat. [καθίστατο in textum recepit Stroth. *H.*] In Fuk. ac Saviliano pro verbo καθίσταται legitur γέγονε. — 18) Ὤφθη γοῦν. [Gen. 18, 1. *H.*] Nostri codices Maz. Med. Fuk. et Savilii scriptum habent ὦφθαι γοῦν κύριος ὁ θεὸς ἀνείρηται. Ita quoque legitur apud Nicephorum. Porro ab his verbis cap. 2. ordiuntur iidem codices, quibus Roberti Stephani editio consentit. Sed nos Christophorsonum secuti, aliter capita distinximus: cujus rei jam superius ratio reddita est. [Constat omnes patres Antenicaenos v. c. Justinum M., Theophylum, Tertul-

ἀνείρηται οἷά τις κοινὸς ἄνθρωπος τῷ Ἀβραὰμ καθημένῳ παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῇ. Ὁ δ' ὑποπεσὼν αὐτίκα καίτοιγε ἄνθρωπον ὀφθαλμοῖς ὁρῶν, προςκυνεῖ μὲν ὡς Θεὸν, ἱκετεύει δὲ ὡς κύριον. Ὁμολογεῖ τε μὴ ἀγνοεῖν ὅςτις εἴη, ῥήμασιν αὐτοῖς λέγων [19]· „κύριε ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν;" εἰ γὰρ μηδεὶς ἐπιτρέποι λόγος τὴν ἀγέννητον καὶ ἄτρεπτον οὐσίαν Θεοῦ [20]) τοῦ παντοκράτορος εἰς ἀνδρὸς εἶδος μεταβάλλειν, μὴ δ' αὖ γεννητοῦ μηδενὸς φαντασίᾳ τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐξαπατᾶν, μηδὲ μὴν ψευδῶς τὰ τοιαῦτα πλάττεσθαι τὴν γραφὴν, Θεὸς καὶ κύριος ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν καὶ ποιῶν κρίσιν ἐν ἀνθρώπου ὁρώμενος σχήματι, τίς ἂν ἕτερος ἀναγορεύοιτο, εἰ μὴ φάναι θέμις τὸ πρῶτον τῶν ὅλων αἴτιον, ἢ μόνος ὁ προὼν αὐτοῦ λόγος; περὶ οὗ καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀνείρηται· „ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν." Τοῦτον δεύτερον μετὰ τὸν πατέρα κύριον σαφέστατα Μωϋσῆς ἀναγορεύει λέγων [21])· „ἔβρεξε κύριος ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου." Τοῦτον καὶ τῷ Ἰακὼβ αὖθις ἐν ἀνδρὸς φανέντα σχήματι, Θεὸν ἡ θεία προςαγορεύει γραφὴ, φάσκοντα τῷ Ἰακὼβ [22])· „οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ. Ὅτε καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα

---

lianum et defensores verbi ὁμοούσιος acerrimos visiones dei in V. T. commemoratas non tribuisse patri, ut qui tanquam summus deus videri ab hominibus nullo modo possit, sed filio, patri nullo modo aequali. Augustinus primus bene vidit, cum genuina doctrina de trinitate illud non posse conciliari, et propterea illas visiones toti trinitati tribuendas, atque ipsam filii missionem ac spiritus s. ἐκπόρευσιν pro communi quadam totius trinitatis efficacia habendam esse. Cf. *Münscher* Handbuch der Dogmengeschichte T. III. p. 506 sqq. *H.*] — 19) Gen. 18, 25. *H.* — 20) Οὐσίαν Θεοῦ. Hoc loco οὐσίαν sumit pro hypostasi. Ita enim loqui solebant Ecclesiastici scriptores ante Synodum Nicaenam, ut docet Photius in Bibliotheca cap. 119. [cf. Epiphan. haer. 76. Gregor. Nyss. adv. Eunom. XII. Eodem modo apud Latinos *essentiae* et *substantiae* s. *subsistentiae* vocabula solebant confundi. Cf. Augustin. de trin. V, 8. Discrimen illorum verborum ex Graecis maxime observatum voluere Basilius Magnus, Gregorius Naz. et Nyss., Chrysostomus. De tota autem re et variis quae inde secutae sunt, disceptationibus et adeo inter graecam latinamque ecclesiam verborum potius quam rerum litibus, ita egit *Cramer* Fortsetzung des Bossuet T. III. p. 334 sqq. 337. 339. 341. 343. ut equidem nihil nisi acta agere videri deberem, si plura monere vellem. cf. *Suicer.* Thes. T. II. p. 528. *H.*] — 21) Gen. 19. *H.* — 22) Gen.

τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος θεοῦ, λέγων· „Εἶδον γὰρ τὸν θεὸν πρόςωπον πρὸς πρόςωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου.“ Καὶ μὴν οὐδ' ὑποβεβηκότων ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν θεοῦ τὰς ἀναγραφείσας θεοφανείας ὑπονοεῖν θέμις. Ἐπεὶ καὶ τούτων ὅταν τις ἀνθρώποις παραφαίνηται, οὐκ ἐπικρύπτεται ἡ γραφὴ, ὀνομαστὶ οὐ θεὸν, οὐδὲ μὴν κύριον, ἀλλ' ἀγγέλους χρηματίσαι λέγουσα, ὡς διὰ μυρίων μαρτυριῶν πιστώσασθαι ῥάδιον. Τοῦτον καὶ Μωϋσέως διάδοχος Ἰησοῦς, ὡς ἂν τῶν οὐρανίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων τῶν τε ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡγούμενον, καὶ ὡςανεὶ τοῦ πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν [23]), καὶ τὰ δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων βασιλείας τε καὶ ἀρχῆς ἐμπεπιστευμένον, ἀρχιστράτηγον δυνάμεως κυρίου ὀνομάζει, οὐκ ἄλλως αὐτὸν ἢ αὖθις ἐν ἀνθρώπου μορφῇ καὶ σχήματι θεωρήσας. Γέγραπται γοῦν [24])· „Καὶ ἐγενήθη ὡς ἦν Ἰησοῦς ἐν Ἱεριχῷ, καὶ ἀναβλέψας ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι αὐτοῦ. Καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ προςελθὼν Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων; καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως κυρίου νυνὶ παραγέγονα. Καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόςωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέσποτα, τί προςτάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου πρὸς Ἰησοῦν· Λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. Ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, τόπος ἅγιός ἐστι [25]).“ Ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις ἀπὸ τῶν αὐτῶν ῥημάτων, ὅτι μὴ ἕτερος οὗτος εἴη τοῦ [26])

32. *H.* — 23) *Τοῦ πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν ἰσοκλεῆ.* In codicibus nostris Maz. Med. Fuk. ac Sav. deest ultima vox *ἰσοκλεῆ*, quam nec Zonaras agnoscit in vita Constantini Magni, ubi hunc Eusebii locum adducit, quo Eusebium Ariano dogmati favisse convincat. Contra in Regio codice et in veteribus schedis absunt hae voces *δύναμιν καὶ σοφίαν*. [Vertit Vales. vocem quoque *ἰσοκλεῆ*: *ut patris virtutem ac sapientiam, honore ipsi aequalem.* Rufinus totum locum omisit. Rectissime autem omnia illa esse additamenta et veram lectionem, quam ipse reposuit, quia haeretica videbatur, deletam statuit *Stroth.*, *καὶ ὡςανεὶ τοῦ πατρὸς ὑπάρχον καὶ τὰ δευτερεῖα* etc., quemadmodum adeo invenit scriptum *Marg. Gen.* et *Ion. H.*] — 24) *Ios.* 5, 13. *H.* — 25) *Καὶ γῆ ἁγία ἐστίν.* Haec verba non habentur in optimis codicibus quibus usi sumus, Maz. Med. ac Fuk. quibus subscribit codex Savilianus. Sed et in codice Regio haec verba punctis supernotantur. Merito igitur has quatuor voces expunximus, quippe quae nec in editione 70 Interpretum habeantur. Locus est in cap. 5. Iesu filii Nave. Porro in veteribus schedis totus hic locus aliter legitur hoc modo: *λῦσαι τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας ἐπ' αὐτοῦ, γῆ ἁγία ἐστί.* — 26) *Ὅτι μὴ ἕτε-*

καὶ Μωϋσεῖ κεχρηματικότος. Ὅτι δὴ αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ἐπὶ τῷδε φησὶν ἡ γραφή [27]· „Ὡς δὲ εἶδε κύριος ὅτι προςάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν κύριος ἐκ τοῦ βάτου λέγων. Μωϋσῆ, Μωϋσῆ· ὁ δὲ εἶπε· τί ἐστι; καὶ εἶπε· μὴ ἐγγίσῃς ὧδε· λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας ἐπ' αὐ-

---

ρος οὗτος εἴη τοῦ καὶ Μωϋσεῖ κεχρηματικότος. Probare hic vult Eusebius, eum qui Iesu filio Nave se videndum praebuit et principem militiae domini semetipsum vocavit, eundem esse cum illo qui Mosi apparuerat in rubo. Id autem concludit ex eo quod princeps iste iisdem verbis Iesum alloquitur, quibus deus ex rubo Mosem fuerat allocutus. Idem sensit ante Eusebium Iustinus martyr in disputatione adversus Tryphonem, et alii quidam teste Theodoreto in quaestionibus ad librum Iosuae. Sed reliqui Patres principem illum militiae domini non ipsum dei filium, sed potius Michaelem archangelum esse censuerunt. In vetustissimo codice Maz. ad haec verba scholion appositum est, quod hic quoque meretur adscribi: Ἀλλ' ἡ ἐκκλησία, ὦ ἁγιώτατε Εὐσέβιε, ἑτέρως τὰ περὶ τούτου νομίζει καὶ οὐχ ὡς σύ· τὸν μὲν γὰρ ἐν τῇ βάτῳ φανέντα τῷ Μωϋσῇ θεολογεῖ· τὸν δὲ ἐν Ἰεριχῷ τῷ μετ' αὐτὸν ὀφθέντα, τὸν τῶν Ἑβραίων ἐπιστασίαν λαχόντα, μάχαιραν ἐσπασμένον, καὶ τῷ Ἰησοῦ λῦσαι προστάττοντα τὸ ὑπόδημα, τοῦτον δέ γε τὸν ἀρχάγγελον ὑπείληφε Μιχαήλ· καὶ δῆλον ὅτι κρεῖττον ὑπείληφε σοῦ· πόθεν; ἐρωτηθεὶς παρὰ τῇ βάτῳ φανεὶς ὁ θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς τῷ ἑαυτοῦ θεράποντι Μωϋσεῖ, καὶ δηλῶν ὅςτις εἴη, τοῦτο αὐτῷ τρανώτατα παριστᾷ, ὅτι δὴ ὁ θεὸς ἐστίν· ὁ δὲ τῷ Ἰησοῦ φανείς, οὐδὲ θεὸν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀρχιστράτηγον ὠνόμασε τοῦ θεοῦ. Τοῦτο δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀνωτάτω δυναστείας τε καὶ θεότητος ὑποδεέστερον ὄν, καὶ οὐκ ἀρχικὸν, ἀλλ' ὑπαρχικὸν ὥςαν εἴποι τις ***. Id est: *Atqui ecclesia aliter de his sentit, o sanctissime Eusebi, non perinde ac tu. Eum enim, qui Moysi apparuit in rubo, deum praedicat. Illum vero, qui Moysis successori apparuit in Hiericho, praesidem ac tutorem gentis Hebraeorum, qui strictum gerebat gladium, et qui Iesu praecepit ut calceos solveret; illum, inquam, ecclesia censet esse archangelum Michaelem. Nec dubium est, quin illa rectius sentiat quam tu. Undenam vero id colligimus? deus, qui iuxta rubum Moysi famulo suo instar ignis apparuit, interrogatur ab eo quisnam esset, hoc ipsum manifestissime declaravit, se deum esse. Ille vero, qui apparuit Iesu, nequaquam se deum nominavit, sed principem militiae dei. Haec vero dignitas cum inferior sit suprema potestate ac divinitate, nec regia atque imperatoria sit, sed praefectoria ut ita dicam* ***. Reliqua prae nimia vetustate legi non potuerunt, quod quidem dolendum est. Nam et elegantissimum est hoc scholion, et ipsius antiquarii qui codicem illum scripserat id est, doctissima et vetustissima manu exaratum. [Praeterea observanda est constructio: ἕτερος τοῦ — κεχρ. ut supra οὐχ ἕτερον — τοῦ κηρυττομένου. Eodem enim modo loqui constat veteres. cf. Plat. Phaed. c. XIX. Xen. Mem. IV, 4, 25. Imitati sunt Latini. Cic. ad Fam. XI, 2. Nec quidquam *aliud libertate communi* quaesivisse. Inest enim in ἕτερος, ἄλλος et similibus comparationis notio. Hinc vel ἤ et Genitivus post ἄλλος in-

τοῦ, γῆ ἁγία ἐστί. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ.“ Καὶ ὅτι γέ ἐστιν οὐσία τὶς προκόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα [28]), ἡ τῷ πατρὶ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γεννητῶν ἁπάντων δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη, λόγος Θεοῦ καὶ σοφία χρηματίζουσα, πρὸς ταῖς τεθειμέναις ἀποδείξεσιν, ἔτι καὶ αὐτῆς ἐξ ἰδίου προςώπου τῆς σοφίας ἐπακοῦσαι πάρεστι, διὰ Σολομῶντος λευκότατα ὧδέ πως τὰ περὶ ἑαυτῆς μυσταγωγούσης [29])· „Ἐγὼ ἡ σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην· δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δηνάσται γράφουσι δικαιοσύνην· δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. Οἷς ἐπιλέγει· Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων [30]), πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἤμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ

---

tendum invenitur. Plat. Alcib. II, 22. cf. *Fischer.* ad Weller. Gr. T. III, a. p. 351. *H.*] — 27) Exod. 3, 4. *H.* — 28) *Ὑφεστῶσα τῷ πατρί.* Rectius in codice Med. Maz. Fuk. et Saviliano legitur *ὑφεστῶσα, ἡ τῷ πατρὶ, etc.* certissima ac prorsus necessaria emendatione. [Ita scripsit quoque Str. *H.*] Nam et Zonaras in vita Constantini Magni, hunc Eusebii locum adducens ita legit: *καὶ ὅτι ἐστὶν οὐσία τὶς κόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ πατρὶ καὶ θεῷ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γεννητῶν δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη.* Nec aliter legit Christophorsonus. Reiicienda est igitur Turnebi coniectura, qui ad oram sui codicis emendarat *συνυφεστῶσα τῷ πατρί.* [Longe aliter loco Prov. VIII. usi sunt patres Eusebio priores, non *ὑποστασίαν λόγου* inde concludentes, séd *δύναμίν τινα λογικὴν* esse probantes, et filium dei cum *λόγῳ* certe non semper confundentes. Insignis hanc in rem est locus iam laudatus Iustini M. Dialog. cum Tryph. p. 284. Videatur hac de re potissimum egregia illa commentatio *Löffleri kurze Darstellung der Entstehungsart der Dreieinigkeitslehre* repetita in Eiusdem *Kleine Schriften*, Vimariae 1817. Tom. I. p. 12 sqq. p. 68. 69. 70. 76. cf. *Rösler Bibliothek der Kirchenväter* p. 161. *H.*] — 29) Prov. 8. *H.* — 30) *Πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν.* Omnes nostri codices Regius scilicet Med. ac Maz. cum Fuk. ac veteribus schedis hoc loco scriptum habent *πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανὸν,* quemadmodum legitur in editione 70 Interpretum *τῆς ὑπ' οὐρανὸν,* id est, *orbis terrae.* Sic etiam citat Tertullianus adv. Hermogenem: *Et cum firmos ponebant fontes eius, quae sub coelo est.* Et adv. Prax. c. o. Mox nostri codices Maz. Med. ac Fuk. cum Saviliano legunt *ἤμην δὲ παρ' αὐτῷ.* [Ita scripsit Stroth. *H.*] Nec aliter scribitur in editione 70 Interpretum, quam ubique sequitur Eusebius. Ipse enim est, qui cum Pamphilo

ἤμην ᾗ προςέχαιρε. Καθημέραν δὲ ηὐφραινόμην [31]) ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε ηὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας." ὅτι μὲν οὖν προῆν, καὶ τισὶν εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσιν ὁ θεῖος λόγος ἐπεφαίνετο, ταῦθ' ἡμῖν ὡς ἐν βραχέσιν εἰρήσθω.

Τί δὴ οὖν οὐχὶ καθάπερ τανῦν [32]), καὶ πάλαι πρότερον εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ πᾶσιν ἔθνεσιν ἐκηρύττετο, ὧδε ἂν γένοιτο πρόδηλον. Οὐκ ἦν πω χωρεῖν οἷός τε τὴν τοῦ Χριστοῦ πάνσοφον καὶ πανάρετον διδασκαλίαν ὁ πάλαι τῶν ἀνθρώπων βίος. Εὐθὺς μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ μετὰ τὴν πρώτην ἐν μακαρίοις ζωὴν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἧττον τῆς θείας ἐντολῆς φροντίσας, εἰς τουτονὶ τὸν θνητὸν καὶ ἐπίκηρον βίον καταπέπτωκε, καὶ τὴν ἐπάρατον ταυτηνὶ γῆν τῆς πάλαι ἐνθέου τρυφῆς ἀντικατηλλάξατο. Οἵτε ἀπὸ τούτου τὴν καθ' ἡμᾶς σύμπασαν πληρώσαντες, πολὺ χείρους [33]) ἀναφανέντες πλὴν ἑνός που καὶ δευτέρου [34]), θηριώδη τινὰ τρόπον καὶ βίον ἀβίωτον [35]) ἐπανῄρηντο·

martyre Palaestinos codices ab Origene emendatos evulgavit teste Hieronymo. — 31) Εὐφραινόμην δέ. Totus hic locus in nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Saviliano ita legitur ac distinguitur: ἐγὼ ἤμην ᾗ προςέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ. Atque ita Iustinus martyr in dialogo contra Tryphonem et Romana editio 70 Interpretum, nisi quod pro ἐνώπιον αὐτοῦ scriptum habent ἐν προςώπῳ αὐτοῦ. Rufinus vertit: *Ego eram cui adgaudebat cottidie. Laetabar autem coram ipso in omni tempore.* Sed scriptam lectionem confirmat Tertullianus adversus Hermogenem, ita hanc locum citans: *Ego eram ad quam gaudebat, cotidie autem oblectabar in persona eius.* Et adv. Prax. cap. 6. [Pro καθημέραν Str. dedit καθ' ἡμέραν. *H.*] — 32) Τί δὴ οὖν οὐχὶ, καθάπερ τανῦν. Ab his verbis caput 3. auspicantur nostri codices Maz. Med. ac Fuk. quibus consentit editio Rob. Stephani. Sed cum viderem tertii capitis titulum huic loco parum convenire, inferius eum collocandum putavi; quod etiam fecit Christophorsonus. [Ad rem cf. locus Arnobii allatus supra cap. 2. not. 2. et Euseb. demonstr. evang. prooem. lib. III Gregor. Nyss. orat. in natalem domini T. III, quos laudavit Reading. H.] — 33) Πολὺ χείρους. Potissimorum graecorum patrum sententias de libertate voluntatis post peccatum originis, quod vocant Theologi, residua bene exposuit *A. Hahn* in: *Zweite Denkschrift der historisch-theol. Gesellschaft zu Leipzig* p. 51—72. *H.* — 34) Πλὴν ἑνός. Ita quidem codex Regius et veteres schedae. Nostri tamen codices Maz. Med. Fuk. et Savil. praeferunt ἐκτὸς ἑνός που. Paulo post pro ἐκδεδωκότες in codice Maz. Med. ac Fuk. scriptum inveni ἐκδεδώκεσαν. — 35) Βίον ἀβίωτον. Notum est illud Ennianum: Queis potest esse *vita vitalis?* apud Cic. Lael. c. VI. et βίος ἀβίωτος s. οὐ βιωτὸς apud optimos scriptores graecos. cf. Plat. Sympos. 38, 8. Apol. 28. Xen. Mem. IV, 8, 8. Cyr.

ἀλλὰ καὶ οὔτε πόλιν οὔτε πολιτείαν, οὐ τέχνας, οὐκ ἐπιστήμας ἐπὶ νοῦν ἐβάλλοντο, νόμων τε καὶ δικαιωμάτων, καὶ προςέτι ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας [36]) οὐδὲ ὀνόματος μετεῖχον. Νομάδες δὲ ἐπ᾽ ἐρημίας οἷά τινες ἄγριοι καὶ ἀπηνεῖς διῆγον, τοὺς μὲν ἐκ φύσεως προςήκοντας λογισμοὺς, τά τε λογικὰ καὶ ἥμερα τῆς ἀνθρώπων ψυχῆς σπέρματα αὐτοπροαιρέτου κακίας ὑπερβολῇ διαφθείροντες, ἀνοσιουργίαις δὲ πάσαις ὅλους σφᾶς ἐκδεδωκότες, ὡς τοτὲ μὲν ἀλληλοφθορεῖν, τοτὲ δὲ ἀλληλοκτονεῖν, ἄλλοτε δὲ ἀνθρωποβορεῖν, θεομαχίας τε καὶ τὰς παρὰ πᾶσι βοωμένας γιγαντομαχίας ἐπιτολμᾶν, καὶ γῆν μὲν ἐπιτειχίζειν [37]) οὐρανῷ δια-

---

III, 3, 24. vid. *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. p. 215. Opponitur βιωτὸν apud Plat. Crit. VIII. cf. Chrysostom. de providentia II. μοχθηρὸς καὶ ἀβίωτος βίος. Homil. XLVIII. Tom. V. p. 329. *H.* — 36) Φιλοσοφίας, ut sequens ἀρετῆς docet, h. l. est studium vitae sanctae, quo sensu saepius legitur illa vox apud patres ecclesiasticos: cf. II, 23. Locus tamen huc non pertinet Theophylacti in cap. IX. Lucae p. 367. Ἡ καθ᾽ ἡμᾶς φιλοσοφία λόγῳ καὶ πράξει μερίζεται καὶ οὔτε δεῖ λέγειν ἄπρακτα, οὔτε πράττειν ἄλογα, quem attulit *Suicer.* Thesaur. s. v. φιλοσοφία II. 1. a. p. 1441. Contra vid. Gregor. Nyssen. orat. de baptismo T. II. p. 217. πολλοὺς χρόνους ἐχαρίσω τῇ ἡδονῇ, δὸς καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ σχολήν. Ἀπόδυσαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. Chrysost. Homil. XV. in Matthaeum p. 94. ἡ ἀπόνοια πηγὴ κακίας — ἡ ταπεινοφροσύνη φιλοσοφίας ἁπάσης ἀρχή. Alius notabilis vocis illius usus ille est, quo retento tamen proprio significatu, qua in re discedo a *Suicero* l. l., monachi κατ᾽ ἐξοχὴν φιλοσοφίαν habere dicuntur, quam in rem clarissimus locus est Chrysostomi de sacerdot. I, 4. ed. *Tauchn.* τὸν τῶν μοναχῶν μεταδιώκειν βίον καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀληθῆ. Alienus est locus allatus a Suicero ex Sozomen. hist. V. *H.* — 37) Γῆν μὲν ἐπιτειχίζειν. Mirum est in huius verbi explicatione et Musculum et Christophorsonum lapsos esse. Musculus enim vertit: *caelum tellure obstruere conati.* Christophorsonus vero longe peius: *terram interposito muro, caelo adiungere.* Rectius Ioannes Langus, qui Nicephorum latine interpretatus est: ἐπιτειχίζειν Graecis est exstruere munitionem adversus aliquem: ut cum dicunt Lacedaemonios muniisse Deceliam adversus Athenienses. Vide Harpocrationem in voce ἐπιτείχισμα. Sed et τεῖχος Graecis munitio est. Porro ridiculum est credere, homines eo dementiae unquam progressos esse, ut exstructis aggeribus caelum conscendere, deumque exturbare aggressi sint, quod tamen hoc loco credidisse videtur Eusebius. Sunt haec figmenta poetarum, qui superbiam hominum illius aetatis, et divini numinis contemptum hac imagine declarare voluerunt:

Ter conati sunt imponere Pelion Ossa, etc.

Gigantes quidem commemorat sacra scriptura; sed de illis nihil eiusmodi dicit. Et turrim illam non a gigantibus, sed a filiis et posteris

νοεῖσθαι, μανίᾳ δὲ φρονήματος ἐκ τόπου αὐτὸν τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν πολεμεῖν παρασκευάζεσθαι. Ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον [38]) κατακλυσμοῖς αὐτοὺς καὶ πυρπολήσεσιν ὥςπερ ἀγρίαν ὕλην κατὰ πάσης τῆς γῆς κεχυμένην, θεὸς ὁ πάντων ἔφορος μετῄει, λιμοῖς τε συνεχέσι καὶ λοιμοῖς, πολέμοις τε αὖ καὶ κεραυνῶν βολαῖς ἄνωθεν αὐτοὺς ὑπετέμνετο, ὥςπερ τινὰ δεινὴν καὶ χαλεπωτάτην νόσον ψυχῶν, πικροτέροις ἀνέχων τοῖς κολαστηρίοις. Τότε μὲν οὖν, ὅτε δὴ πολὺς ἦν ἐπικεχυμένος ὀλίγου δεῖν κατὰ πάντων ὁ τῆς κακίας κόρος [39]), οἷα μέθης δεινῆς τὰς ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἐπισκιαζούσης καὶ ἐπισκοτούσης ψυχάς, ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτόκτιστος τοῦ θεοῦ σοφία [40]), καὶ αὐτὸς ὁ

Noë post diluvium aedificatam esse testatur. [Equidem potius improprie h. l. quam inepte loqui putaverim Eusebium. Dicit enim hoc, ad eandem insaniam, quo gigantes illos fabulosos, vere progressos esse alios, et ad eos recte posse transferri illud, quod dicatur de gigantibus. Accedit, quod θεομάχος ita dicitur infra II, 25. cf. Eurip. Iphig. A. 1409. τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ' ὃ σοῦ κρατεῖ. cf. Act. 5, 39. *H.*] — 38) Ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον. Male in codice Regio et in veteribus schedis scriptum est ἐφ' οὓς τοῦτον ἑαυτοῖς, etc. Sed nec sana est vulgata lectio, quamvis scriptorum codicum Maz. Med. ac Fuk. auctoritate firmetur. Quo enim referetur verbum ἄγουσι, cum sequatur in eadem periodo αὐτοὺς μετῄει? Mihi scribendum videtur ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγοντας τὸν τρόπον. Nisi malis voces illas penitus expungere τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον, quae glossam sapiunt. [Minime. Bene se habet lectio vulgata. Scripsit autem Eusebius ἀνακολούθως. Cum enim antea in mente haberet verbum cum dativo iungendum, et quocum conveniret ἄγουσι, ut ἐπέστη vel simile quid, non observans accuratius illud ἄγουσι, μετῄει et αὐτοὺς scripsit, idque eo facilius, quo insuavius sonasset: κατακλυσμοῖς αὐτοῖς. Sensit hoc iam Strothius, qui: *Aut*, inquit, ἀ ν α κ ό λ ο υ θ ο ν *quoddam in his verbis est*, *aut* ἐφ' οἷς *significat propterea quod.* Hoc tamen cui bono scripserit, non video; ἐφ' οἷς enim esse *quamobrem*, neque vero *propterea quod* h. l. (cf. *Herm.* ad Vig. p. 710. 33.) ipse Valesius vidit, inde tamen, quomodo loco nostro medela afferri possit, non intelligo. *H.*] — 39) Ὁ τῆς κακίας κόρος. [Reg. Sched. Maz. Med. Steph. *H.*] Scribe κάρος ut legitur in codice Fuk. ac Savil. et apud Nicephorum Callistum. [κάρος in textum recepit Str. *H.*] — 40) Πρωτότοκος τοῦ θεοῦ σοφία. Non dubito, quin Eusebius scripserit πρωτόκτιστος τοῦ θεοῦ σοφία, ut in quatuor codicibus Maz. scilicet Med. Fuk. ac Savil. scriptum habetur. Haec enim vox magis convenit Eusebiano sensui, cum paulo supra locum illum ex proverbiis citaverit, κύριος ἔκτισέ με. Certe veteres Theologi, ac praecipue ii, qui ante concilii Nicaeni tempora scripserunt, per vocabulum κτίζειν non solum creationem intellexerunt, quae ex nihilo fit, sed omnem ge-

πρωὶν λόγος, φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ, τοτὲ μὲν δι' ὀπτασίας ἀγγέλων τοῖς ὑποβεβηκόσι [41]), τοτὲ δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ οἷα θεοῦ δύναμις σωτήριος, ἑνί που καὶ δευτέρῳ τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἄλλως ἢ δι' ἀνθρώπου μορφῆς, ὅτι μηδ' ἑτέρως ἦν δυνατὸν, αὐτοῖς ὑπεφαίνετο. Ὡς δ' ἤδη διὰ τούτων τὰ θεοσεβείας σπέρματα εἰς πλῆθος ἀνδρῶν καταβέβλητο, ὅλον τε τὸ ἔθνος ἐπὶ τῇ θεοσεβείᾳ προςανέχον ἐκ τῶν ἀνέκαθεν Ἑβραίων ὑπέστη, τούτοις μὲν ὡςανεὶ πλήθεσιν ἔτι ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιῃτημένοις [42]), διὰ τοῦ προφήτου Μωϋσέως εἰκόνας καὶ σύμ-

neraliter productionem, tam quae ab aeterno esset, quam illam quae in tempore. Hinc est, quod Melito librum scripserat, περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ, ut videbimus ad lib. 4. huius historiae. Quod si hic legamus πρωτότοκος, inepta esset repetitio quam ταὐτολογίαν vocant: ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτότοκος. Adde quod πρωτότοκος non convenit generationi divinae. Rectius ergo est πρωτόκτιστος. Certe Clemens Alexandrinus in lib. 5. Stromatei filium dei vocat πρωτόκτιστον σοφίαν. [Πρωτόκτιστος legit quoque Strothius. Cf. *Münscher* Handbuch der Dogmengeschichte T. III. p. 356. §. 39. p. 428. *Kestner* de Eusebii auctoritate et fide diplom. p. 23 sq. *Verisimilior alia est ratio, qua Eusebium verba post concilium Nicaenum damnata, nempe* ἔκτισε *ex loco sap. c.* 8. *et* σοφία πρωτόγονος καὶ πρωτόκτιστος *usurpasse notatur. H.*] — 41) Τοῖς ὑποβεβηκόσι exhibent omnes Codd. pariter atque editiones. Nihilo tamen minus illam lectionem tanquam parum aptam eiecit Strothius et τῶν ὑποβεβηκότων scripsit. At enimvero ut quidem puto, temere. Quod enim primum dicit, nullam rationem adesse, cur homines dicantur h. l. ὑποβεβηκότες, illud facile eo refutatur, quod illud eodem sensu accipi potest, quo statim postea θεοφιλῶν ἀνδρῶν i. e. hominibus ei servientibus, eum colentibus Christus apparuit. Levius etiam est, quod dicit Stroh., non posse dici *omnibus* hominibus apparuisse angelos. Neque enim illud dicitur h. l. Similiter non obstat, quod supra commemorantur ἄγγελοι ὑποβεβηκότες, nisi homines simili modo non posse dici demonstratur. Porro Christus vel h. l. dicitur angelorum ministerio uti iisdemque praeesse, sola autem Rufini auctoritas, qui ad angelos retulit h. l. vocem ὑποβ., tot codd. consensu non puto esse maiorem. Denique non contraria est verborum ratio et relatio, neque θεοῦ δύναμις opponitur verbis τῶν ὑποβεβ., sed pertinet illud tum ad δι' ὀπτασίας ἀγγέλων tum ad δι' ἑαυτοῦ, ut sensus hic sit: Λόγος semper apparuit tanquam θεοῦ δύναμις σωτήριος iis, qui eum et deum colebant, vel angelorum ministerio vel ipse humana forma indutus. Confirmatur nostra interpretatio verbis quae supra legebantur: καὶ τίσιν εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσιν ὁ θεῖος λόγος ἐπεφαίνετο. Cf. quae sequuntur ἑνί που καὶ δευτέρῳ. Valesius autem, quomodo τοῖς ὑποβ. vertere potuerit *creaturis suis*, non video. De insolentiori vocis illius significatione vid. Index s. v. Rectius supra vertit Val. τὴν τῶν ὑποβε-

βολα σαββάτου τινὸς μυστικοῦ καὶ περιτομῆς, ἑτέρων τε νοητῶν θεωρημάτων [43]) εἰςαγωγάς, ἀλλ' οὐκ αὐτὰς ἐναργεῖς παρεδίδου τὰς μυσταγωγίας. Ὡς δὲ τῆς παρὰ τούτοις νομοθεσίας βοωμένης, καὶ πνοῆς δίκην εὐώδους εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαδιδομένης, ἤδη τότε ἐξ αὐτῶν καὶ τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν διὰ τῶν πανταχόσε νομοθετῶν τε καὶ φιλοσόφων ἡμέρωτο τὰ φρονήματα [44]),

---

βηκότων ποίησιν, *inferiorum substantiarum creationem. H.* — 42) *Ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιῃτημένοις.* Male hunc locum intellexit Nicephorus, quasi in laudem Iudaeorum hoc ab Eusebio dictum fuisset. Sic enim habet Nicephorus: τοῦτο μὲν ὡςανεὶ ταῖς πάλαι καὶ πρὸ βραχέος διαίταις καλῶς ἐκτεθραμμένον, *etc.* Quae sic vertit Langus: *Et genti quae et antiquitus et non ita pridem vita et moribus recte exculta esset,* etc. At contrarium plane sensum habent Eusebii verba. Ait enim cum Iudaei prioris vitae contagione corrupti essent, deum satis habuisse legales eis caeremonias praescribere, et velut signa quaedam ac symbola arcanorum mysteriorum eis tradere, utpote adhuc rudibus et superstitioni gentilium assuetis. Idem scribit Chrysostomus in Matthaeum. Id manifesto sibi volunt haec verba: ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιῃτημένοις. Pro quo male Christophorsonus legit ἐνδεδιῃτημένοις a Nicephoro, ut videtur, in errorem inductus. Ἐκδιαιτᾶσθαι Graecis idem est, quod corrumpi, et ex pristina disciplina in mollitiem labi. Unde ἐκδεδιῃτημένος βίος est vita mollis ac soluta; translatione ab intemperantibus hominibus, qui nullam in cibo ac potu et in toto genere vivendi legem observant. Quae vox frequenter occurrit in libris Dionis Cassii. [cf. Thucyd. I, 132. Nicol. Damasc. p. 108. ed. *Orell. H.*] — 43) *Νοητῶν θεωρημάτων.* Sic ex codice Regio et ex veteribus schedis edidit Rob. Stephanus. Sed in reliquis exemplaribus Maz. scilicet Med. Fuk. et Savil. scriptum inveni: μυστικῶν θεωρημάτων. [Praetulit hoc et in textum recepit Str. *H.*] Nicephorus vero pro his habet: θειοτέρων νοημάτων. Ex quo coniicere est Nicephorum vulgatam lectionem in suo codice reperisse: cumque eam minus probaret, eius loco hanc quam diximus, substituisse. — 44) *Ἡμερώτατα φρονήματα.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, ut ex versione eorum apparet: nam vocem φρονήματα retulerunt ad νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων. Christophorsonus quidem vertit: *Cumque propter mansuetissimas legumlatorum et philosophorum tot ubique commentationes ac praecepta,* etc. Musculus vero: *per placidissimos eorum qui ubique leges ferebant et philosophorum sensus,* etc. Atqui longe alia Eusebii mens est. Neque enim tantum tribuit legumlatoribus philosophisque gentilium, ut prisca illa mortalium feritas atque immanitas praeceptis illorum atque institutis paulatim ad humaniorem cultum revocata sit. Sed huius rei causam confert in legem Mosaicam, quae cum universo terrarum orbi innotuisset, omnium hominum mores tandem mansuefecit. Etenim legislatores ac philosophi gentilium, cum optima quaeque praecepta ex illius legis fontibus hausissent, ea posthaec auditorum suorum mentibus infuderunt,

τῆς ἀγρίας καὶ ἀπηνοῦς θηριωδίας ἐπὶ τὸ πρᾷον μεταβεβλημένης, ὡς καὶ εἰρήνην βαθεῖαν φιλίας τε καὶ ἐπιμιξίας πρὸς ἀλλήλους ἔχειν, τηνικαῦτα πᾶσι δὴ λοιπὸν ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν, ὡς ἂν προωφελημένοις καὶ ἤδη τυγχάνουσιν ἐπιτηδείοις πρὸς παραδοχὴν τῆς τοῦ πατρὸς γνώσεως, ὁ αὐτὸς δὴ πάλιν ἐκεῖνος ὁ τῶν ἀρετῶν διδάσκαλος[45]), ὁ ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς τοῦ πατρὸς ὑπουργός, ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ θεοῦ λόγος, δι' ἀνθρώπου κατὰ μηδὲν σώματος οὐσίᾳ τὴν ἡμετέραν φύσιν διαλλάττοντος, ἀρχομένης τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐπιφανείς, τοιαῦτα ἔδρασέ τε καὶ πέπονθεν, οἷα ταῖς προφητείαις ἀκόλουθα ἦν, ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ θεὸν ἐπιδημήσειν τῷ βίῳ παραδόξων ἔργων ποιητήν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διδάσκαλον

---

quibus exculti homines, ad Evangelicae legis notitiam accipiendam idonei tandem extiterunt. Quippe lex Mosaica velut praevia ac praenuntia fuit Evangelii, Christique praedicationi viam stravit. Scribendum est igitur hoc loco: τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ πανταχόσε νομοθετῶν τε καὶ φιλοσόφων ἡμέρωτο τὰ φρονήματα, ut diserte scriptum habent nostri codices Maz. Med. Fuk. et Savil. Certe nisi ita scripseris, non cohaerebit oratio. Quo enim referetur particula illa ὡς δὲ, quae posita est initio periodi. Est et alia difficultas in hoc Eusebii loco, quidnam sibi velint haec verba ἐξ αὐτῶν. Ait enim Eusebius: ἤδη τότε ἐξ αὐτῶν καὶ τοῖς πλείοσι *etc.* ut supra. Quae quidem verba non sine causa posita esse mihi videntur; ut ostendat Eusebius quidquid a legumlatoribus ac philosophis commode dictum est, id omne ab Hebraeis eos esse mutuatos. Atque ita hunc locum accepit Rufinus, ut ex interpretatione eius liquido appa-ret. [Val. ἐξ αὐτῶν ita accepit, ut referatur ad τῆς νομοθεσίας. Vertit enim: *ex illa.* Iam quamvis hoc fieri possit et Neutrum potius ad praecedentia in universum spectare, tamen faciliorem puto ordinem verborum esse hunc: ἤδη τότε τοῖς πλείοσι ἐξ αὐτῶν τῶν ἐθνῶν. Ἐξ αὐτῶν vero praemisit Eusebius, quippe in quo summa insit orationis vis h. l. Nihilominus ipsi illi philosophi cogitandi sunt h. l. sola institutione Mosaica facti mitiores et sapientiores, quia statim ante dixerat Eusebius: εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους. *H.*] Multa in hanc sententiam disserit Eusebius in libris de praeparatione, ubi ostendit Graecorum philosophos ex Mosis libris pleraque suffuratos fuisse. [Prae ceteris in hac sententia erat Clemens. Alex. vid. Cohort. ad gentes p. 60. ed. *Potter.*: πόθεν, ὦ Πλάτων, ἀλήθειαν αἰνίττῃ; πόθεν ἡ τῶν λόγων ἄφθονος χορηγία τὴν θεοσέβειαν μαντεύεται; —— οἶδά σου τοὺς διδασκάλους, κἂν ἀποκρύπτειν ἐθέλῃς, γεωμετρίαν παρὰ Αἰγυπτίων μανθάνεις, ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων, ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς παρὰ Θρᾳκῶν λαμβάνεις, πολλά σε καὶ Ἀσσύριοι πεπαιδεύκασι, νόμους δὲ τούς, ὅσοι ἀληθεῖς καὶ δόξαν τὴν θεοῦ παρ' αὐτῶν ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων. *H.*] — 45) Ὁ τῶν ἀρετῶν διδάσκαλος. Quatuor

τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας ἀναδειχθήσεσθαι, τό τε παράδοξον αὐτοῦ τῆς γενέσεως καὶ τὴν καινὴν διδασκαλίαν καὶ τῶν ἔργων τὰ θαύματα, ἐπί τε τούτοις τοῦ θανάτου τὸν τρόπον, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἔνθεον ἀποκατάστασιν αὐτοῦ προκηρυττούσαις. Τὴν γοῦν ἐπὶ τέλει βασιλείαν αὐτοῦ Δανιὴλ ὁ προφήτης θείῳ πνεύματι συνορῶν, ὧδέ πη ἐθεοφορεῖτο, ἀνθρωπινώτερον τὴν θεοπτίαν ὑπογράφων. „Ἐθεώρουν γὰρ, φησὶν 46), ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡςεὶ χιὼν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡςεὶ ἔριον καθαρόν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρός. Οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ 47). Κριτήριον ἐκάθισε καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν.“ Καὶ ἑξῆς· „Ἐθεώρουν, φησὶ, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡςεὶ υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προςηνέχθη 48)· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι, αὐτῷ δουλεύσουσιν 49). Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται. Καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.“ Ταῦτα δὲ σαφῶς οὐκ ἐφ' ἕτερον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἡμέτερον σωτῆρα τὸν ἐν ἀρχῇ

---

nostri codices Maz. scilicet Med. Fuk. et Savil. scriptum habent ἀῤῥήτων διδάσκαλος. In optimo tamen Maz. ad marginem altera lectio adscripta est hoc modo: Γρ. ἀρετῶν. Paulo post, ubi legitur τῶν ἔργων τὰ θαύματα, iidem codices praeferunt θαυμάσια. [Quod recepit Str. H.] Et mox καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσιν εἰς οὐρανοὺς ἔνθεον ἀποκατάστασιν. — 46) Dan. 7, 9. H.] — 47) Ἐλειτούργουν αὐτῷ. In vetustissimo codice Maz. post has voces sequuntur haec verba: καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Eadem pericope habetur in codice Fuk. ac Savil. et in veteribus schedis, nisi quod scriptum habent παρειστήκεισαν αὐτῷ, prout legitur etiam apud Iustinum et in editione Romana Danielis cap. 7. ubi vide Annotationes Nobilii. — 48) Ἐνώπιον αὐτοῦ προςηνέχθη. In margine codicis Maz. scriptum est recentiore manu Γρ. προςήχθη, ὃ καὶ κρεῖττον. Id est, *in quibusdam codicibus scribitur* π ρ ο ς ή χ θ η, *idque rectius.* Certe in optimo illo codice Renati Marchalli, qui nunc est in Bibliotheca Claromontani Collegii cap. 7. Danielis diserte scriptum est: καὶ προςήχθη αὐτῷ. Tamen inter η et χ superscriptum est eadem manu νε: prorsus ut appareat iamdudum variasse codices in eo Danielis loco, et alios quidem προςήχθη praetulisse, alios προςηνέχθη. Porro in vetustissimo illo codice R. Marchalli qui Prophetas complectitur, Danielis libro hic praefixus est titulus κατὰ Θεοδοτίωνος, supple τὴν ἔκδοσιν. — 49) Αὐτῷ δουλεύ-

πρὸς τὸν θεὸν, θεὸν λόγον ἀναφέροιτο ἂν, υἱὸν ἀνθρώπου διὰ τὴν ὑστάτην αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν χρηματίζοντα. Ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι [50]) τὰς περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητικὰς ἐκλογὰς [51]) συναγαγόντες, ἀποδεικτικώτερόν τε τὰ περὶ αὐτοῦ δηλούμενα ἐν ἑτέροις συστήσαντες, τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθησόμεθα.

σουσιν. Ita legitur etiam in editione Romana Danielis. Verum tres nostri codices Med. Fuk. et Sav. diserte scriptum habent δουλεύουσιν. Quam scripturam confirmat Rufinus, *et omnes populi, tribus, linguae ipsi servient.* Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis ecclessiae, non ut vulgo *et linguae ipsi servient.* — 50) Ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι. Intelligit libros de Evangelica demonstratione, ex quibus decem duntaxat ad nos pervenerunt. In vetustissimo codice Maz. scholiastes quidam notat hic intelligi libros de praeparatione et demonstratione Evangelica σημείωσαι ὅτι ὑπομνήματα τὴν εὐαγγελικὴν προπαρασκευὴν αὐτοῦ καὶ ἀπόδειξιν καλεῖ. Id est, *nota quod Commentarios vocat, libros suos de praeparatione ac demonstratione Evangelica.* Ceterum haec Eusebii Ecclesiastica historia tanto nobis commendatior esse debet, quod post reliqua fere eius opera exarata est, adeoque post libros chronologicorum Canonum, ut ipse Eusebius supra testatus est. At Blondellus in Apologia pro sententia B. Hieronymi de episcopis et presbyteris cap. 19. libros de Evangelica demonstratione ab Eusebio scriptos esse censet post Ecclesiasticam historiam. Quippe Eusebius, inquit, in libro 6. de demonstratione cap. 13. historiam suam citat. Sed Blondellum decepit latina interpretatio, quae sic habet: *Quodsi quidquam nostra quoque historia valet, nostris ipsorum temporibus illam antiquitus celebratam Sion iunctis bubus a Romanis viris arari, oculis nostris inspeximus.* Verum longe aliud sonant graeca Eusebii verba, quae hic ponam: εἰ γοῦν τι δύναται καὶ ἡμετέρα ἱστορία, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν πάλαι βοωμένην Σιὼν ζεύγεσι βοῶν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἀρουμένην ὀφθαλμοῖς παρειλήφαμεν. Id est: *Quod si nostrum quoque testimonium aliquid ponderis habet, Sionem illam quae olim tantopere celebrata est, aetate nostra a Romanis arari, ipsi oculis nostris vidimus.* Vides Eusebium non de historia sua loqui. Nam ἱστορία eo loco nihil aliud est quam testimonium oculorum. — 51) Προφητικὰς ἐκδόσεις. Nostri codi. Maz. Med. Fuk. et Sav. scriptum habent προφ. ἐκλογὰς, rectius meo quidem iudicio. Sic autem vocat Eusebius locos excerptos de libris Prophetarum, in quibus agitur de vocatione gentium, et de adventu Christi. Certe in libris demonstrationis nihil aliud agit Eusebius, quam ut testimonia Prophetarum ex eorum libris colligat. Quibus deinde uberiorem expositionem ac demonstrationem adiecturum se esse promittit. In prooemio libri secundi vocat τὰς ἐκ τῶν προφητικῶν φωνῶν μαρτυρίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἔγνωστό τε ἀνέκαθεν καὶ τετίμητο παρὰ τοῖς θεσπεσίοις προφήταις.

(Nic. H. E. I, 4.)

Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τοὔνομα [1]) τοῦ τε Ἰησοῦ καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ παρ' αὐτοῖς τοῖς πάλαι θεοφιλέσι προφήταις ἐτετίμητο, ἤδη καιρὸς ἀποδεικνύναι. Σεπτὸν ὡς ἔνι μάλιστα καὶ ἔνδοξον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα πρῶτος αὐτὸς γνωρίσας Μωϋσῆς, τύπους οὐρανίων καὶ σύμβολα, μυστηριώδεις τε εἰκόνας ἀκολούθως χρησμῷ φήσαντι αὐτῷ [2])· „Ὅρα, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει·" παραδιδοὺς, ἀρχιερέα θεοῦ, ὡς ἐνῆν μάλιστα δυνατὸν, ἄνθρωπον ἐπιφημίσας, τοῦτον Χριστὸν ἀναγορεύει. Καὶ ταύτῃ γε τῇ κατὰ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀξίᾳ, πᾶσαν ὑπερβαλλούσῃ παρ' αὐτῷ τὴν ἐν ἀνθρώποις προεδρίαν, ἐπὶ τιμῇ καὶ δόξῃ τὸ τοῦ Χριστοῦ περιτίθησιν ὄνομα. Οὕτως ἄρα τὸν Χριστὸν θεῖόν τι χρῆμα [3]) ἠπίστατο. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ προςηγορίαν εὖ μάλα πνεύματι θείῳ προϊδὼν, πάλιν τινὸς ἐξαιρέτου προνομίας καὶ ταύτην ἀξιοῖ. Οὔποτε γοῦν

Cap. III. 1) *Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τοὔνομα.* In codice Mazar. et Fuk. nulla hic fit novi capitis distinctio. Nam caput 3. multo ante incipiunt, ut supra notavi. Codex autem Medicaeus ab his verbis inchoat cap. 4. Sed nihil certius est quam id quod supra monui, ab his verbis inchoandum esse caput 3. Idque vel titulus ipse demonstrat. [Ad rem cf. Euseb. demonstr. evang. IV, 17. Lactant. Inst. IV, 7. Tertull. Apol. c. 3. Sigillatim de nominibus Iesu egit *Pearson* Expos. in Symb. Apostol. teste Readingo. *H.*] — 2) Exod. 25, 40. *H.* — 3) *Θεῖόν τι χρῆμα* i. e. divinum. Saepius ita legitur apud veteres *χρῆμα* et *πρᾶγμα*. vid. Charit. ab in. *θαυμαστόν τι χρῆμα παρθένου.* Plat. Ion. T. IV. ed. Bipont. p. 18. cf. *Gronov.* Observ. IV, 15. *Viger.* p. 139. 156 sq. Plat. Crit. 15. ubi recte vertit *Schleiermacherus*, egregius Platonis interpres: *Dass Socrates ganz verächtlich erscheinen wird*, verba: *καὶ οὐκ οἴει ἄσχημον ἂν φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα.* Et *Wolfius: ut inhonestum negotium illis videatur Socrates.* Similiter enim *negotium* dicunt Latini, eo tamen discrimine, quod in nullam tantum partem illa voce illi utuntur, cum Graeci in utramque illa verba soleant usurpare. Cic. ad Att. I, 12. *Teucris illa lentum negotium, ein langsames Wesen, Geschöpf.* Optime contra ad illud *θεῖόν τι χρῆμα* nostro loco et similia alibi accurate exprimendum Latine diceremus: *divinum nescio quid.* Hoc enim non solum de re parva et contemnenda, sed etiam de excellenti, insigni, et eiusmodi usurpatur, cuius magnitudinem mens nostra videatur vix posse assequi. Cic. pro Arch. VII, 15. cf. de Fin. V, 20; 10. *Ernesti* in Clav. Cic. s. *nescio.* ed. V.

πρότερον ἐκφωνηθὲν εἰς ἀνθρώπους πρὶν ἢ Μωϋσέα γνωσθῆναι[4]) τὸ τοῦ Ἰησοῦ πρόσρημα, τούτῳ Μωϋσῆς πρώτῳ καὶ μόνῳ περιτίθησιν, ὃν κατὰ τύπον αὖθις καὶ σύμβολον ἔγνω μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν διαδεξόμενον τὴν κατὰ πάντων ἀρχήν. Οὐ πρότερον γοῦν τὸν αὐτοῦ διάδοχον τῇ τοῦ Ἰησοῦ κεχρημένον προσηγορίᾳ ὀνόματι δὲ ἑτέρῳ τῷ Αὐσῇ[5]), ὅπερ οἱ γεννήσαντες αὐτῷ τέθεινται, καλούμενον, Ἰησοῦν αὐτὸς ἀναγορεύει, γέρας ὥσπερ τίμιον παντὸς πολὺ μεῖζον βασιλικοῦ διαδήματος, τοὔνομα αὐτῷ δωρούμενος, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν εἰκόνα ἔφερε, τοῦ μόνου μετὰ Μωϋσέα καὶ τὸ συμπέρασμα τῆς δι᾽ ἐκείνου παραδοθείσης[6]) συμβολικῆς λατρείας, τῆς ἀληθοῦς καὶ καθαρωτάτης εὐσεβείας τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου. Καὶ Μωϋσῆς μὲν ταύτῃ πῃ δυσὶ τοῖς κατ᾽ αὐτὸν ἀρετῇ καὶ δόξῃ παρὰ πάντα τὸν λαὸν προφέρουσιν ἀνθρώποις, τῷ μὲν ἀρχιερεῖ, τῷ δὲ μετ᾽ αὐτὸν ἡγησομένῳ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσηγορίαν ἐπὶ τιμῇ τῇ μεγίστῃ περιτέθειται. Σαφῶς δὲ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα προφῆται, ὀνομαστὶ τὸν Χριστὸν προαναφωνοῦσιν[7]),

---

1818. p. 494. *H.* — 4) *Πριν ἢ Μωϋσέα γνωσθῆναι.* In codice Med. ac Savil. et in veteribus schedis bibliothecae Regiae scriptum est *γνωρισθῆναι.* At Musculus verbum *γνωσθῆναι* in activa significatione accepit pro *ἐγνωκέναι*, quod omnino ferri non potest. Porro nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent *πρὶν ἢ* duobus verbis. — 5) *Ὀνόματι δὲ ἑτέρῳ τῷ Αὐσῇ.* In vetustissimo codice Maz. hoc scholium appositum est ad marginem: *σημείωσαι ὅτι ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς πρότερον Αὐσῆς ἐκαλεῖτο.* Id est, *nota quod Iesus filius Nave prius Auses vocabatur.* [*Ναυσῇ. Cph. Ion.*, in quo autem notatum est *ἴσως Ναυῇ. H.*] Sed Hieronymus in caput 1. Hoseae notat hunc esse errorem omnium codicum tam Graecorum quam Latinorum, qui Ause scriptum habent pro Osee. *Osee*, inquit, *in lingua nostra salvatorem sonat: quod nomen habuit etiam Iosue filius Num, antequam ei a deo vocabulum mutaretur. Non enim* (*ut male in Graecis codicibus legitur et Latinis*) *Ause dictus est: quod nihil omnino intelligitur: sed Osee, id est salvator.* Clemens in libro 1. Recognitionum: *Igitur Moyses*, inquit, *his administratis Ausem quendam nomine praeponens populo, qui eos revocaret ad patriam terram.* Sic et Lactantius IV, 17. Et ante eum Tertull. contra Marc. III, 16 adv. Iud. c. 9. — 6) *Τῆς ἐκείνῳ παραδοθείσης.* Nicephorus habet *τῆς δι᾽ ἐκείνου*, quomodo etiam in quibusdam libris se reperisse testatur Stephanus. Sic certe praeferunt codex Med. et Maz. cum Fuk. et Savil. Parum tamen interest, utro modo legamus; cum idem sit dicere, legem datam esse Mosi, et datam esse per Mosem. [Pro *διαδεξαμένῳ* Str. coniicit scribendum esse *διαδεξομένῳ. H.*] — 7) *Τὸν Χριστὸν προανεφώνουν.* Ita legitur in codice Re-

tamen rectior videtur scripta lectio. — 3) Διεψευσμένας ἀποδείξας. Hoc loco Rob. Stephani consilium laudare nullo modo possum, qui cum Regium codicem sibi sequendum proposuisset, eum ex parte duntaxat expressit. Nam in Regio quidem codice totus hic locus ita legitur: τὰς μὲν δὴ τῶν λοιπῶν δόξας βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀποδείξας. In reliquis autem codicibus Med. scilicet et Maz. ac Fuk. ita scriptus est: Τὰς μὲν τῶν λοιπῶν δόξας ὡςὰν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας. Atque ita legitur etiam apud Nicephorum. Duplex igitur fuit scriptura huius loci, cum alii ἀποδείξας legerent, alii ἀπελέγξας. Sed qui legebant ἀποδείξας, ii adverbium illud ὡςὰν expungebant, quippe quod nullo modo convenire possit cum verbo ἀποδείξας. Nos ἀπελέγξας praetulimus, tum quia plurium exemplarium auctoritate firmatur, tum quod Rufinum ita legisse ex eius versione comperimus. [Stroth. ὡς ἂν ἀπελ. H.] — 4) Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα. Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio et apud Nicephorum in cap. II. lib. 1. — 5) Συνεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη. Ita quidem ex codice Medicaeo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat ἐπεπλάκη. Postea vero emendatum est paulo recentiore manu συνεπεπλάκη. Priorem illam lectionem ἐπεπλάκη retinuit et Ioannes Damascenus in oratione 3. de nativitate b. Mariae. Codex autem Maz. et Fuk. scriptum habent συνεπεπλάκει, vel quod idem est συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus: sic enim vertit: *Reconiunctum namque est sibi invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur, etc.* Ubi vides Rufinum duas illas praepositiones verbi συνεπεπλάκει totidem latinis exprimere voluisse. In

λομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσεσιν ἀτέκνων [6]), καὶ δευτερογαμίαις, καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων [7]), ὡς δικαίως τοὺς

---

vulgatis quidem Rufini editionibus legitur *coniunctum namque est sibi invicem genus, etc.* Verum in duobus manuscriptis codicibus, altero bibliothecae Regiae, altero Parisiensis ecclesiae, et in vetustissimis editionibus legitur *reconiunctum.* Nec tamen probare possum interpretationem Rufini. Nam *reconiungi* quidem dicuntur duae familiae, quae cum ex eadem gente ortae sint, mutuis postea connubiis inter se reiunguntur. Sed in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim dicit Africanus Nathanaeos ac Salomonios qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter se connubiis postea reiunctos fuisse, verum hoc dicit, generationes illas, tum quae a Nathane, tum quae a Salomone ducuntur, implexas esse atque intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum et seminum suscitationes, quae in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Proinde praepositio illa ἐπὶ in verbo συνεπεπλάκει, non exponenda erat per *re* ut fecit Rufinus, sed potius per praepositionem *super.* At verbum: συνεπεπλάκει *superimplexum est.* — 6) Ἀναστάσεσιν ἀτέκνων. [Val. vertit. *reparatione nominis eorum, qui sine prole decessissent. H.*] Vir doctissimus Ioannes Langus qui Nicephorum latine interpretatus est, hunc locum ita vertit: *Implicata enim inter se sunt genera, et quod a Salomone et quod a Nathan descendit, repraesentatione eorum qui liberos non creassent secundisque nuptiis ac resuscitatione seminum.* Rufinus vero liberius quidem, sed non sine elegantia ita vertit: *Reconiunctum namque sibi est invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Natham deducitur, per legales substitutiones quae fiebant his qui sine liberis decedebant, et per secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur.* Omisit Rufinus verba illa Africani καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων, quae certe superflua videntur. Cum enim iam antea dixerit ἀναστάσεσιν ἀτέκνων reiunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀναστάσεσιν σπερμάτων, quod unum idemque est teste Africano in hac ipsa ad Aristidem epistola? Damascenus quoque in oratione 3. de nativitate b. Mariae omisit haec verba. Ceterum obscurum est quod hic ait Africanus, reparatione scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent, misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eodem patre natus relictam fratris sui in coniugium ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte frater uterinus, viduam fratris sui uxorem duceret, tunc aliqua familiarum permixtio nasci poterat. Itaque merito addidit Africanus καὶ δευτερογαμίαις. Haec enim praecipua fuit causa permixtionis familiarum, quoties mulier susceptis iam liberis ex priore matrimonio, ad secundas nuptias transvolabat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo facto, filium ex priore matrimonio natum, uxorem duxisse, et improlem postea obiisse fingamus. Tunc si frater illius uterinus viduam in coniugium duxerit, et ex ea liberos sustulerit, in persona liberorum erit aliqua familiarum confusio, ita ut natura quidem huius, lege autem, illius filii dicantur. — 7) Καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων. Apud Nicephorum legitur ἀναστάσει.

αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι[8]), τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις ἀληθεῖς οὔσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μὲν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν[9]) διηγήσομαι. Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ τοῦ Ἰωσὴφ τὸν πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ, οὗ υἱὸς ὁ Ἡλὶ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ πατήρ· Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ τοῦ Μελχί. Σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσὴφ, ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὅ, τε Ἰακὼβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἡλὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος κατάγοντες τὸ γένος, ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὅ, τε Ἰακὼβ καὶ Ἡλὶ δύο ἀδελφοὶ, καὶ πρός γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθὰν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσὴφ ἀναφαίνονται πάπποι. Καὶ δὴ οὖν ὅ, τε Ματθὰν καὶ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν[10]), ἤτοι ἀπολελυμένην, ἢ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλῳ γαμεῖσθαι. Ἐκ δὴ τοῦ Ἐσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Ματθὰν ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου

Atque ita in codice Regio prius scriptum fuerat: postea vero emendatum est alia manu ἀναστάσεσι. Verum Nicephori lectio magis placet, cum paulo ante positum sit ἀναστάσεσι. — 8) Ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι. Haec est scriptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam confirmat. Nostri tamen codices Med. Maz. Fuk. scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως. [Ita scripsit Stroth. *H.*] — 9) Τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν. Haec est scriptura codicis Regii quem secutus est Stephanus. Nec aliter legisse videtur Rufinus, qui sic vertit: *ipsas generationum consequentias enarrabimus.* Reliqui tamen codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii praeferunt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem lectionem etiam ad latus codicis Regii adscriptam inveni. Nicephorus autem habet ἐναλλαγὴν, id est *commutationem.* Et Christophorsonus quidem vulgatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam plures et meliores codices exhiberent. Deinde Africanus hoc loco nequaquam recenset seriem utriusque generationis. Neque enim progreditur ultra Matthan et Melchi, sed tantum exponit ἐπαλλαγὴν, id est *commixtionem seu complicationem duarum familiarum in genealogia Christi.* Apud Damascenum in oratione citata legitur τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν γενῶν, quod eandem vim habet. [In seqq. addidi: Ἰωσὴφ — Μελχὶ, quae solo typographi errore ab editione Valesii aberant. Ipse enim illa vertit. *H.*] — 10) Χηρεύουσαν γυναῖκα.

δὲ γένους ὢν, ὡς προείπομεν, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἡλί. Οὕτω δὴ διαφόρων δύο γενῶν [11]) εὑρήσομεν τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡλὶ ὁμομητρίους ἀδελφούς· ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἡλί, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τόν Ἰωσήφ. Κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ καὶ γέγραπται· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τόν Ἰωσήφ. Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἡλὶ υἱὸς ἦν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἀδελφὸς ὢν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀκυρωθήσεται καὶ ἡ κατ᾽ αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, Ἰακὼβ δέ φησιν ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί· τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν [12]) ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξειπεῖν. Καὶ τὸ

Hoc loco Africanus *χηρεύειν* promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt. — 11) *Διαφόρων δύο γενῶν.* Hoc loco *γένος* sumitur pro *familia*. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum, qui omnes, ex diversa quidem familia, sed ex una eademque erant gente, ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica quae in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanaeorum. — 12) *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν.* Hic vero nimium argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit: *ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί, etc.* Africanus voces illas *ὡς ἐνομίζετο* referri vult non solum ad illa verba *υἱὸς Ἰωσήφ*, sed etiam ad illa quae sequuntur *τοῦ Ἡλί*. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus *ὡς ἐνομίζετο*, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Iosephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Iosephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset Mariam post mortem Iosephi nupsisse eius fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Praeterea si voces illae, *ὡς ἐνομίζετο* extenduntur ad ea verba *τοῦ Ἡλὶ*, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est, cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. [Iniuriam facere Valesium Africano, bene vidit *Stroth. Uebersetzung des Eusebius* T. I. p. 41. not. 3. ubi haec leguntur: *Hierin* (in den Worten, *ὡς ἐνομίζετο*) *sucht Africanus nichts, sondern in dem Unterschiede, dass Lucas sagt: der war ein Sohn, und Matthaeus: er zeugte. Denn der erstere Ausdruck ist zweideutiger als der letztere, und kann sowohl einen leiblichen als angenommenen Sohn bedeuten. H.*] Secundo loco notandum est, quod ait

ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιΐας ἄχρι τέλους ἐσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ θεοῦ [13]) κατ' ἀνάλυσιν. Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτ' οὖν φανητιῶντες, εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύοντες, παρέδοσαν καὶ ταῦτα. Ὡς Ἰδουμαῖοι λησταὶ Ἀσκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Ἀπόλλωνος, ὃ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἵδρυτο, Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινὸς [14]) ἱεροδούλου παῖ-

---

in generatione illa Christi quam refert Lucas, tertium esse Melchi, atque in evangelio Lucae tertius nominatur Mathat, avus scilicet Iosephi, Melchi vero quintus, abavus scilicet Iosephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est; aut certe in codice evangelii quo usus est Africanus, Melchi scriptum fuisse pro Mathat: quae est coniectura Bedae in caput 3. Lucae. Certe Gregorius Naziazenus in carmine 38. de Christi genealogia, Africanum sequens *Melchi* pro Mathat posuit. Et Ambrosius in lib. 3. Comm. in Lucam. [Ostendere praeterea voluit ex hoc loco *Kestner*. p. 71. Eusebium libris sacris non nimium tribuisse auctoritatis, et propterea omnium maxime sese commendare tanquam historicum, quod res in libris sacris narratas cum aliorum testimoniis saepissime conferret. cf. Cap. 9. 11. At enim vero neque ex nostro loco sequitur, Eusebium non tribuisse summam libris sacris auctoritatem, quippe qui Africani sententiam eo tantum consilio afferat, ut ne quis de illa dubitare incipiat propter illum Lucae et Matthaei in rationibus illis genealogicis dissensum, neque aliunde illud puto posse doceri. Quodsi alios scriptores confert Eusebius cum librorum sacrorum narrationibus, semper istas nonnisi aliorum causa vult magis stabilire. cf. Cap. 9. Ad rem autem plane non pertinet Cap. 11. Caeca denique fiducia Lucam nostrum esse secutum Cap. 10., ubi Christi temporibus Lysaniam Abilenae tetrarchum fuisse dicit (cf. Luc. 3, 1.) *Kestnerus* ipse (cf. p. 72.) concedit. Neque tamen Eusebius in eo a se ipse descivit, quod *Kestnerus* statuit. *H.*] — 13) Ἕως τοῦ Ἀδὰμ τοῦ θεοῦ. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. particulam interserunt hoc modo Ἕως Ἀδὰμ καὶ τοῦ θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus ut ex versione eius apparet. — 14) Ἀντίπατρον Ἡρώδου τινός. Haec narratio prorsus fabulosa est et commentitia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem hierodulum templi Apollinis, sed Antipatrum Idumaeum, ut scribit Iosephus in lib. 14. cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Iudaeorum rex praefectum totius Idumaeae constituit. Primusque hic Antipater auctor fuisse videtur huius potentiae, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam et praefecturam Idumaeae gessit Alexandro et Alexandra regnantibus, et hospitio atque amitia cum Ascalonitis et Gazaeis et Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit. [De Antipatre cf. quos laudavit *Readingus*, Euseb. Chron. p. 143. edit. Pontac. Dio Cass. lib. 37. in M. Ciceronis et C. Antonii consulatu, Strabo Geogr. lib. 16. p. 1106. ed. Amstel. 1707.

δα, πρὸς τοῖς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρα ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δύνασθαι τὸν ἱερέα [15]), ὁ Ἀντίπατρος τοῖς τῶν Ἰδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφεὶς, ὕστερον Ὑρκανῷ φιλιοῦται [16]) τῷ τῆς Ἰουδαίας ἀρχιερεῖ. Πρεσβεύσας δὲ πρὸς Πομπήϊον ὑπὲρ τοῦ Ὑρκανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Ἀριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην, αὐτὸς ηὐτύχησεν ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης [17]) χρηματίσαι· διαδέχεται δὲ τὸν Ἀντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὁ υἱὸς Ἡρώδης, ὃς ὕστερον ὑπ' Ἀντωνίου καὶ τοῦ Αὐγούστου, συγκλήτου δόγματι τῶν Ἰουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὗ παῖδες, Ἡρώδης οἵ τ' ἄλλοι τετράρχαι. Ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ἑλλήνων ἱστορίαις. Ἀναγράπτων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων τῶν Ἑβραϊκῶν γενῶν, καὶ τῶν ἀρχιπροσηλύτων [18]) ἀναφερομένων, ὡς Ἀχιὼρ τοῦ Ἀμμανίτου, καὶ Ῥοὺθ

Pagi Apparat. Chron. Sect. 45. 61. *H.*] — 15) *Τὸν ἱερέα.* Improprie sacerdotem vocat, qui erat hierodulus. Longe enim haec inter se differunt, ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos et hierodulus; puta, si haec erat conditio sacerdoti, ut non nisi exuta libertate sacerdotes caperentur. — 16) *Ὑρκανῷ φιλιοῦται.* Hoc quoque in loco nostri codices Reg., Maz., Med. ac Fuk. constanter scriptum habent *φιλοῦται.* Quam scripturam nescio cur Robertus Stephanus repudiavit. *Φιλοῦται* enim dicitur ut *ἐχθροῦται.* [*Φιλοῦται* iterum Stroth. *H.*] — 17) *Ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης προκόψας.* Antipater Herodis parens, sub Hyrcano Iudaeorum rege procurationem totius regni gessit, et negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque *ἐπιμελητὴς τῆς Ἰουδαίας* et *ἐπίτροπος* vocatur a Iosepho in dicto libro. Porro codex Med. et Savil. *χρηματίσας* scriptum habent, non *προκόψας.* In Maz. autem et Fuk. legitur *χρηματίσαι.* Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. 9. lib. primi *ηὐτύχησεν οὗτος ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι.* Eleganter Graeci dicunt: *εὐτυχεῖν τὸ γενέσθαι.* — 18) *Τῶν ἄχρι προσηλύτων.* Mirum est in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. ac Savil. scribi *τῶν ἀρχιπροσηλύτων.* Unde coniicere quis posset legendum esse *τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιπροσηλύτων*, *etc.* ut *ἀρχιπροσήλυτοι* sint principes et quasi patriarchae proselytorum: cuiusmodi fuit Achior Ammanites, et convenae illi qui Israelitis ex Aegypto egredientibus sese adiunxerunt. Quae quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est ut in editis *ἄχρι προσηλύτων.* Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paulo ante nostri codices Maz. ac Fuk. scriptum habent *εἰς τὸ τότε*, cum articulo praepositivo. [Bene vidit et probavit Stroth., lectionem *ἄχρι* profectam esse a librario verbi *ἀναφέρεσθαι* vim haud intelligente, et propterea scripsi cum eo *καὶ τῶν ἀρχιπροσηλύτων ἀναφερομένων.* Sunt enim *ἀναφερόμενοι* h. l., ut monet Strothius, in numerum Iudaeorum relati eorumque iura ac privilegia adepti, quod nos dicimus: *Na-*

τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, Ἡρώδης οὐδέν τι συμβαλλομένου τοῦ Ἰσραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδότι τῆς δυσγενείας κρουόμενος, ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς [19]) τῶν γενῶν, οἰόμενος εὐγενὴς ἀναφανεῖσθαι, τῷ μὴ δὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἢ προσηλύτους [20]),

---

turalisirte. cf. infra. VI, 5, εἷς τις ὢν τῶν ἐν στρατείαις ἀναφερομένων et *Deyling.* Observ. Sac. T. II. p. 35. *Valesius* contra vertit: *eorum, qui ad Proselytos, id est advenas genus suum referebant.* Hoc sensu supra legebatur: Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος et de Luca paulo post: τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδάμ. Veram autem esse illam explicationem atque lectionem, Stroth. his argumentis probat. Primum triplex hominum genus commemoratur, quorum quodque nomine sibi conveniente notatur; unum κατ' ἐξοχὴν γένη, alterum ἀναφερόμενοι, tertium ἐπίμικτοι. Deinde ex verbis τῶν — συνεκπεσόντων particula τε cum praecedentibus iunctis apparet, Africanum de antiquioribus hominibus et eorum genere deorsum ducto, non de recentioribus ac genere horum sursum ducto seu ad antiquiores relato loqui. Denique ipsa scriptoris explicatio hoc docet, cum dicit per ἀρχιπ. ἀναφ. significari eiusmodi homines, ut Achior et Ruth, cum alias dicere debuiisset ὡς τῶν ἄχρι τοῦ Ἀχιώρ. Ἀρχιπροσήλυτοι autem sunt ii proselyti, quorum in sacris et aliis Iudaeorum libris mentio fit, quique horum librorum testimonio illustres facti sunt. *H.*] — 19) Ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφάς. Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Iosephus in libro de vita sua originem et antiquitatem stirpis suae commemorans, ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc aetate Iosephi publica tabularia, in quibus Iudaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est Herodem ea combussisse. Porro haec tabularia erant in templo Hierosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba Africani ita vertit: *Omnes Hebraeorum generationes descriptae, in archivis templi secretioribus habebantur.* — 20) Ἢ προσηλύτοις. Mallem scribere ἀρχιπροσηλύτοις ut supra. [Consentit Stroth., neque tamen in textum recepit ἀρχιπ. *H.*] Neque enim de noviciis ac recentibus proselytis hic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque et antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cuiusmodi fuit Achior, de quo in libro Iudith saepe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate; cuius praecipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim Herodem origenes familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset, se ab ipsis patriarchis aut a prophetis origenem generis sui ducere. Quod si novellos proselytos intelligamus, perit omnis huius loci sententia, cum Herodis aetate innumerabiles essent in Iudaea, qui genus suum ad novellos proselytos referrent, utpote avo nati proselyto. Qui profecto archivorum suffragio opus non habebant, ut se ex proselytis oriundos esse approbarent. Huc accedit,

τούς τε καλουμένους γειώρας [21]) τοὺς ἐπιμίκτους. Ὀλίγοι δὴ τῶν ἐπιμελῶν ἰδιωτικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφὰς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνομάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναβρύνονται, σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας· ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι δεσπόσυνοι [22]) καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς τὸ σωτήριον γένος συνάφειαν. Ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ [23]) κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῇ ἐπιφοιτήσαντες, καὶ τὴν προειρημένην γενεαλογίαν [24]) ἔκ μνήμης ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν [25]) εἰς ὅσον

---

quod ex proselytis originem ducere, ignobile potius quam splendidum apud Iudaeos habebatur, exceptis ut dixi antiquis illis proselytis, quorum fides ac religio sacris literis nobilitata est. — 21) Τούς τε καλουμένους γειώρας. Id verbum legitur in Exod. XII., ubi deus Mosi in Aegypto adhuc consistenti loquitur his verbis: πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ ἔν τε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς. Africanus γειώρας interpretatur τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντας ἐπιμίκτους. Id est, *convenas qui ex Aegypto simul cum Israelitis egressi fuerant.* Duplex enim hominum genus Iudaeis ab Aegypto egredientibus sese adiunxit, alterum Aegyptiorum indigenarum, quos Moses αὐτόχθονας vocat: alterum convenarum, id est, promiscuae multitudinis qui γειῶραι dicebantur. Hesychius γέωρες, γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι. Georae ergo apud Aegyptios dicebantur homines extranei, qui terram colendam acceperant sub certa pensione: quales erant in Aegypto Iudaei antequam exiissent. Eos cum indigenis Aegyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen refellit Moses in dicto loco. Utrosque vero, tam Georas quam indigenas Aegyptios, uno ἐπιμίκτων nomine comprehendit sacra scriptura in dicto cap. versu 38. καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς, id est, *promiscua turba*, συμμιγὴς λαός. Origenes tamen libro III. de principiis, ἐπιμίκτων nomine Aegyptios solos intellexisse videtur, qui Hebraeis permixti ex Aegypto egressi sunt. Σκληρυσμὸν μὲν ἤλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ, πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις. Drusius in lib. 2. de tribus sectis Iudaeorum, agens de proselytis, vocem γειῶρα Hebraicae originis esse dicit, eaque significari proselytum seu advenam. Idem scribit *Hesychius*, γειώρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτους. — 22) Δεσπόσυνοι. Satis esse suspectam istam de δεσποσύνοις narrationem ostendit primus *Dodwell* Diss. in Iren. 1. §. 20. et post eum accuratius *I. L. Schulzius* Disp. de δεσποσύνοις Hal. 1777. 4. p. 6. vid. *Danz.* de Euseb. p. 111. cf. *Vales.* not. 19. Δεσπόσυνος autem teste Suida est παῖς τοῦ δεσπότου, propinquus domini et ex eo ortum ducens. vid. *Suicer.* Thesaur. T. I. p. 842. cf. *Du Fresne* Glossarium mediae et infimae Graecitatis T. I. p. 282. sq. Lugduni 1688. *H.* — 23) Ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβά. Cochaba vicus fuit in Basanitide iuxta Decapolim, ut tradit Epiphanius in haeresi Ebionaeorum cap. 2. et 18. — 24) Τὴν προειρημένην γενεαλογίαν. Nicephorus habet τὴν προκειμένην, et

ἐξικνοῦντο, ἐξηγησάμενοι. Εἴτ' οὖν οὕτως, εἴτ' ἄλλως ἔχει, σαφεστέραν ἐξήγησιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος ἐξευρεῖν, ὥς ἔγωγε νομίζω πᾶς τε ὃς εὐγνώμων τυγχάνει. Καὶ ἡμῖν αὕτη μελέτω, εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρός [26]) ἐστι, τῷ μὴ κρείττονα ἢ ἀληθεστέραν ἔχειν εἰπεῖν. Τό μέντοι εὐαγγέλιον πάντως ἀληθεύει." Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, προςτίθησι ταῦτα· „Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος [27]), ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ματθὰν ἀπο-

---

sic in codice Regio prius scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est προειρημένην. — 25) Ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν. Per librum dierum intelligit Africanus ephemeridas, quas paulo ante ἰδιωτικὰς ἀπογραφὰς appellavit. Plerique enim apud Iudaeos originum suarum studiosi, privatos generis sui commentarios ex archivis publicis descriptos penes se habebant; quemadmodum apud nos etiamnum a nobilioribus fieri videmus. Porro hoc in loco aliquid deesse apparet ex particula τε, quae in omnibus nostris codicibus et apud Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur haec verba καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξικνοῦντο. Ita certe legisse videtur Rufinus, qui sic vertit: *Ordinem supradictae generationis partim memoriter, partim etiam ex dierum libris, in quantum erat possibile, per docebant.* [Consentit *Stroth.*, qui tamen praefert ἐκ μνήμης. Sed ex Rufino certe, utrum ἐκ an ἀπὸ legendum non potest cognosci, neque certum est, duplex ἐκ librarium fefellisse. cf. VIII, 12. in. ἐπ' ὀνόματος, Plat. Theaet. I. ab init. Arrian. de exped. Alex. II, 13. ubi legitur ἀπὸ γλώσσης i. e. *viva voce*. Aristid. ad Capit. p. 545. ἀπὸ τῶν ῥόματων i. e. *nominatim*. Hoc tamen recte monet Strothius, non post ἡμερῶν sed ante ἔκ τε inserenda esse vel ἀπὸ vel ἐκ μνήμης. Itaque ἐκ μνήμης suo loco putavi restituendum, quamvis nec Valesius nec Strothius in textum illud recepissent. *H.*] — 26) Εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρος. In codice Regio et apud Nicephorum legitur εἰ καὶ ἀμάρτυρος, quod idem est. Ceterum quanti facienda sit haec evangelici loci explicatio, patet ex his Africani verbis, quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri veterum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis, eo quod nulla melior afferri possit. Quae cum ita sint, nollem Eusebium nostrum in vestibulo historiae suae, mentionem huius rei fecisse. Satius profecto fuisset ac consultius, hanc evangeliorum dissonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide nostra alienis cuiusmodi tunc temporis erant quamplurimi, occasio subministraretur de evangeliorum veritate dubitandi. Certe Iulianus Augustus in libro contra Christianos, hanc evangelistarum dissentionem nobis obiicit, teste Hieronymo in Commentariis in Matthaeum. Locus Iuliani exstat apud Cyrillum in libro octavo contra Iulianum. Auctor quaestionum veteris et novi Testamenti cap. 56. de hac dissonantia loquens, Africani opinionem improbat. Sed ipse aliam affert minus probabilem. [Cf. quae monui not. 12. *H.*] — 27) Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος. Mira est varietas accentus in hoc nomine. Maz. quidem et Fuk. codex accentum habent in antepenultima. Nicephorus vero et Fuk.

θανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλί. Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ [28]) Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ. Ἡλὶ ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσήφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἡλί. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱός ἦν ὁ Ἰωσήφ.“ Τοσαῦτα δὴ ὁ Ἀφρικανός. Καὶ δὴ τοῦ Ἰωσὴφ ὧδέπως γενεαλογουμένου, δυνάμει καὶ ἡ Μαρία σὺν αὐτῷ πέφηνεν ἐκ τῆς αὐτῆς οὖσα φυλῆς, εἴγε κατὰ τὸν Μωσέως νόμον οὐκ ἐξῆν ἑτέραις ἐπιμίγνυσθαι φυλαῖς· ἑνὶ γὰρ τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς [29])

---

codex paulo antea penultimam circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accentus, tum in penultima tum in antepenultima syllaba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti codices observant, quoties ambiguum est quonam accentu notanda sint vocabula; ut denotetur in aliis quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero illum reperiri. Quin etiam nostri codices paulo ante scriptum habent ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις. Sic enim omnes nostri codices, excepto Regio qui Σολόμωνος illic habet. [cf. *Knapp.* Commentatio Isagogica p. XLV. praefixa editioni N. T. III. *Winer. neutest. Gramm.* p. 35. §. 8. ed. II. *H.*] — 28) Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ, *etc.* In hac conciliatione quam refert Africanus, duo sunt quae nonnihil difficultatis habere videntur. Primum enim dubito, an licuerit uterino fratri viduam fratris sui uxorem ducere, et ex ea liberos procreare in nomen ac familiam fratris sui transituros. Lex enim Deuteronomii cap. 25. loquitur de fratre qui habitat in eadem domo, et qui est συγγενής. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo neque ex eodem genere; cum genus praesertim apud Iudaeos ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus diserte testatur, Iacobum et Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere ἐκ διαφόρων δύο γενῶν. Secundo loco dubitare quis non immerito possit, utrum in generationibus recensendis ratio a Iudaeis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cuius in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus fuisset in Moabitide, et Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximiore agnato ius suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maaloni suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis sed Boosi filius dicitur ab evangelistis, qui Christi prosapiam texuerunt, et in libro qui inscribitur Ruth. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre duntaxat locutum, Boosum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua iubebatur, ut filius ex fratris vidua susceptus eius nomine appellaretur, ad Boosum non pertinuisse. Deinde dici potest Boosum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior extitisset quam Maalon. — 29) Ἐκ τοῦ αὐτοῦ δήμου καὶ πατριᾶς. Iudaei divisi erant in tribus, quae φυλαὶ dicebantur. Singulae autem tribus dividebantur in δήμους, ut mani-

τῆς αὐτῆς ζεύγνυσθαι πρὸς γάμον παρακελεύεται, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο 30) τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς ἐπὶ φυλήν. Ὧδε μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐχέτω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η.

Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παίδων ἐπιβουλῆς, καὶ οἵα μετῆλθεν αὐτὸν καταστροφὴ βίου.

[Nic. H. E. I, 12 — 15.]

Ἀλλὰ γὰρ τοῦ Χριστοῦ γεννηθέντος ταῖς προφητείαις ἀκολούθως ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας κατὰ τοὺς δεδηλωμένους χρόνους, Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τῶν ἐξ ἀνατολῆς μάγων ἀνερωτήσει, ὅπη εἴη διαπυνθανομένων ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· ἑωρακέναι γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα, καὶ τῆς τοσῆσδε πορείας τοῦτ' αἴτιον αὐτοῖς γεγονέναι, οἷα θεῷ προσκυνῆσαι τῷ τεχθέντι διὰ σπουδῆς πεποιημένοις· οὐ σμικρῶς ἐπὶ τῷ πράγματι ἅτε κινδυνευούσης, ὥς γε δὴ ᾤετο, αὐτῷ τῆς ἀρχῆς διακινηθείς, πυθόμενος τῶν παρὰ τῷ ἔθνει νομοδιδασκάλων ποῦ τὸν Χριστὸν γεννηθήσεσθαι προσδοκῷεν, ὡς ἔγνω τὴν Μιχαίου προφητείαν ἐν Βηθλεὲμ προ-

---

feste patet ex capite 36. Numerorum. δῆμοι ergo idem sunt, quod apud Romanos *familiae*; sicut φυλαὶ Iudaeis sunt, quas Romani *gentes* vocabant. Iam vero πατριαὶ idem erant, quod δῆμοι, et recte vetus interpres in libro Numerorum *familias* vertit, ubi 70. interpretes πατριὰς posuerant. Horus Grammaticus φατρία σύνταγμα, οἷον πατριά, ὅτ' ἂν ἀφ' ἑνὸς καὶ εὐγενοῦς ἀνδρὸς, ὡς πατρὸς, κατὰ διαδοχὰς ἐπέκτασιν λάβῃ τὰ γένη, τὸ τε ἐπί τινα ἀναφέρεσθαι. Ὡς Ἡρακλεῖδαι. Exstat hic illustris locus Hori Grammatici apud auctorem Etymologici. Atque hinc πατριάρχαι vocabantur generis auctores apud Iudaeos, a quibus unaquaeque familia nomen acceperat, quemadmodum videre est in cap. 26. Numerorum. Chrysostomus homilia 7. in epistolam ad Ephesios πατριὰς et γένη idem esse ait. Ita etiam Hieronymus in cap. 3. ep. ad Ephesios, et in lib. adv. Helvidium: *Cognatione*, ait, *fratres vocantur, qui sunt de una familia*, id est πατριᾷ: *quod Latini paternitate interpretantur, cum ex una radice multa generis turba diffunditur.* [cf. *Suicer.* T. II. p. 637 sq. H.] — 30) Ὡς ἂν μὴ ἐπιστρέφοιτο. Ita quidem codex Regius. Sed reliqui codices Maz. scilicet ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent περιστρέφοιτο; quibus consentit etiam Nicephorus. Et sic legitur in cap. 16. Numerorum, ad quem locum alludit Eusebius.

αναφωνοῦσαν, ἑνὶ προστάγματι τοὺς ὑπομαζίους ἔν τε τῇ Βηθλεὲμ καὶ πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω παῖδας κατὰ τὸν ἀπηκριβωμένον αὐτῷ χρόνον παρὰ τῶν μάγων, ἀναιρεθῆναι προστάττει, πάντως που καὶ τὸν Ἰησοῦν, ὥς γε ἦν εἰκὸς, τῆς αὐτῆς τοῖς ὁμήλιξι συναπολαῦσαι συμφορᾶς οἰόμενος. Φθάνει γε μὴν τὴν ἐπιβουλὴν εἰς Αἴγυπτον διακομισθεὶς ὁ παῖς, δι' ἐπιφανείας ἀγγέλου τὸ μέλλον προμεμαθηκότων αὐτοῦ τῶν γονέων. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἡ ἱερὰ τοῦ εὐαγγελίου διδάσκει γραφή. Ἄξιον δ' ἐπὶ τούτοις συνιδεῖν τἀπίχειρα τῆς Ἡρώδου κατὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ὁμηλίκων αὐτῷ τόλμης· ὡς παραυτίκα μὴ δὲ σμικρᾶς ἀναβολῆς γεγενημένης, ἡ θεία δίκη περιόντα ἔτ' αὐτὸν τῷ βίῳ μετελήλυθε, τὰ τῶν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν διαδεξομένων αὐτὸν ἐπιδεικνύντα προοίμια [1]). Ὡς μὲν οὖν τὰς κατὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ νομισθείσας εὐπραγίας, ταῖς κατὰ τὸν οἶκον ἐπαλλήλοις ἠμαύρωσε συμφοραῖς, γυναικὸς καὶ τέκνων καὶ τῶν λοιπῶν τῶν μάλιστα πρὸς γένους ἀναγκαιοτάτων τε καὶ φιλτάτων μιαιφονίαις, οὐδὲ οἷόν τε νῦν καταλέ-

---

Cap. VIII. 1) *Ἐπιδεικνύντα προοίμια.* **Haec est lectio codicis Regii, quam Rob. Stephanus expressit, nec nos reiiciendam esse censuimus. Herodes enim gravissimo oppressus morbo, eleganter dicitur** *ἐπιδεικνύειν τὰ προοίμια τῶν μετὰ θάνατον,* **id est,** ***praeludia malorum quae post hanc vitam passurus erat, exhibere.*** **Codex tamen Med. ac Maz. cum Fuk. ac Savil. longe aliter scriptum habent, hoc modo:** *καὶ ὡς τῶν μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν διαδεξομένων αὐτὸν ἐπιδείκνυσι τὰ προοίμια.* **Quam quidem scripturam confirmat etiam etiam Nicephorus in cap. 15. lib. 1. ubi hunc Eusebii nostri locum ita interpolavit:** *ὡς γοῦν ἡ θεία δίκη μετὰ τὴν ἄδικον μιαιφονίαν τὸν θεομάχον μετελήλυθε, προοίμιον ὡς ἄν τις εἴποι τῶν ἐσομένων ἐκεῖσε κακῶν ὑποφαίνουσα, ἄξιον διελθεῖν.* **Eandem quoque lectionem secuti sunt Rufinus et Christophorsonus, ut ex interpretationibus eorum apparet. Quare non dubito, quin haec lectio praeferenda sit Regii codicis scripturae. [Scripsit ita et in textum** *καὶ ὡς — ἐπιδείκνυσι* **recepit Stroth.** ***H.*** **] Henricus Savilius prius quidem ad oram libri sui annotaverat forte sribendum esse** *ἐπιδεικνῦσα*: **sed postea notavit, duos codices manu exaratos scriptum habere** *καὶ ὡς μετὰ τὴν, etc, ἐπιδείκνυσι τὰ προοίμια,* **recte. [** *Προοίμια* **recte vertit Val.** ***praeludia:*** **Legitur autem sensu improprio illa vox saepius apud ipsos antiquos. cf.** ***Schäfer.*** **Meletem. crit. p. 29. Sed proprio sensu invenitur apud Chrysost. hom. T. XII. p. 371. A. ed.** ***Montefalc.*** *Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν — τὰ π ρ ο ο ί μ ι α λαμπρὰ καὶ ἡλίου φανερότερα καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς βάλβιδος ἐπιδεικνυμένα,* **de evangelio. Nos diceremus,** ***gleichsam den Aufgang der evangel. Lehre.*** **Hoc sensu apud Graecos non legi videtur illa vox. cf.** ***Passow.*** **s. v. Chrysost. T. I. p. 316. E. T. II. p. 501. A. T. X. p. 617. B.** ***H.*** **] —**

γειν [2]), τραγικὴν ἅπασαν δραματουργίαν ἐπισκιαζούσης τῆς περὶ τούτων ὑποθέσεως, ἣν εἰς πλάτος ἐν ταῖς καθ' αὑτὸν ἱστορίαις ὁ Ἰώσηπος διελήλυθεν. Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν ἄλλων νηπίων ἐπιβουλῇ [3]), θεήλατος αὐτὸν κατα-

---

2) Οὐδὲν οἷοντε καταλέγειν. In Maz. et Fuk. codice scribitur οὐδὲν οἷον τὸ νῦν καταλέγειν. Atque ita codex Med. prius scriptum habuit. Est quidem haec locutio familiaris Eusebio. Sic in cap. 13. libri huius, historiam Abgari referens οὐδὲν δὲ οἷον καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν ἐπιστολῶν. Et sexcentis aliis in locis. Verum hic non convenit ea locutio. Quare non dubito, quin una dempta litera scribendum sit οὐδὲ οἷόν τε *etc.* Coniecturam nostram plane confirmat Nicephorus, qui haec Eusebii verba ita expressit τόγε νῦν ἔχων διεξιέναι, οὐ πρέπων οἶμαι καιρός. [Recte haec monuit Valesius, sed male ipse et Stroth. οὐδὲν οἷόν τε retinuit Nam οὐδὲν οἷον est: *nihil vetat*, quod minime in h. l. quadrat. Vid. Schol. ad Aristoph. Av. 966. ubi per οὐδὲν κωλῦόν ἐστιν interpretatur illam locutionem: cf. Aristoph. Nub. v. 96. 144. *Devar.* de particc. s. v. οἷον. Neque in loco a Val. laudato et aliis (cf. III, 732. VII, 23.) οὐδὲν οἷον verti potest per: *nihil praestat*, ut vim illius formulae definiendam potius esse contendit contra Vigerum *Hermann.* ad Vig. p. 725, 80. Optime autem hac de formula exposuit *Passow.* in Lex. T. II. p. 233. s. v. οἷος. i. Est enim illa proprie: *nichts ist so gut, als.* Sensus contra nostri loci est: Herodis facinora ne *possim quidem* nunc, sc. quamvis velim, recensere. Vales. non satis recte: *ne numerando quidem* nunc possim recensere. *H.*] — 3) Ὡς δ' ἅμα τῇ κατὰ τοῦ σωτῆρος καὶ τῶν νηπίων ἐπιβουλῇ. Editus est anno superiore libellus de loco Iosephi, in quo Iesu Christi fit mentio. In eo libro hic Eusebii nostri locus graviter suggillatur. Ac primo quidem Eusebius noster fraudis arguitur, qui a Iosepho id dictum esse confinxerit, de quo Iosephus ne cogitavit quidem. Neque enim Iosephus Herodem tantis doloribus ante mortem cruciatum esse dixit, ob persecutionem Christi, vel ob caedem infantum. Obiicit praeterea Eusebio nuperus ille scriptor, quod dixerit statim post caedem Bethleemiticorum infantium, cruciatus illos Herodi contigisse, cum inter βρεφοκτονίαν et Herodis faedissimum illum morbum, septem anni, ut ipse ait, intercesserint. [Taxandus potius Eusebius, quod ex Iosepho supplevit, quae ibi non leguntur. cf. *Kestner.* de Euseb. auct. p. 74. §. 63. 2. *H.*] Sed utramque obiectionem refellere facillimum fuerit. Neque enim dicit Eusebius id quod ipsi obiicitur. Utitur quidem testimonio Iosephi, ut probet Herodem maximis affectum doloribus interiisse, ob scelera quae toto vitae spatio admiserat: non vero ut probet, eos cruciatus ob caedem infantum et persecutionem Christi Herodem pertulisse. Quamobrem non est culpandus Eusebius, sed potius laudanda est eius fides atque industria: qui cum ex evangelicis libris compertum haberet, Herodem nascenti Christo insidias comparasse, et infantes Bethleemiticos trucidasse, ut eorum caede Christum quoque involveret; cumque ex Iosephi testimonio didicisset, Herodem paulo postea pestilenti ulcere consumptum inter gra-

λαβοῦσα μάστιξ εἰς θάνατον συνήλασεν, οὐ χεῖρον καὶ τῶν φωνῶν τοῦ συγγραφέως ἐπακοῦσαι, κατὰ λέξιν ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας τὴν καταστροφὴν τοῦ κατ' αὐτὸν βίου τοῦτον γράφοντος τὸν τρόπον· „Ἡρώδῃ δὲ μειζόνως ἡ νόσος ἐνεπικραίνετο, δίκην ὧν παρανομήσειεν ἐκπρασσομένου τοῦ θεοῦ. Πῦρ μὲν γὰρ μαλακὸν ἦν, οὐχ ὧδε πολλὴν ἀποσημαῖνον τοῖς ἐπαφωμένοις τὴν φλόγωσιν, ὅσην τοῖς ἐντὸς προσετίθει τὴν κάκωσιν· ἐπιθυμία δὲ δεινὴ τοῦ δέξασθαί τι [4]*), οὐδὲ ἦν μὴ οὐχ ὑπουργεῖν· καὶ ἑλκώσεις τῶν τε ἐντέρων* [5]*), καὶ μάλιστα τοῦ κώλου δειναὶ ἀλγηδόνες· καὶ φλέγμα ὑγρὸν περὶ τοὺς πόδας καὶ διαυγές. Παραπλησία δὲ καὶ ἡ περὶ τὸ ἦτρον κάκωσις ἦν. Ναὶ μὴν καὶ τοῦ αἰδοίου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα, πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις* [6]*), καὶ αὐτὴ λίαν ἀηδὴς, ἀχθηδόνι τε τῆς*

---

vissimos dolores animam exhalasse, utrumque simul aptissime coniunxit. Ac Iosephi quidem testimonium attulit, ut rem ipsam prout acciderat, exponeret. Veram autem causam ob quam Herodes tot ac tanta perpessus fuerat, a Iosepho ignoratam commemoravit. Nullum igitur hic est peccatum Eusebii; sed potius eius qui Eusebium temere et inconsulte reprehendit. Nam Eusebius quidem sibi ipse constat. Quippe in Chronico mortem Herodis anno post caedem infantium evenisse scribit: omnesque adeo chronologi non diu post infanticidium Herodem vixisse consentiunt. Atque haec ideo scripsi, non quo auctorem illius libelli reprehenderem, cuius etsi consilium non probem, ingenium tamen ac eruditionem laudo: verum ut Eusebium nostrum defenderem. Cuius acumen et elegantia passim in his libris, sed in hoc praecipue loco elucet. Est enim hic figura qua oratores maxime uti solent, cum id quod ab adversario dictum esset, arripiunt: quod Graeci eleganter dicunt *συναρπάζειν*. — 4) *Τοῦ δέξασθαί τι.* In Iosephi editionibus et apud Nicephorum post has voces adduntur haec verba *ἀπ' αὐτοῦ*. Quae tamen superflua esse existimo. [Steph. *δέξασθαί τι οὐδὲν ἦν μὴ*, Stroth. *οὐδ' ἐνῆν μὴ οὐχ ὑπ.* *H.*] — 5) *Καὶ ἑλκώσεις τῶν ἐντέρων.* Haec est lectio codicis Regii, et ea quidem non improbanda. Nostri tamen codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Sauil. aliquantulum discrepant, sic enim habet *καὶ ἕλκωσις τῶν τε ἐντέρων, καὶ μάλιστα τοῦ κώλου, etc.* In Nicephoro etiam scribitur *ἕλκωσις*. — 6) *Πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις.* Sigismondus Gelenius *tentiginem* interpretatus est. Rufinus vero utrumque sensum in versione sua complexus est. *Spiritus quoque incredibilis inflatio, et tentigo obscena satis et exsecranda.* Sed Iosephus suimet ipse interpres est. Nam in lib. 1. de bello Iudaico *ὀρθόπνοιαν* pro eodem dicit. Sed et quae sequuntur, manifeste arguunt intentionem spiritus hic intelligi, non autem obscenam tentiginem *καὶ αὐτὴ λίαν ἀηδὴς, ἀχθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἄσθματος*, ubi *ἀποφορὰν* *respirationem* vertit Langus, Musculus et Christophorsonus. At

ἀποφορᾶς καὶ τῷ πυκνῷ τοῦ ἄσθματος. Ἐσπασμένος 7) *τε περὶ πᾶν ἦν μέρος, ἰσχὺν οὐχ ὑπομενητὴν προςτιθέμενος. Ἐλέγετο γοῦν ὑπὸ τῶν θειαζόντων καὶ οἷς ταῦτα προαποφθέγγεσθαι σοφίᾳ προὔκειτο, ποινὴν τοῦ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς* 8) *ταύτην ὁ θεὸς εἰςπράττεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως." Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ παρασημαίνεται ὁ προειρημένος. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ τῶν ἱστοριῶν* 9) *τὰ παραπλήσια περὶ τοῦ αὐτοῦ παραδίδωσι, ὡδέπως γράφων· „ἔνθεν αὐτοῦ τὸ σῶμα πᾶν ἡ νόσος διαλαβοῦσα, ποικίλοις πάθεσιν ἐμέριζε. Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρὸς* 10)*, κνησμὸς δ' ἀφόρητος τῆς ἐπιφανείας ὅλης, καὶ κώλου συνεχεῖς ἀλγηδόνες, περί τε τοὺς πόδας ὡς ὑδρωπιῶντος οἰδήματα, τοῦ τε ἤτρου φλεγμονὴ, καὶ αἰδοίου σηπεδὼν σκώληκας γεννῶσα. Πρὸς τούτοις ὀρθόπνοια, καὶ δύσπνοια, καὶ σπασμοὶ ἁπάντων τῶν μελῶν, ὥςτε τοὺς ἐπιθειάζοντας, ποινὴν εἶ-*

Rufinus *fetorem* vertit: quem nos cum Gelenio secuti sumus. — 7) *Ἐσπασμένος τε.* In codice Fuk. et Savil. et apud Nicephorum legitur *σπασμός τε.* Quam quidem scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione eius apparet. *Nervorum praeterea contractio per omnia membra pervasit, quae quidem vim et acrimoniam inflixit ei plane intolerabilem.* Rufinus vero pessime vertit hoc modo. *Ita ex omni parte cruciatibus fessa, nullae sufficere vires vel tolerantiam poterant.* Ex quo tamen apparet eum *ἐσπασμένος* legisse sicut in optimis codicibus nostris, Regio Maz. Med. et apud Iosephum habetur. Et parum quidem referre existimo, *σπασμὸς* ne an *ἐσπασμένος* hic legamus, cum in utraque lectione idem sit sensus. Sed difficultas est in iis verbis quae sequuntur: *ἰσχὺν οὐχ ὑπομενητὴν προστιθέμενος.* Omnes enim Interpretes haec Iosephi verba de vi ac violentia morbi intellexerunt, quae esset intolerabilis. Ego vero de ipsius aegroti viribus id dictum puto, quas nervorum contractio magnopere intendebat. Certe *ἰσχὺς* de vi morbi dici non potest. Porro in codice Regio *ὑπομονητὴν* scriptum inveni, quomodo etiam legitur apud Iosephum. — 8) *Ποινὴν τοῦ πολλοῦ καὶ δυσσεβοῦς.* In codice Maz. Fuk. ac Savil. nec non apud Nicephorum deest particula coniunctiva. — 9) *Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν.* Verba Iosephi hodie leguntur in lib. 1. cap. 21. de bello Iudaico. Verum in manuscriptis codicibus Iosephi alia fuit librorum distinctio, quam Rufinus sequi noluit, qui librum primum ad nimiam molem produxit, ut ad Herodis usque mortem eum perduceret. Itaque in hoc Eusebii loco nihil mutandum est. Savilius hunc Eusebii locum aliter intellexit. Putavit enim *δευτέραν τῶν ἱστοριῶν* ab illo dici opus de excidio urbis Hierosolymitanae, quod opus secundum est respectu *ἀρχαιολογίας.* Verba sunt ipsius Savilii, quae profecto tanto viro excidisse nollem. — 10) *Πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν χλιαρός.* Haec quidem est scriptura codicis Regii. Sed in Maz. Med. Fuk. ac Savilii, et apud Nicephorum legitur:

ναι τὰ νοσήματα, λέγειν. Ὁ δὲ παλαίων τοσούτοις πάθεσιν, ὅμως τοῦ ζῆν ἀντείχετο, σωτηρίαν τε ἤλπιζε, καὶ θεραπείας ἐπενόει. Διαβὰς γοῦν τὸν Ἰορδάνην, τοῖς κατὰ Καλλιῤῥόην θερμοῖς ἐχρῆτο. Ταῦτα δὲ ἔξεισι μὲν εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, ὑπὸ γλυκύτητος δέ ἐστι καὶ πότιμα. Δόξαν δὲ ἐνταῦθα τοῖς ἰατροῖς, ἐλαίῳ θερμῷ πᾶν ἀναθάλψαι τὸ σῶμα χαλασθὲν εἰς ἐλαίου πλήρη πύελον, ἐκλύει τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ὡς τεθνεὼς ἀνέστρεψεν. Θορύβου δὲ τῶν θεραπόντων γενομένου, πρὸς μὲν τὴν κραυγὴν ἀνήνεγκεν. Εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἀπογνοὺς τὴν σωτηρίαν, τοῖς τε στρατιώταις ἀνὰ δραχμὰς πεντήκοντα ἐκέλευσε διανεῖμαι, καὶ πολλὰ χρήματα τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς φίλοις. Αὐτὸς δ' ὑποστρέψας, εἰς Ἱεριχοῦντα παραγίνεται, μελαγχολῶν ἤδη, καὶ μονονουχὶ αὐτῷ τι τῷ θανάτῳ ἀπειλῶν, προέκοψεν εἰς ἐπιβολὴν ἀθεμίτου πράξεως [11]). Τοὺς γὰρ ἀφ' ἑκάστης κώμης ἐπισήμους ἄνδρας ἐξ ὅλης Ἰουδαίας συναγαγὼν, εἰς τὸν καλούμενον ἱππόδρομον ἐκέλευσε συγκλεῖσαι. Προσκαλεσάμενος δὲ Σαλώμην τὴν ἀδελφὴν καὶ τὸν ἄνδρα ταύτης Ἀλέξανδρον· οἶδα, ἔφη, Ἰουδαίους τὸν ἐμὸν ἑορτάσοντας θάνατον. Δύναμαι δὲ πενθεῖσθαι δι' ἑτέρων καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον σχεῖν, ἂν ὑμεῖς ἐθελήσητε ταῖς ἐμαῖς ἐντολαῖς ὑπουργῆσαι. Τοὺς δὲ τοὺς φρουρουμένους ἄνδρας, ἐπειδὰν ἐκπνεύσω, τάχιστα κτείνατε περιστήσαντες τοὺς στρατιώτας, ἵνα πᾶσα ἡ Ἰουδαία καὶ πᾶς οἶκος, καὶ ἄκων ἐπ' ἐμοὶ δακρύσῃ." Καὶ μετὰ βραχέα φησίν· „αὖθις δὲ, καὶ γὰρ ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ βηχὶ σπασμώδει διετείνετο, τῶν ἀλγηδόνων ἡττηθεὶς, φθάσαι τὴν εἱμαρμένην ἐπεβάλετο. Λαβὼν δὲ μῆλον [12]), ᾔτησε καὶ μαχαίριον, εἰώθει γὰρ ἀποτέμνων ἐσθίειν, ἔπειτα περιαθρήσας μή τις ὁ κωλύων αὐτὸν εἴη, ἐπῆρε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων ἑαυτόν." Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ συγγραφεὺς, ἕτερον αὐτοῦ γνήσιον παῖδα πρὸ τῆς ἐσχάτης τοῦ βίου

πυρετὸς μὲν γὰρ ἦν οὐ λαβρός. [Ita Stroth. *H.*] — 11) Προέκοψεν εἰς ἐπιβουλὴν ἀθεμίτου πράξεως. Lego εἰς ἐπιβολὴν, quod sine dubio rectius est, tametsi editiones Iosephi nihil variant. Coniecturam nostram confirmat vetustissimus codex Maz. in quo plane scriptum est εἰς ἐπιβολὴν, sicut conieceram. Facessat igitur coniectura Savilii, qui ad oram libri sui notarat, forte scribendum βουλήν. Porro in codice Reg. scriptum est: προέκοψε δ' εἰς ἐπιβουλὴν, *etc.* quae lectio confirmare videtur coniecturam Savilii. Apud Nicephorum legitur etiam προέκοψε δὲ εἰς ἐπιβουλήν. — 12) Λαβὼν δὲ μῆλον. Omnino scribendum est: λαβὼν δὴ μῆλον. Has enim particulas inter se confundi frequenter observavimus.

τελευτῆς, τρίτον ἐπὶ δυσὶν ἤδη προανῃρημένοις δι' ἐπιτάξεως ἀνελόντα, παραχρῆμα τὴν ζωὴν οὐ μετὰ σμικρῶν ἀλγηδόνων ἀποῤῥῆξαι. Καὶ τοιοῦτο μὲν τὸ πέρας τῆς Ἡρώδου γέγονε τελευτῆς, ποινὴν δικαίαν ἐκτίσαντος ὧν ἀμφὶ τὴν Βηθλεὲμ ἀνεῖλε παίδων, τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς ἕνεκα. Μεθ' ἣν ἄγγελος ὄναρ ἐπιστὰς ἐν Αἰγύπτῳ διατρίβοντι τῷ Ἰωσὴφ, ἀπᾶραι ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ τούτου μητρὶ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν παρακελεύεται, τεθνηκέναι δηλῶν τοὺς ἀναζητοῦντας τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. Τούτοις δ' ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιφέρει λέγων· „ἀκούσας δ' ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν. Χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας."

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτον χρόνων.

Τῇ δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν μετὰ τὸν Ἡρώδην τοῦ Ἀρχελάου καταστάσει συνᾴδει καὶ ὁ προειρημένος ἱστορικὸς, τὸν τρόπον τε ἀναγράφων καθ' ὃν ἐκ διαθηκῶν Ἡρώδου τοῦ πατρὸς, ἐπικρίσεώς τε καίσαρος Αὐγούστου, τὴν κατὰ Ἰουδαίων βασιλείαν διεδέξατο, καὶ ὡς τῆς ἀρχῆς μετὰ δεκαέτη χρόνον ἀποπεσόντος, οἱ ἀδελφοὶ Φίλιππός τε καὶ ὁ νέος Ἡρώδης ἅμα Λυσανίᾳ [1]), τὰς ἑαυτῶν διεῖπον τετραρχίας [2]). Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ

Cap. IX. 1) Ἅμα Λυσανίᾳ. Id de suo adiecit Eusebius, quem merito reprehendit Scaliger in animadversionibus ad Chronicon Eusebianum. Neque enim Iosephus Lysaniae meminit in huius rei narratione, constatque, Herodis regnum in tres duntaxat partes post eius mortem divisum fuisse. Tacitus in lib. 5. Historiarum de Iudaeis loquens: *Gentem coërcitam liberi Herodis tripertito rexere.* Idem testatur Philo in oratione adversus Flaccum pag. 968, ubi dicit Caium dedisse Agrippae magni Herodis nepoti tertiam partem avitae ditionis, quam Philippus tetrarcha obtinuerat. Γάϊος καῖσαρ Ἀγρίππᾳ τῷ Ἡρώδου βασιλέως υἱωνῷ, δίδωσι βασιλείαν, τῆς παππῴας λήξεως τρίτην μοῖραν, ἣν Φίλιππος ὁ τετράρχης θεῖος ὢν αὐτῷ πρὸς πατρὸς, ἐκαρποῦτο. [cf. Ios. Antiqq. XVII, 13. XVIII, 3. *Pagi* Appar. ad Ann. Baron. p. 13. *H.*] — 2) Τὰς ἑαυτῶν διεῖλον τετραρχίας. [Steph. *H.*] Scribendum est procul dubio διεῖπον, ut legitur in omnibus nostris codicibus, adeoque in Regio exemplari. Itaque nescio, unde Rob. Stephanus vulgatam lectionem hauserit. Acce-

τῆς ἀρχαιολογίας, κατὰ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς Τιβερίου βασιλείας. Τοῦτον γὰρ τὴν καθ᾽ ὅλων ἀρχὴν διαδέξασθαι, ἑπτὰ ἐπὶ πεντήκοντα ἔτεσι τὴν ἡγεμονίαν ἐπικρατήσαντος Αὐγούστου, Πόντιον Πιλάτον ἐπιτραπῆναι τὴν Ἰουδαίαν δηλοῖ, ἐνταῦθά τε ἐφ᾽ ὅλοις ἔτεσι δέκα, σχεδὸν εἰς αὐτὴν παραμεῖναι τὴν Τιβερίου τελευτήν. Οὐκοῦν σαφῶς ἀπελήλεγκται τὸ πλάσμα τῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα [3]) χθὲς καὶ πρώην διαδεδωκότων· ἐν οἷς πρῶτος αὐτὸς ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος [4])

---

dit etiam Iosephi auctoritas, qui in lib. 2. de excidio cap. 8. emendationem nostram confirmat. [Διείποντο Marg. Gen., *H.*] Hoc cum non vidisset Scaliger, frustra Eusebium nostrum reprehendit in animadversionibus ad chronicon Eusebianum pag. 164. Qui si manuscriptos Eusebii codices consuluisset, ut certe facere debuerat, animadvertisset profecto Eusebium nostrum hic quidem omni culpa vacuum esse. — 3) Τὰ ὑπομνήματα. Conficta sunt haec acta Pilati a Christianae religionis inimicis, in persecutione illa Maximini, ut testatur Eusebius in lib. IX. cap. 5. [Cf. Iustin. M. Apol. I. p. 16. 84. τὰ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενόμενα ἄκτα. Tertull. Apolog. V, 21. vid. *Van Dale* de actis Pilati in *Oraculis veterum gentil.* p. 608. *Henke* programm. de Pilati actis probabilia, Helmst. 1784. repetitum in eiusd. Opusc. Academm., Lips. 1802. p. 199. cf. *Fabricii* Cod. Apocryph. N. T. T. I. p. 214. sqq. p. 298. T. III. p. 456. *Cave* script. eccl. Vol. I. p. 24. *H.*] Quamquam ex actis praesidialibus sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici colligi potest. acta illa iam antea ficta ac divulgata fuisse. Sic enim legitur in actis illorum martyrum cap. 9. *Praeses dixit: Inique, non scis, quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum, cuius exstant acta passionis?* Inducti sunt autem in iudicium supradicti martyres Diocletiano IV. et Maximiano III. Coss., ut docet titulus actorum. Ex quo sequitur, acta Pilati iam ante persecutionem Maximini concinnata fuisse. Verum Maximinus cum paucis adhuc nota essent, ea latius publicavit, et in scholis legi et ubique cantari ad Christianorum opprobrium iussit. Male autem Musculus et Christophersonus ὑπομνήματα *commentarios* verterunt, cum *acta* vertere debuissent, ut recte interpretatus est Rufinus. Graeci enim ὑπομνήματα vocant quae Latini acta, tam senatus quam magistratuum. Exempla passim occurrunt in Dionis Cassii historia, et apud alios, ubi tamen fere labuntur interpretes. — 4) Ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος. Hoc loco παρασημείωσις est titulus seu notatio temporis, quae actis praefigi solebat. Sic enim acta iudiciaria concipiebantur: *Consulatu Tiberii Augusti septimo, inducto in iudicium Iesu*, etc. Ita apud Ammianum Marcellinum in lib. 22. *et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub praeconibus Tauro.* Eodem modo in gestis purgationis Caeciliani. Sed et in actis conciliorum idem observari consueverat. Nec consulatus modo,

τῶν πεπλακότων ἀπελέγχει τὸ ψεῦδος. Ἐπὶ τῆς τετάρτης γοῦν ὑπατείας Τιβερίου, ἣ γέγονεν ἔτους ἑβδόμου τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος [5]) τολμηθέντα περιέχει. Καθ' ὃν δείκνυται χρόνον, μὴ δ' ἐπιστάς πω τῇ Ἰουδαίᾳ Πιλάτος, εἴγε τῷ Ἰωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι δέον, σαφῶς οὕτω σημαίνοντι κατὰ τὴν δηλωθεῖσαν αὐτοῦ γραφὴν, ὅτι δὴ δωδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς Τιβερίου βασιλείας, ἐπίτροπος τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ Τιβερίου καθίσταται Πιλάτος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων, καθ' οὓς ὁ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.

(Nic. H. E. I, 18. 20.)

Ἐπὶ τούτων δὴ οὖν κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν ἔτος πεντεκαιδέκατον Τιβερίου Καίσαρος ἄγοντος, τέταρτον δὲ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου, τῆς τε λοιπῆς Ἰουδαίας τετραρχούντων Ἡρώδου καὶ Λυσανίου [1]) καὶ Φιλίππου, ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, ἀρχόμενος ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἐπὶ τὸ

---

verum etiam dies ac mensis praescribebatur. Videtur autem in his Eusebii verbis esse enallage *ὁ τῆς παρασημειώσεως χρόνος*, pro eo quod alii dicerent *ἡ τοῦ χρόνου παρασημείωσις*. Utitur porro Socrates eadem voce in lib. 1. cap. 13. ubi scribit de tempore concilii Nicaeni: *Καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὕρομεν.* etc. [Apud seriores *παρασημείωσις* dicitur de praecipuis litis capitibus breviter comprehensis. Vid. *Du Fresne* Glossar. med. et inf. Graecit. T. I. p. 1114. *H.*] — 5) *Τὰ περὶ τὸ σωτήριον αὐτοῖς πάθος τολμηθέντα.* De Iudaeis id dici putavit Rufinus, quem secuti sunt Musculus et Christophorsonus. Sed cum nullum de Iudaeis verbum praecesserit, de falsariis illis id intelligere malui, qui Pilati acta confinxerant. Vox igitur *αὐτοῖς* referenda est ad ea verba quae praecesserunt: *τῶν πεπλακότων.* Porro in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. hic locus ita legitur: *τὰ περὶ τὸ σωτήριον πάθος αὐτοῖς τολμηθέντα.*

Cap. X. 1) *Ἡρώδου καὶ Λυσανίου.* Nescio, cur Eusebius inter Herodem ac Philippum, magni Herodis liberos, Lysaniam medium collocaverit. Lucas enim, cuius hic verba sequi se profitetur Eusebius, in celeberrimo illo loco de baptismo Christi, post Herodem ac Philippum, tertio loco Lysaniam nominavit. Quare debuerat etiam Eusebius eundem ordinem observare, maxime cum Lysanias non fuerit ex liberis aut successoribus Herodis. Illud etiam in Eusebio hoc loco reprehendendum videtur, quod postquam dixit Pilatum Iudaeae procuratorem tunc fuisse, addit re-

Ἰωάννου βάπτισμα παραγίνεται, καταρχήν τε ποιεῖ [2]) τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον κηρύγματος. Φησὶ δὲ αὐτὸν ἡ θεία γραφὴ τὸν πάντα τῆς διδασκαλίας διατελέσαι χρόνον ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα [3]), δηλοῦσα ὅτι δὴ ἐν τοῖς μεταξὺ τῆς τούτων ἔτεσι λειτουργίας, ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας αὐ-

---

liquam Iudaeam paruisse tetrarchis Herodi, Philippo ac Lysaniae. Atqui Lysanias nullam Iudaeae portionem unquam obtinuit. Neque enim Abila Iudaeae urbs fuit, sed Syriae coeles, seu Decapolitanae. Excusari tamen potest Eusebius, si dicamus Iudaeae nomine eum intellexisse totam ditionem Herodis magni. Constat enim Herodem magnum tetrarchiam Lysaniae possedisse, donatam ipsi ab Augusto. Solebant quippe imperatores Romani, has tetrarchias dono dare regibus foederatis atque amicis populi Romani, quo illos sibi magis devincirent. Cuius rei exempla suppetunt apud Iosephum. Id ipsum significat Plinius in lib. V. cap. 18. his verbis: *Intercursant cinguntque has urbes tetrarchiae, regionum instar singulae, et in regna contribuuntur, etc.* et cap. 23. eiusdem libri: *praeter tetrarchias in regna adscriptas.* Porro de hoc Lysania cuius meminit Lucas, mirum est nullam exstare mentionem apud Iosephum, nec apud Dionem et reliquos. Quod si apud Lucam ita legeretur: *Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ τῆς Λυσανίου Ἀβιληνῆς* expuncta voce *τετραρχοῦντος* quae sequitur, res esset planissima. Nam Philippus tetrarchiam Lysaniae, quae Zenodoro ante tradita fuerat, ab Augusto donatam accepit, ut testatur Iosephus. [Ioseph. Antiqq. XV, 4. Lysaniam iam quadraginta quatuor annos ante Christum n. mortuum esse, satis probabiliter ostendit. cf. *Kestner.* de Euseb. auct. et fide dipl. p. 71. 72. *Grotius* ad Luc. III, 1. *H.*] — 2) *Καταρχήν τε ποιεῖ.* In codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. scriptum est *ποιεῖται.* [Ita Stroth. *H.*] — 3) *Ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα.* Ita legitur in omnibus nostris codicibus. Apud Lucam in cap. 3. scriptum est *ἐπ᾽ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα.* Ceterum haec verba Lucae nullatenus id significant, quod sibi persuasit Eusebius, Christum scilicet praedicare coepisse ab eo anno quo sacerdos Iudaeorum fuit Annas, usque ad pontificatum Caiphae. Nam primo quidem Lucas ibi loquitur non de praedicatione Christi, sed de praedicatione Ioannis, quae praedicationem Christi antecessit. Deinde eam Ioannis praedicationem coepisse dicit sub pontificibus Anna et Caipha: non quod anno illo quo praedicare coepit Ioannes, duo simul pontifices fuerint apud Iudaeos, ut putavit *Scaliger* in lib. VI. de emendatione temporum cap. 1. Id enim absurdum est et inauditum. Nec verior est *Theodori Bezae* interpretatio: quam postea amplexus est *Scaliger* in *Prolegomenis ad Chronicon Eusebii*, et *Casaubonus* in *exercitationibus*, Annam videlicet fuisse vicarium Caiphae summi pontificis, seu *δεύτερον ἀρχιερέα*, atque idcirco una cum Caipha nominari. Nam si Anna vicem gessit Caiphae, cur priore loco nominatur, non solum in evangelio, verum etiam in actibus apostolorum? cur

τῷ συνεπεράνθη χρόνος· ἀρξαμένου μὲν κατὰ τὴν τοῦ Ἄννα ἀρχιερωσύνην, μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα 4) *παραμείναντος, οὐδ᾽ ὅλος ὁ μεταξὺ τετραέτης παρίσταται χρόνος. Τῶν γάρ τοι κατὰ τὸν νόμον ἤδη πως καθῃρημένων ἐξ ἐκείνου θεσμῶν, λέλυτο μὲν ὡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆς* 5)

simpliciter et absolute pontifex dicitur a Luca perinde ac Caiphas? Tria nobis probent oportet illius sententiae fautores. Primum est, pontifices Iudaeorum habuisse vicarios perpetuos atque ordinarios: secundum, vicarios illos in actis publicis una cum pontificibus nominatos fuisse ad temporum notationem: postremo illos dictos esse simpliciter ἀρχιερεῖς seu pontifices. Sed profecto nunquam haec probabunt. Certe Iosephus qui in antiquitatum libris universos Iudaeorum pontifices accurate percensuit, numquam perpetuos illos vicarios commemoravit. Unius duntaxat meminit in lib. 17. Iosephi scilicet, qui in spatium unius diei creatus est pontifex, ut vice Matthiae pontificis sacra faceret. Ex quo apparet, perpetuos vicarios summi pontificis nullos tunc fuisse. Nam si Matthias pontifex huiusmodi vicarium habuisset, nil opus erat ob nocturnam illam pollutionem subito vicarium illi constituere. Existimo igitur Lucam his verbis nihil aliud significare voluisse, quam anno quintodecimo Tiberii Caesaris Caipham summum fuisse pontificem, Annam vero ex pontifice. Nam cum Annas socer esset Caiphae, et paulo antea pontificatum gessisset, summamque inter Iudaeos auctoritatem obtineret, merito cum Caipha coniungitur a Luca, non in evangelio solum, sed in cap. 4. actuum apostolorum. Quippe hic Annas vir fuit sui temporis celeberrimus ac potentissimus, et quasi quidam perpetuus pontifex. Ex quo enim summus sacerdos factus est a Quirinio, ipse deinceps reliquo vitae tempore aut per filios aut per generos suos sacerdotium administravit, ut testatur Iosephus, qui illum semper Ananum nominat. Cum igitur tunc temporis tota sacerdotii auctoritas penes Annam resideret, mirum non est, si cum Caipha pontifex nominatur a Luca. Ceterum Caipham anno 15. Tiberii pontificem Iudaeorum fuisse docet Iosephus in lib. 18. Factus enim est pontifex a Valerio Grato, qui ex Iudaea decessit anno circiter Tiberii Caesaris 12. ineunte. Quem pontificatum plus quam 10. annis obtinuit, toto scilicet tempore administrationis Pilati. Remoto deinde Pilato, Vitellius legatus Syriae sacerdotium ademit Caiphae, et Ionathan in eius locum substituit, ut scribit Iosephus in cap. 6. [De hoc Capite *Strothius Uebersetz.* T. I. p. 53. not. 5. haec habet: *Das ganze Kapitel enthält nichts als ein unausstehliches Geschwätz, voll von historischen Unrichtigkeiten und Widersprüchen.* cf. *Möller* de fide Eus. C. p. 104. *H.*] — 4) *Μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα·* Rufinus *initium* vertit, Langus vero *administrationem*, quod magis probo. Nam apud Iudaeos magistratus fuit sacerdotium, cum sacerdos seu ἀρχιερεὺς iurisdictionem haberet. Praeerat enim publico gentis consilio, quod συνέδριον vocabant. Paulo post in codicibus nostris Maz. et Fuk. ita legitur *οὐδ᾽ ὅλως ὁ μεταξὺ παρίσταται τετραέτης χρόνος.* — 5) *Λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχή.* Huius loci insignis

τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν· ὑπὸ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων ἄλλοτ' ἄλλοι τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιτρεπόμενοι, οὐ πλεῖον ἔτους ἑνὸς ἐπὶ ταύτης διετέλουν. Ἱστορεῖ δ' οὖν ὁ Ἰώσηπος 6) τέσσαρας κατὰ διαδοχὴν ἐπὶ Καϊάφαν ἀρχιερεῖς μετὰ τὸν Ἄνναν διαγενέσθαι, κατὰ τὴν αὐτῆς τῆς ἀρχαιολογίας γραφὴν 7), ὧδέ πως λέγων· „Οὐαλέριος Γράτος παύσας ἱερᾶσθαι Ἄννανον, Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Βαφὶ 8). Καὶ τοῦτον δὲ μετουπολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἀννάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καμίθου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. Οὐ πλέον δὲ καὶ τῷδε ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διεγίνετο χρόνος 9), καὶ Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας 10) διάδοχος

---

emendatio debetur codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. Nam Rob. quidem Stephanus Regii codicis lectionem expresserat, quae meo quidem iudicio ferri non potest. Quid enim sibi volunt illa verba οὔτε τὰ τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν? Quanto planior est scriptura codicum nostrorum λέλυτο μὲν ᾧ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὰ τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν? Confirmat hanc lectionem Nicephorus, qui in cap. 29. lib. 1. locum Eusebii sic expressit: λέλυτο πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ᾧ διὰ κἀκ τῆς τῶν προγόνων διαδοχῆς διέφερεν ἡ τοῦ θεοῦ θεραπεία καὶ λειτουργία. Nulla potest afferri melior interpretatio Eusebiani loci, quam hoc Nicephori scholium. Illud tantum monendum est, singularem numerum hic positum esse, pro plurali. Idem enim est ac si dixisset λέλυτο μὲν, οἷς διὰ βίου, etc. Quid sit διὰ βίου nec Rufinus nec Langus intellexerunt. Nos pluribus exponemus in annotationibus, ad librum decimum. — 6) Ἱστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος. Longe hic fallitur Eusebius. Nam Iosephus non loquitur de iisdem temporibus de quibus Lucas. Iosephus quidem loquitur de primo Tiberii Caesaris decennio, quo tempore procurator Iudaeae fuit Valerius Gratus. At Lucas loquitur de secundo Tiberii decennio, quando praeses fuit Pilatus. Hunc Eusebii errorem iamdudum notavit *Scaliger* in lib. 6. de emendatione temporum cap. 1. Et multo ante Scaligerum *Langus* in notis ad cap. 29. lib. 1. Nicephori. — 7) Κατὰ τὴν αὐτῆς ἀρχαιολογίας γραφήν. Melius nostri codices Maz. Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς ἱστορίας γραφήν. — 8) Τὸν τοῦ Βαφί. Ita quidem codex Regius cui adstipulatur Rufinus his verbis: *Valerius Gratus Anna sacerdotio deturbato, Ismaelem pontificem designavit filium Baffi.* Ita enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis ecclesiae. Reliqui vero Eusebiani codices Maz. Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent τὸν τοῦ Φαβί. Quibus consentit etiam Nicephorus. [Et legit Str. *H.*] — 9) Διαγίνεται χρόνος. In nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savilii scriptum est διεγένετο. Sic etiam legit Nicephorus in cap. 29. lib. 1. — 10) Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας. Rufinus vertit: *Iosephum cui et Caiphas nomen fuit, accepit succes-*

ἦν αὐτῷ.“ Οὐκοῦν ὁ σύμπας οὐδ᾽ ὅλος τετραέτης ἀποδείκνυται τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν ἔτεσιν 11) *ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ἄννα καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ*

---

sorem. Sic enim scriptum est in optimo et vetustissimo exemplari Parisiensis ecclesiae, non ut in vulgatis *Josephum.* Sed et Iosephi historiographi nomen in eodem codice ita perpetuo scriptum inveni, quemadmodum etiam in vetustissimis Rufini editionibus scriptum habetur. Quod certe mutare non debuerant editores. Nam et apud Cassiodorum et Iordanem in indice scriptorum ex quibus decerpta est historia Gothica, Ioseppus nominatur: et apud Suetonium in Vespasiano, antiquissimus codex bibliothecae Memmiae scriptum habet *Iosepus.* Denique Apollonius Collatius *Iosipum* semper vocat secunda syllaba brevi. — 11) *Τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν.* Iosephi verba sic interpretatur Eusebius, quasi dixerit Iosephus quatuor illos pontifices Ananum, Ismaëlem, Eleazarum ac Simonem, singulos anni spatio sacerdotium administrasse. Sed Iosephus de duobus quidem postremis id diserte dicit, de prioribus non item. Nam Ismaëlem quidem paulo postquam pontifex factus fuisset a Valerio, exutum fuisse narrat. Annano vero tantum abest, ut annum unum sacerdotii tribuat Iosephus, quinimo ex Iosephi verbis plane colligitur, Ananum tribus minimum annis sacerdotium tenuisse. Etenim Ananum in locum Ioazari substitutum esse dicit a Quirinio post peractum censum, anno circiter 37. ab Actiaca victoria, cum Coponius procurator esset Iudaeae, eundemque in sacerdotio permansisse usque ad procurationem Valerii Grati, qui a Tiberio sub initium imperii missus est in Iudaeam. Ita necesse est, ut Anani pontificatus satis diuturnus fuerit, quippe qui sub quatuor Iudaeae procuratoribus Coponio, M. Ambivio, Annio Rufo et Valerio Grato eam dignitatem gesserit. Cumque Gratus undecim annis praefuerit Iudaeae, Iosephus diserte non dicit quoto procurationis anno Ananum exauctoraverit. Certe Iosephus in libro 20. cap. 8. Ananum hunc testatur diutissime potitum esse sacerdotio, et quinque eius filios pontifices fuisse. Ex his apparet falli *Scaligerum*, qui in Prolegomenis ad Eusebii chronicon, Annam ad paucos dies pontificem fuisse scribit. Contra est Iosephus in libris, quos supra citavi. Quippe in lib. 20. diserte affirmat, Ananum *ἐπὶ πλεῖστον* potitum esse sacerdotio. Scio Iosephi verba exponi posse non solum de tempore, quo Anna gessit sacerdotium, sed et de toto temporis spatio, quo vixit post sacerdotium. Nam quicunque pontificatum gesserant, ii reliquo vitae tempore pontifices dicebantur, et decimas accipiebant, ut docet Iosephus in lib. 20. ubi de Anania. Et ob hanc causam Lucas in supradicto loco Annam pontificem appellat, qui tamen tunc temporis non erat pontifex, sed eam dignitatem gesserat, ut supra dixi, [cf. *Pearson.* lectt. in Acta apost. p. 41., quem laudavit Reading. *H.*] Ex his patet, frustra ab Eusebio tam Iosephi quam Lucae verba adducta esse, ut quadriennium Christi praedicationis adstrueret: quippe cum Christus non sub quatuor pontificibus, sed uno Caipha praedicaverit, ut ex Iosepho superius ostendimus. Longe melius

Καϊάφα κατάστασιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν ἐπιτετελεκότων. Τὸν γέ τοι Καϊάφαν ἀρχιερέα εἰκότως τοῦ ἐνιαυτοῦ καθ' ὃν [12]) *τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐπετελεῖτο, ἡ τοῦ εὐαγγελίου παρεσημήνατο γραφή* [13]). *Ἐξ ἧς καὶ αὐτῆς οὐκ ἀπᾴδων τῆς προκειμένης ἐπιτηρήσεως ὁ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἀποδείκνυται χρόνος. Ἀλλὰ γὰρ ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐ μετὰ πλεῖστον τῆς καταρχῆς τοῦ κηρύγματος, τοὺς δώδεκα ἀποστόλους ἀνακαλεῖται· οὓς καὶ μόνους τῶν λοιπῶν αὐτοῦ μαθητῶν κατά τι γέρας ἐξαίρετον* [14]) *ἀποστόλους ὠνόμασεν. Καὶ*

Epiphanius, qui triennium praedicationis Christi adstruit ex numero paschatum, quae in Ioannis evangelio recensentur a praedicatione illius ad mortem usque. Ita etiam Prosper in Chronico, cuius verba quia nondum edita sunt, hic apponam: *Quidam putant dominum nostrum Iesum Christum 15. anno regni Tiberii Caesaris, id est duobus Geminis coss. crucifixum: quo anno secundum indubitatam Lucae evangelistae auctoritatem baptizatum eum esse manifestum est, et evangelium regni coelorum praedicare coepisse. Secundum vero Ioannis evangelium, festivitati paschae Iudaeorum ter dominum interfuisse cognoscimus: ut appareat tertium fuisse illud pascha, quod verus agnus suo sanguine consecravit. Proinde consules quidem a manifestatione domini, id est a duobus Geminis inchoamus. Sed tertios ab eis consules dominicae passioni adscribimus.* Alii vero quatuor paschata numerant ab initio praedicationis Christi, inter quos est auctor chronici Alexandri. In qua sententia etiam fuisse videtur Eusebius, qui quadriennium, licet non integrum, assignat Christi praedicationi. [Ad verba οὐδόλως — χρόνος vid. *Haenlein Progr. de temporis, quo Iesus cum Apostolis versatus est, duratione.* Erlang. 1796. 4. *Gieseler. Lehrbuch der Kirchengeschichte* T. I. p. 54. not. f. sq. *H.*] — 12) *Τοῦ ἐνιαυτοῦ καθ' ὃν.* Intelligit locum Ioannis cap. 11. et 18. ubi dicitur Caïphas fuisse pontifex anni illius. Ex hoc Ioannis loco coniicit Eusebius, Caipham creatum esse pontificem anno illo, quo Christus suffixus est cruci. Eusebium secutus est auctor chronici Alexandrini, qui pontifices, sub quibus praedicavit Christus, numerat Annam, Ismaëlem, Eleazarum ac Simonem. Sed Ioannes Caïpham eo anno factum esse pontificem, non dicit. Cum ergo Iosephus auctor certissimus, qui Iudaicorum pontificum successionem diligentissime recensuit, affirmet Caïpham a Valerio Grato pontificem factum esse, nec nisi post Pilati procurationem exutum esse sacerdotio, equidem Iosephi auctoritatem sequi malo, praesertim cum Lucae evangelistae testimonio confirmetur. Lucas enim diserte affirmat, anno 15. Tiberii Caesaris Caïpham pontificem iamtum fuisse. — 13) Matth. 10. Luc. 3. 2. — 14) *Κατά — ἐξαίρετον.* Confirmari puto his coniecturam probabilem, qua *ἀποστόλους* simul vocasse videtur Christus discipulos suos, quia pontifices et Iudaeorum habebant ministros ita nominatos. Vid. *Moshemii Commentarii de rebus Christianorum ante Constantinum Magnum* p. 60. sqq. Certe non iusto nimis assentiendum *Reutendahlio*

αὖθις ἀναδείκνυσιν ἑτέρους ἑβδομήκοντα, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο δύο [15]), πρὸ προσώπου αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι [16]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένα.

(Nic. H. E. I, 19, 20.)

Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ [1]) τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου ὑπὸ τοῦ νέου Ἡρώδου τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, μνημονεύει μὲν καὶ ἡ θεία τῶν εὐαγγελίων γραφή· συνιστορεῖ γε μὴν καὶ ὁ Ἰώσηπος [2]) ὀνομαστὶ τῆς τε Ἡρωδιάδος μνήμην πεποιημένος, καὶ ὡς ἀδελφοῦ γυναῖκα οὖσαν αὐτὴν ἠγάγετο πρὸς γάμον Ἡρώδης, ἀθετήσας μὲν τὴν προτέραν αὐτῷ κατὰ νόμους γεγαμημένην γυναῖκα· Ἀρέτα δ᾽ ἦν αὕτη τοῦ Πετραίων βασιλέως θυγάτηρ· τὴν δὲ Ἡρωδιάδα ζῶντος διαστήσας τοῦ ἀνδρός· δι᾽ ἣν καὶ τὸν Ἰωάννην ἀνελὼν, πόλεμον αἴρεται πρὸς τὸν Ἀρέταν, ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτοῦ τῆς θυγατρός [3]). Ἐν ᾧ πολέμῳ μάχης γενομέ-

---

de fontt. hist. eccl. Eus. p. 16. *In ultimis illis propriam sine dubio (?) interpretandi facultatem periclitatur Eusebius.* Minus autem probabile mihi videtur alterum quod coniecit *Moshemius* ibid. p. 71., commonefacere voluisse quoque Iesum illo vocabulo *ἀποστ.* et per dignitatem, cuius illud signum est, se solum verum esse pontificem. *H.* — 15) *Ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο δύο.* Ita edidimus ex fide nostrorum exemplarium Regii, Maz. Med. ac Fuk. [Et MSS. omnium. *H.*] Hodie tamen in cap. 10. evangelii Lucae, ex quo hoc desumsit Eusebius, legitur tantum *ἀνὰ δύο*, sine repetitione ultimae vocis, quam Rob. etiam Stephanus otiosam esse existimavit. Ego vero nonnihil elegantiae hunc *πλεονασμὸν* habere censeo quem etiam in lingua Gallica retinemus. [Elegantiam pleonasmi quomodo concedere possis, egregie docet *Matthiae ausführliche griechische Grammatik* p. 3. edit. II. Cf. Hebr. X, 37. *μικρὸν ὅσον ὅσον* Ies. XXVI, 20. *H.*] — 16) *Οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.* Nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent *οὐ ἤμελλεν*. [Cf. *Maittaire de diall.* p. 72. 455. A. ed. *Sturz.* *H.*]

Cap. XI. 1) *Οὐκ εἰς μακρὸν δέ.* Ab his verbis caput undecimum inchoavi, secutus auctoritatem codicis Regii, Maz. ac Fuk., quibus consentit etiam Rufinus. — 2) *Συνιστορεῖ*, quod de Iosepho dicit h. l. Eusebius, vituperat istum *Kestner.* de *Eus.* auct. et fide p. 72. Sed vix tantus est dissensus Iosephi ac librorum sacrorum hac in re, ut non cogitari possint cum illo convenire. *H.* — 3) *Ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτοῦ*

νης, πάντα φησὶ τὸν Ἡρώδου στρατὸν διαφθαρῆναι, καὶ ταῦτα πεπονθέναι τῆς ἐπιβουλῆς ἕνεκεν τῆς κατὰ Ἰωάννου γεγενημένης. Ὁ δ᾽ αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τοῖς μάλιστα δικαιότατον καὶ βαπτιστὴν ὁμολογῶν γεγονέναι τὸν Ἰωάννην, τοῖς περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων γραφὴν ἀναγεγραμμένοις συμμαρτυρεῖ. Ἱστορεῖ δὲ καὶ τὸν Ἡρώδην τῆς βασιλείας ἀποπεπτωκέναι διὰ τὴν αὐτὴν Ἡρωδιάδα, μεθ᾽ ἧς αὐτὸν καὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπεληλάσθαι, Βίενναν τῆς Γαλλίας πόλιν 4) οἰκεῖν καταδικασθέντα. Καὶ ταῦτά γε αὐτῷ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας δεδήλωται, ἔνθα συλλαβαῖς αὐταῖς περὶ τοῦ Ἰωάννου ταῦτα γράφει· „τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι 5), καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. Καὶ τῶν ἄλλων συστρεφομένων, καὶ γὰρ ἥσθησαν ἐπιπλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πιθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις μὴ ἐπὶ ἀποστάσει τινὶ φέροιτο, (πάντα γὰρ ἐῴκεσαν συμβουλῇ

τῆς θυγατρός. In codice Regio, Med. ac Maz. legitur αὐτῷ τῆς θυγατρός. Nicephorus quoque habet τούτῳ. Nec illud omittendum est, in codice Maz. ac Fuk. ὡσὰν scribi una voce, licet cum spiritu in secunda syllaba. Atque ita perpetuo hanc vocem scribi, observavi in optimo illo codice Maz., quoties ponitur pro *tanquam*. — 4) Βίενναν τῆς Γαλλίας πόλιν. Memoria lapsus Eusebius pro Lugduno Viennam posuit. [Cf. VI, 43. Kestner de Eus. auct. p. 74. §. 64. *H.*] Quippe Iosephus quem hic auctorem, laudat Eusebius, Herodem a Caio Caesare Lugdunum esse relegatum scribit in lib. 18. originum cap. 9. Porro in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. ac Savil. deest vox πόλιν. [Eandem omisit Stroth. cf. *Fischer.* ad Welleri Gr. Gr. T. II. p. 291. sqq. *Matthiae ausführl. Gramm.* p. 571. 2. *H.*] — 5) Ἀρετὴν ἐπασκῆσαι. Omnes nostri codices nullo excepto scriptum habent ἀρετὴν ἐπασκοῦσι. Sed cum paulo post sequatur χρωμένους, hunc soloecismum animadvertens Rob. Steph. emendavit, ut editum est ἐπασκῆσαι. Ego vero in tanto consensu omnium librorum, ἐπασκοῦσι retinendum censeo, tantum pro χρωμένους emendandum est χρωμένοις, ut habent Iosephi ac Nicephori editiones. [Cum Val. consentit ita Strothius, ut tum ἐπασκοῦσι tum χρωμένοις in textum receperit. cf. *Kimel.* praefat. p. XXIII. Vales. neutrum fecit; ego re

μαθητῶν, ὁμώνυμον Πέτρῳ τυγχάνοντα τῷ ἀποστόλῳ. Καὶ Ματθίαν δὲ τὸν ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου τοῖς ἀποστόλοις ἐγκαταλεγέντα, τόν τε σὺν αὐτῷ τῇ ὁμοίᾳ ψήφῳ τιμηθέντα, τῆς αὐτῆς τῶν ἑβδομήκοντα κλήσεως ἠξιῶσθαι κατέχει λόγος. Καὶ Θαδδαῖον δὲ ἕνα τῶν αὐτῶν εἶναί φασι· περὶ οὗ καὶ ἱστορίαν ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς, αὐτίκα μάλα ἐκθήσομαι. Καὶ τῶν ἑβδομήκοντα δὲ πλείους τοῦ σωτῆρος πεφηνέναι μαθητὰς εὕροις ἂν ἐπιτηρήσας, μάρτυρι χρώμενος τῷ Παύλῳ, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν ὦφθαι αὐτὸν φήσαντι, πρῶτον μὲν Κηφᾷ [2]), ἔπειτα τοῖς δώδεκα, καὶ μετὰ τούτους ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. Ὧν τινὰς μὲν ἔφασκε κεκοιμῆσθαι, τοὺς πλείους δ' ἔτι τῷ βίῳ καθ' ὃν καιρὸν αὐτῷ ταῦτα συνετάττετο, περιέναι. Ἔπειτα δ' ὦφθαι αὐτὸν Ἰακώβῳ φησίν· εἷς δὲ καὶ οὗτος τῶν φερομένων τοῦ σωτῆρος μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδελφῶν ἦν [3]).

---

alioqui parum necessaria sunt hoc loco, merito ea delevimus. Idem a nobis factum est paulo postea in hoc ipso capite, Nam post verba illa καὶ Θαδδαῖον δὲ lineam integram expunximus; haec scilicet verba: τὸν ὑπὸ Θωμᾶ κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἰησοῦ τῷ Ἀγβάρῳ πρὸς ἴασιν ἀποσταλέντα: quae leguntur quidem in codice Regio, sed absunt a tribus reliquis, nec habentur in interpretatione Rufini. [Recte ideo novum Cepham finxisse Eusebium censet *Reuterdahl. de fontt. hist. eccl. Eus.* p. 16., quia de Petro interpretari noluit illa κατὰ πρόσωπον κ. λ. Idem V. D. I. 1. *Rem*, inquit, *apud Clementem* (*hypotyp. V.*) *invenerat Eusebius: cum locus Clementis non totus nobis supersit, in medio relinquimus, hicne scriptor an alius interpretationis fuerit auctor.* Sed inter LXX discipulos certe reliquos praeter Cepham ex mera coniectura noster non retulit, ut idem statuit Reuterdahl. Imo tum λόγος κατεῖχεν, tum locus Paulinus 1. Cor. XV, 5. sqq. Eusebio illud persuasit. *H.*] — 2) Πρῶτον μὲν Κηφᾷ. Rectius in nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scribitur πρώτῳ. [Ita dedit Stroth. *H.*] Mox pro περιέναι leges grammaticae postulant ut restituamus περιεῖναι, sicut legitur in codice Fuk. et Savilii. [Et scripsit Stroth. περιμένειν Ien. Gent. *H.*] — 3) Εἷς δὲ καὶ οὗτος τῶν φερομένων τοῦ σωτῆρος μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδελφῶν ἦν. Haec est scriptura codicis Regii quam Rob. Stephanus expressit. Verum in reliquis codicibus Maz. scilicet Med. Fuk. et Savilii desunt haec verba μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καί. Sed neque Rufinus illa agnoscit. Sic enim vertit: *Post etiam dicit eum visum esse Iacobo, qui erat unus ex his qui fratres salvatoris appellabantur.* Nos tamen nihil hic immutare voluimus, sed scripturam codicis Regii retinuimus. [Stroth. μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ delevit. *H.*] Multi quippe ex veteribus Iacobum fratrem domini, eum qui primus Hierosolymorum episcopus est ordinatus, non ex 12. apostolis, sed e numero discipulorum domini fuisse scripserunt. Ita Gregorius Nyssenus in oratione 2. de

Εἶθ' ὡς παρὰ τούτους κατὰ μίμησιν τῶν δώδεκα πλείστων ὅσων ὑπαρξάντων ἀποστόλων, οἷος καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος ἦν, προστίθησι λέγων· „ἔπειτα ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πᾶσι." Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶνδε. Τῆς δὲ περὶ τὸν Θαδδαῖον ἱστορίας ἡμῖν λεχθείσης τοιοῦτος γέγονεν ὁ τρόπος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Ἱστορία περὶ τοῦ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστου.

(Nic. H. E. II, 7., et Evagr. IV, 29.)

Ἡ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θειότης [1]), εἰς πάντας ἀνθρώπους τῆς παραδοξοποιοῦ δυνάμεως ἕνεκεν βοωμένη, μυρίους ὅσους καὶ τῶν ἐπ' ἀλλοδαπῆς πορρωτάτω τῆς Ἰουδαίας, νόσων τε καὶ παντοίων παθῶν ἐλπίδι θεραπείας ἐπήγετο. Ταύτῃ τοι βασιλεὺς Ἄγβαρος [2]), τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην

Christi resurrectione, Clemens in lib. 2. constitutionum cap. 59. et in lib. 1. recognitionum sub finem pag. 20., Dorotheus in libro de apostolis et discipulis domini, et Michael Glycas in parte 3. Annalium. Certe huic opinioni favere videtur Paulus in epistola ad Corinthios, ubi recensens eos, quibus Christus post mortem apparuerat, postquam 12. apostolos nominavit, et quingentos alios, addit deinde: *postea visus est Iacobo et reliquis apostolis.* Iacobum ergo Paulus distinxit a 12. apostolis. Atque ita Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 4. et 14. locum beati Pauli intellexit. [Stroth. ἀδελφῶν legit. *H.*]

Cap. XIII. 1) *Χριστοῦ θειότης.* Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent *θειότης.* [Ita scripsi cum Stroth. *θειότης* praeter Reg. Steph. (Ion. etc.) *H.*] — 2) *Βασιλεὺς Ἄγβαρος.* Ita semper in codice Regio scriptum est nomen huius reguli, eamque scripturam pluribus testimoniis iam dudum asseruimus in annotationibus nostris ad fragmenta Dionis Cocceiani, ubi etiam docuimus commune id nomen fuisse regulis Edessenorum. In optimo tamen codice Maz. *Ἄβγαρος* hic et infra perpetuo scribitur. Quae etiam scriptura minime contemnenda est. Nam et in nummis veteribus ita appellatur, et in antiquo epigrammate, quod primus edidit *Iacobus Sirmondus* in notis ad epistolas Sidonii. Magis tamen placet prior scriptura, tot scriptorum tam Graecorum quam Latinorum consensu firmata. [Stroth. *Αὔγαρος,* quam lectionem tenent Ion. et Cph., Dio, Xiphilinus, Herodianus et Procopius Caesariensis. *H.*] Certe *Ἄκβαρος* Arabica vox est, quae *potentissimum* significat, ut docuit me vir linguarum Orientalium peritissimus. [Authentiam litterarum Abgari et Christi, quamvis laudet Pearson. vind. Ign. T. I. c. 8. et Cavium hist. litt. T. I. p. 2. ad h. l. Reading., tamen nunc quidem nemo vindicare cona-

ἐθνῶν [8]) ἐπισημαινόμενα δυναστεύων, πάθει τὸ σῶμα δεινῷ καὶ οὐ θεραπευτῷ ὅσον ἐπ' ἀνθρωπείᾳ δυνάμει καταφθειρόμενος, εἰς

---

bitur. Ipse enim pontifex Romanus Gelasius, in concilio Romae a. 494. habito utramque epistolam supposititiam esse censuit, et fortiter impugnarunt illarum litterarum authentiam contra *Grabium* in *Spicileg. Patrum* praef. p. 1. sq. et in not. p. 313. sq. *Ittigius* in *Historiae eccles. primi seculi capitt. selectt.*, Lips. 1709. p. 2., ac *Fabricius* in *Cod. Apocryph. N. T.* Tom. I. p. 320., quos secuti sunt *Isaacus Beausobre* in dissertatione peculiari, quae legitur in Bibl. Germ. T. XVIII. p. 10. sq. et *Iacobus Basnage* Histoire des Iuifs T. I. Cap. 18. p. 503. sq. cf. *Moshem.* Commentarii de rebus Christ. a. C. M. p. 72. 73. *Semler* de Christi ad Abgarum epistola Hal. 1786. 4. *Möller* de fide Eus. p. 108. sq. Tanquam fictas enim epistolae ipsae sese produnt maxime eo quod Christus ad auxilium afflictis et miseris ferendum semper paratissimus nonnisi annis aliquot elapsis sese opem ferre posse scripsisse dicitur, quod multa eorum, quae scribit, petita sunt ex orationibus, quas post resurrectionem suam demum habuit, quod Abgarus, cui de religionis Christianae veritate nondum erat firmiter persuasum, propter fidei suae magnitudinem celebratur, (cf. not. 22.) et quod Abgarus ipse se τοπάρχην nominat, cum vel minimi principes Syriae βασιλέως nomine sese appellare consueverint. cf. *Danz.* de Euseb. p. 112. 6., qui tamen, quomodo offendi potuerit vocativo Ἄβγαρε, ut eum vel in dativum mutandum credat, quod profecto fieri plane nequit, non video, imo rectius abesse debere videtur Ἄβγαρε, quod nec Rufinus habet. Iam vero quamvis haec ita sint, tamen nullo modo putandus est Eusebius totam illam rem satis miram finxisse, quod temere defendit. *L. Bourguetus* Bibl. Ital. T. XIII. p. 121. neque illam inter meras fabulas referendam esse bene vidit *Schröckh. christl. K. G.* T. II. p. 34. sq. cuius verba iuvat adscribere: *Eusebius kann mit leichter Mühe gegen diejenigen vertheidigt werden, welche ihn beschuldigen möchten, dass er dieses alles selbst erdichtet habe. — — Er war etwas leichtgläubig, zumal bei Nachrichten, die der Religion und Kirche zur Ehre gereichten; er war auch nicht geübt genug, die untergeschobenen Schriften von den ächten zu unterscheiden. Er ist also durch den ältern Erfinder dieser Erzählung hintergangen worden. Abgarus hat vermuthlich von den Wundern Jesu viel gehört; und eine Begierde gezeigt, einen so ausserordentlichen Mann kennen zu lernen. Vielleicht hat er auch an ihn geschrieben oder einen Boten gesandt; ja es ist nicht unwahrscheinlich, dass der Sitz seines Fürstenthums, Edessa, frühzeitig durch die Wunder und Predigten eines von den Jüngern Jesu zum Christenthume gebracht worden sei.* His autem, quae vere evenisse possunt, probabiliter Christianum Edessenum diu ante Eusebii tempora, ut urbi suae patriae antiquam et venerandam originem vindicaret, addidisse has Christi et Abgari litteras, atque huius quidem haud infeliciter, illius contra ita, ut fraudem suam ante occultatam ipse clarissime manifestaret. Neque vero ob hanc ipsam caussam Abgari epistola pro authentica haberi

καὶ τοὔνομα τοῦ Ἰησοῦ πολὺ καὶ τὰς δυνάμεις συμφώνως πρὸς ἁπάντων μαρτυρουμένας ἐπύθετο, ἱκέτης αὐτοῦ πέμψας δι' ἐπιστοληφόρου γίγνεται, τῆς νόσου τυχεῖν ἀπαλλαγῆς ἀξιῶν. Ὁ δὲ μὴ τότε καλοῦντι ὑπακούσας, ἐπιστολῆς γοῦν αὐτὸν ἰδίας καταξιοῖ, ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀποστέλλειν ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς νόσου, ὁμοῦ τε αὐτοῦ σωτηρίαν [4]) καὶ τῶν προσηκόντων ἁπάντων ὑπισχνούμενος. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἄρα αὐτῷ ἐπληροῦτο τὰ τῆς ἐπαγγελίας. Μετὰ γοῦν τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, Θωμᾶς, τῶν ἀποστόλων εἷς τῶν δώδεκα, Θαδδαῖον [5]) ἐν ἀριθμῷ καὶ αὐτὸν τῶν ἑβδομήκοντα τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν κατειλεγμένον, κινήσει θειοτέρᾳ ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν [6]) κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει, πάντα τε δι' αὐτοῦ τὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τέλος ἐλάμβανεν ἐπαγγελίας. Ἔχεις καὶ τούτων ἀνάγραπτον τὴν μαρτυρίαν, ἐκ τῶν κατὰ Ἔδεσσαν τοτηνικαῦτα βασιλευομένην πόλιν γραμματοφυλακείων ληφθεῖσαν. Ἐν γοῦν τοῖς αὐτόθι δημοσίοις χάρταις, τοῖς τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν Ἄγβαρον πραχ-

---

potest, quod probare studuit *Ios. Simon Assemanni* in Bibl. Orient T. I. p. 554. et T. III. P. II. p. 8. Mentionem autem illius litterarum commercii iniiciunt praeterea *Ephraemus* Syrus et *Procopius* de bello persico II, 12, scriptor sec. VI, qui simul narrat, Edessenos epistolam Christi cum ἀκροτελευτίῳ, secundum Eusebium, apocrypho, asservatam et descriptam in vicem φυλακτηρίου s. amuleti, in portis urbis suae posuisse, ut vel inde pateat verum esse quod ipse Eusebius profitetur, se ex Edessenorum archivis sua hausisse. cf. *Danz.* l. l. et huius capitis not. 13. *H.*] — 3) Τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην ἐθνῶν. Uni duntaxat genti, non autem pluribus imperavit Abgarus. Fuit enim Arabum regulus, nec universis Arabibus, sed parti duntaxat Arabum praefuit. Unde φυλάρχης seu φύλαρχος Ἀράβων vocatur. Quippe Arabes erant plures in tribus distincti: singulis autem tribubus suus imperabat phylarchus. *Gentes* igitur hoc loco dixit Eusebius pro *unica gente*. [Imo pluralis h. l. significat totam collectionem et universitatem singularis illius gentis (*die Gesammtmasse*) cf. quae monebo ad VIII, 6. *H.*] Idque vidit etiam Rufinus, qui hunc locum ita vertit: *Unde et rex quidam Abgarus nomine, gentis ultra Euphratem positae principatum nobiliter tenens.* — 4) Ὁμοῦ τε αὐτοῦ σωτηρίαν. In codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. scriptum est αὐτῷ. [Ita Stroth. *H.*] — 5) Θαδδαῖον τὸν ἀδελφόν. Duas postremas voces expunximus, quippe quae nec in optimis exemplaribus Reg. Maz. Fuk. et Savil. nec in interpretatione Rufini legantur. Solus codex Med. habet, nescio unde petitas. [Praeterea habet illas Stephan. (Oph. Mt.?) *H.*] Neque enim ullibi quod sciam lectum est, Thaddaeum hunc fratrem fuisse apostoli Thomae. — 6) Τὴν Ἔδεσσαν.

θέντα περιέχουσι, καὶ ταῦτα εἰσέτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου πεφυλαγμένα εὕρηται. Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν ἐπιστολῶν, ἀπὸ τῶν ἀρχείων ἡμῖν ἀναληφθεισῶν, καὶ τόνδε αὐτοῖς ῥήμασιν ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς μεταβληθεισῶν 7) τὸν τρόπον.

Ἀντίγραφον 8) ἐπιστολῆς γραφείσης ὑπὸ Ἀβγάρου τοπάρχου τῷ Ἰησοῦ, καὶ πεμφθείσης αὐτῷ δι' Ἀνανία ταχυδρόμου εἰς Ἱεροσόλυμα.

„Ἄβγαρος τοπάρχης Ἐδέσσης 9) Ἰησοῦ σωτῆρι ἀγαθῷ ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων χαίρειν. Ἤκουσταί μοι τὰ

Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα. — 7) Μεταβληθεισῶν vertit Valesius: epistolos, quas ex archivis depromtas e Syrorum lingua fideliter *transtulimus* (?) hunc modum. Atque ubique in sua interpretatione latina sumit Val. Eusebium ipsum graece vertisse omnia monumenta latine scripta, quae suae historiae inseruit. cf. H. E. IX, 1. VIII, 13. X, 5. Vit. Constant. III, 13. IV, 32. At egregie demonstravit *Möller de fide Eus.* p. 23—31. Eusebium vix perexiguam habuisse latinae linguae cognitionem. cf. p. 29. sq. ubi haec leguntur: *si mandata Imperatorum (quae vulgo in Graecam linguam mox convertebantur) excipias, vix plures quam tres e latino solo scaturientes fontes in usum Hist. Eccl. Eusebii conversos inveneris: Tertullianum nimirum, litteras ecclesiarum Lugdunensis et Viennensis coetibus Asiae minoris datas* (Hist. Eccl. L. V. ab initio), *ac nonullas Cornelii episcopi Romani epistolas* (H. E. L. VI. cap. 34.) *At tantum abest, ut usus horum instrumentorum Eusebio aliquam Latinae linguae notitiam vindicet, ut pro contraria sententia faciat. Nonnullos Tertulliani libros nominatim Apologeticum cognovit Eusebius: eos utique, qui Graeca civitate donati erant (ipse duobus in locis graecam versionem citat scil. H. E. Lib. II, 2. et L. III. c. 32.); litteris gravissimis Lugdunensium et Viennensium uti potuit, quia Graece Graecis — — exaratae erant; et eas quoque Cornelii epistolas, quarum argumentum exhibuit noster H. E. L. VI. c. 43. graece fuisse scriptas, dubitare nos vetat haec ab ipso Eusebio commemorata περίστασις, quod ad Fabium Antiochenae ecclesiae presulem datae erant* etc. cf. *Moshem.* Dissertt. ad Hist. eccles. pertt. Vol. I. p. 527. Lapsus est in eo *Danz.* de Eus. C. p. 32. not. 20. *H.* — 8) Verba ἀντίγραφον—Ἱεροσολ. non exstant in *Steph.* at *Cph.* ea in suis exemplaribus invenit, leguntur quoque apud Rufinum. Exstare eadem certe videntur in *Ion.* et *Cast.* teste Stroth. *H.* — 9) Ἄγβαρος τοπάρχης Ἐδέσσης. In margine editionis Genevensis post vocem Ἄγβαρος adscripta est haec lectio ex Bongarsii libro Οὐχανίης υἱός. Ne quis autem suspicetur hanc lectionem e manuscripto exemplari desumptam esse, monendus est lector hanc esse coniecturam Bongarsii, qui ex interpretatione Rufini id hauserat. Nam Rufinus hunc locum ita vertit: *Abgarus Uchaniae filius toparcha,* etc. Et vulgatae quidem editiones Rufini sic praeferunt. Sed in vetustissimo codice Parisiensis ecclesiae, scriptum est *Uchame filius.* Codex autem bi-

περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, ὡς ἄνευ φαρμάκων καὶ βοτανῶν ὑπὸ σοῦ γινομένων. Ὡς γὰρ λόγος, τυφλοὺς ἀναβλέπειν ποιεῖς, χωλοὺς περιπατεῖν, καὶ λεπροὺς καθαρίζεις, καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα καὶ δαίμονας ἐκβάλλεις, καὶ τοὺς ἐν μακρονοσίᾳ βασανιζομένους θεραπεύεις, καὶ νεκροὺς ἐγείρεις. Καὶ ταῦτα πάντα ἀκούσας περὶ σοῦ, κατὰ νοῦν ἐθέμην τὸ ἕτερον τῶν δύο· ἢ ὅτι σὺ εἶ ὁ θεός, καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ποιεῖς ταῦτα, ἢ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ ποιῶν ταῦτα. Διὰ τοῦτο τοίνυν γράψας ἐδεήθην σου σκυλῆναι πρός με, [10]) καὶ τὸ πάθος ὃ ἔχω, θεραπεῦσαι. Καὶ γὰρ ἤκουσα ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι καταγογγύζουσί σου καὶ βούλονται κακῶσαί σε. Πόλις δὲ μικροτάτη μοι ἐστὶ καὶ σεμνή, ἥτις ἐξαρκεῖ ἀμφοτέροις."

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔγραψε [11]), τῆς θείας αὐτὸν τέως μικρὸν αὐγασάσης ἐλλάμψεως. Ἄξιον δὲ καὶ τῆς πρὸς τοῦ Ἰησοῦ αὐτῷ διὰ τοῦ αὐτοῦ γραμματοκομιστοῦ ἀποσταλείσης ἐπακοῦσαι, ὀλιγοστίχου μέν, πολυδυνάμου δὲ ἐπιστολῆς, τοῦτον ἐχούσης καὶ αὐτῆς τὸν τρόπον.

Τὰ ἀντιγραφέντα ὑπὸ Ἰησοῦ διὰ Ἀνανία ταχυδρόμου τοπάρχῃ Ἀβγάρῳ.

„Ἄβγαρε, μακάριος εἶ πιστεύσας ἐν ἐμοί, μὴ ἑωρακώς με. Γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ [12]), τοὺς ἑωρακότας με μὴ πιστεύσειν

---

bliothecae Regiae habet *Euchame*. Bongarsius id nomen matris Abgari esse existimavit, cui non assentior. Crediderim potius patris vocabulum esse, quod Rufinus ex quibusdam libris apocryphis hauserat. Vertendum itaque fuit Οὐχάμου. [De forma τοπάρχης vid. *Winer. neutest. Grammatik* p. 32. cf. Eus. H. E. IV, 15. ἑκατοντάρχης IV, 17. ἑκατόνταρχος IV, 15. εἰρήναρχος VIII, 14. III, 23. λῄσταρχος ex Clemente Alexandrino. Chrys. de sacerdot. VI, 12, 604. ed. *Tauchn.* ταξιάρχους. *H.*]— 10) Σκυλῆναι πρός με. In Menaeo Graecorum ad diem 16. mensis Augusti, ubi tota haec narratio de Abgaro habetur, ita legitur hic locus: σκυλῆναι καὶ ἐλθεῖν πρός με. Sed nihil opus est huiusmodi glossemate, cum satis subaudiatur. — 11) Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔγραψε. Tota haec pericope usque ad illa verba τὰ ἀντιγραφέντα, etc. abest a nostris codicibus Maz. scilicet Med., ac Fuk., nec habetur in interpretatione Rufini. Ac libenter equidem ea verba expunxissem, quippe cum Eusebiana non esse pro certo habeam. Sed quoniam in Regio codice et ad marginem Med. exemplaris leguntur, in nostra quoque editione retinenda esse duxi. [Expunxit Stroth. *H.*] — 12) Γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ. Ubinam haec scripta sint, in quo veteris

μοι, ἵνα οἱ μὴ ἑωρακότες, αὐτοὶ πιστεύσωσι καὶ ζήσωνται. Περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι ἐλθεῖν πρὸς σὲ, δέον ἐστὶ πάντα δι' ἃ ἀπεστάλην, ἐνταῦθα πληρῶσαί με, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, οὕτως ἀναληφθῆναι πρὸς τὸν ἀποστείλαντά με. Καὶ ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ἵνα ἰάσηταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωὴν σοὶ καὶ τοῖς σὺν σοὶ παράσχηται."

Ταύταις δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς ἔτι καὶ ταῦτα συνῆπτο τῇ Σύρων φωνῇ. Μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτῷ Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς [13]), Θαδδαῖον τὸν ἀπόστολον [14]), ἵνα

---

instrumenti loco, adhuc quaero. In Ioannis quidem evangelio scriptum habetur, dominum nostrum post resurrectionem dixisse Thomae: *Beati qui non viderunt et crediderunt.* Sed haec epistola Christi ad Abgarum regem, si quidem vera est, obiurgationem illam apostoli Thomae aliquot annis antecessit. In cap. 6. Esaiae locus est huic plane similis, ad quem allusisse videtur auctor huius epistolae. [Cf. Ies. VI, 9. LII, 15. Mtth. XIII, 3. *H.*] — 13) Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς. Thomas quidem qui fuit unus ex duodecim, dicebatur Didymus teste Ioanne evangelista, sed eundem Iudam esse cognominatum, alibi quod sciam non reperitur. Itaque et hoc nomine narratio ista merito in suspicionem venit. Nisi forte hunc errorem Eusebii esse dicamus, qui Thomae cognomentum attribuerit, quod tribuendum erat Thaddaeo. Certe Thaddaeus apostolus alio nomine dictus est Iudas. Hieronymus in cap. 10. Matthaei: *Thaddaeum apostolum, ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Abagarum regem Chosidenae* (scribe *Chosdroenae* vel quod idem est *Osdroenae*) *qui ab evangelista Luca Iudas Iacobi, et alibi appellatur Lebaeus, quod interpretatur Corculum. Credendumque est eum fuisse* τριώνυμον. Idem scribitur in Menologio ad diem 19. Iunii. — 14) Θαδδαῖον τὸν ἀπόστολον. Nescio cur Hieronymus in loco superius allato, Thaddaeum hunc qui a Thoma apostolo missus est ad Abgarum regem, unum ex 12. apostolis fuisse dicit. Nam Eusebius, ex quo Hieronymus eam narrationem mutuatus est, tum hic tum in superiori capite diserte scribit, Thaddaeum unum fuisse e 70. domini discipulis. Idem repetit Eusebius in lib. 2. sub initium. Hunc Hieronymi errorem notavit Beda in Cap. 10. retractationum in acta apostolorum. Alcuinus tamen, sive ut alii volunt, Walafridus Strabo, in versibus quos de 12 Apostolis conscripsit, Hieronymi sententiam secutus est. Sic enim scribit de Thaddaeo:

Quem duxisse ferunt Christi cum grammate seclum
Abagaro quondam, qui regni sceptra regebat.
Postquam tartareum damnavit morte tyrannum,
Et tetris Erebi gaudens emersit ab antris.

τῶν ἑβδομήκοντα. Ὃς ἐλθὼν κατέμενε πρὸς Τωβίαν τὸν τοῦ Τωβία. Ὡς δὲ ἠκούσθη περὶ αὐτοῦ, καὶ δῆλος γέγονε διὰ τῶν ἐπιτελουμένων αὐτῷ θαυμασίων [15]), ἐμηνύθη τῷ Ἀγβάρῳ ὅτι

Leo item diaconus in lib. 4. historiae, de Nicephoro Phoca loquens, eiusque ingressu in urbem Edessenorum, effigiem hanc a Thaddaeo apostolo ad Abgarum regem perlatam esse dicit, quae mirabili quodam modo expressa erat in linteo seu peplo, ut ait Leo. Apostolus quidem passim nominatur in hoc Edessenorum monumento, quod refert Eusebius. Sed apostoli nomen hic latius sumitur, eo more, quo singulae gentes et urbes eos, a quibus evangelii primum veritatem acceperant, apostolos nominabant. Neque enim solis duodecim hoc inditum est vocabulum, sed omnes eorum discipuli, et comites atque adiutores, generaliter apostoli sunt appellati. Et quemadmodum licet dominus septuaginta duntaxat discipulos elegerit, longe plures tamen eo nomine postea sunt exornati, sicut in superiore capite observavit Eusebius, ita etiam licet dominus duodecim tantum apostolos designaverit, postea tamen haec appellatio pluribus communicata est, ut notavit Hieronymus in epistolam ad Galatas. Hinc est quod in Menaeis Graecorum, et apud Simeonem Metaphrastem, Marcus et Lucas evangelistae, Titus, Timotheus et Philemon et reliqui Pauli discipuli, apostolorum titulo decorantur. Ambrosius seu potius Hilarius in cap. 1. epistolae ad Galatas, *apostolum se*, inquit, *non ab hominibus electum, et missum ad praedicandum testatur, sicut erant quidam, qui electi ab apostolis mittebantur ad ecclesias roborandas: neque sicut alii qui a Iudaeis mittebantur ad disturbandas ecclesias.* Quibus in verbis triplex genus recensetur apostolorum. Primi sunt duodecim illi a Christo electi, secundi sunt apostolorum discipuli, tertii Iudaeorum apostoli. Habuerunt enim Iudaei apostolos suos, qui a patriarchis ad varia negotia mittebantur. Eorum mentio fit ab Epiphanio in haeresi 30. Hieronymo in cap. 1. epist. ad Galatas, et in codice Theodosiano titulo de Iudaeis, et in commentariis supradicti scriptoris in cap. 1. epistolae ad Romanos. [Cf. quae monui Cap. X. not. 14. *H.*] Ceterum monendus est lector in omnibus nostris codicibus scriptum esse Θαδδαῖον ἀπόστολον sine articulo praepositivo, quem solus codex Medicaeus superscriptum habet. [Observat praeterea Stroth., Constantinum Porphyrogen. in narratione de Edessena Christi imagine edita a *Combefisio* manipul. rer. Cpol. p. 81., *Cedrenum* p. 145. MS. *Bodlei.* et *Vindob.* ad finem epistolae addere: καὶ τῇ πόλει σου γενήσεται τὸ ἱκανὸν, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἐχθρῶν κατισχῦσαι αὐτῆς. Procopio haec suspecta videntur, sed minus Ephraemo Syro in testamento, aperte vero illa laudat Darius comes in epistola ad Augustinum. Cedrenus praeterea sigillum memorat epistolae illi a Christo subiectum his verbis: ἐπιθεὶς ἐν τῷ τέλει καὶ σφραγῖδα γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν ἑπτὰ, ἅτινα μεθερμηνευομένα ταῦτα δηλοῦσι, θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον. Lambecius in MS. Vindobon. reperit subiectas has siglas: *Χ. Ψ. Χ. Ε. Τ. Ρ. Α. H.*] — 15) *Καὶ δῆλος γέγονε διὰ τῶν ἐπιτελουμένων*

ἐλήλυθεν ἀπόστολος ἐνταῦθα τοῦ Ἰησοῦ, καθὼς ἐπέστειλέ σοι [16]). Ἤρξατο οὖν ὁ Θαδδαῖος ἐν δυνάμει θεοῦ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν, ὥστε πάντας θαυμάζειν. Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ Ἄγβαρος τὰ μεγαλεῖα καὶ τὰ θαυμάσια, ἃ ἐποίει, καὶ ὡς ἐθεράπευεν ἐν ὀνόματι καὶ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ [17]), ἐν ὑπονοίᾳ γέγονεν, ὡς ὅτι αὐτός ἐστι, περὶ οὗ ὁ Ἰησοῦς ἐπέστειλε λέγων· ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ὅστις τὸ πάθος σου ἰάσεται. Μετακαλεσάμενος οὖν τὸν Τωβίαν, παρ' ᾧ κατέμενεν, εἶπεν· ἤκουσα ὅτι ἀνήρ τις δυνάστης ἐλθὼν ἀπὸ Ἱεροσολύμων [18]), καταμένει ἐν τῇ σῇ οἰκίᾳ, καὶ πολλὰς ἰάσεις ἐπ' ὀνόματι Ἰησοῦ ἐργάζεται. Ὁ δὲ εἶπε· ναὶ κύριε [19]) ξένος τὶς ἐλθὼν, ἐνῴκησε παρ' ἐμοὶ καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιτελεῖ. Ὁ δὲ ἀνάγαγε αὐτὸν, ἔφη, πρός με. Ἐλθὼν δὲ ὁ Τωβίας παρὰ Θαδδαῖον, εἶπεν αὐτῷ· ὁ τοπάρχης Ἄγβαρος μετακαλεσάμενός με, εἶπεν ἀναγαγεῖν σε παρ' αὐτὸν [20]), ἵνα θεραπεύσῃς αὐτοῦ τὸ πάθος. Καὶ ὁ Θαδδαῖος ἀναβαίνω, ἔφη, ἐπειδήπερ δυνάμει παρ' αὐτὸν ἀπέσταλμαι. Ὀρθρίσας οὖν ὁ Τωβίας τῇ ἑξῆς, καὶ παραλαβὼν τὸν Θαδδαῖον, ἦλθε πρὸς τὸν Ἄγβαρον· ὡς δὲ ἀνέβη, παρόντων καὶ ἑστώτων τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, παραχρῆμα ἐν τῷ εἰσιέναι αὐτὸν, ὅραμα μέγα ἐφάνη τῷ Ἀγβάρῳ ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ ἀποστόλου Θαδδαίου. Ὅπερ ἰδὼν Ἄγβαρος, προσεκύνησε τῷ Θαδδαίῳ. Θαῦμά τε ἔσχε τοὺς περιεστῶτας πάντας. Αὐτοὶ γὰρ οὐχ ἑωράκασι τὸ ὅραμα, ὃ μόνῳ τῷ Ἀγβάρῳ ἐφάνη.

αὐτῷ θαυμασίων. Tota haec pericope abest a codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. et ab interpretatione Rufini. Quia tamen exstat in codice Regio, eam expungere nolui. [Expunxit Stroth. *H.*] — 16) *Καθὼς ἐπέστειλέ σοι.* Omnes nostri codices Regius scilicet ac Med. cum Maz. ac Fuk. scriptum habent *καθὰ ἐπ.* Quae lectio nescio cur tantopere displicuerit Rob. Stephano, cum *καθὰ* idem valeat ac *καθώς.* — 17) *Ἐν ὀνόματι καὶ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Haec verba non habentur in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuketii. [Stroth. omissa illa putat incuria librarii errantis in gemina praepositione *ἐν*. *H.*] — 18) *Ἐλθὼν ἀπὸ Ἱεροσολύμων.* Duae postremae voces desunt in tribus nostris codicibus Maz. Med. Fuk. nec habentur in interpretatione Rufini. [Delevit ea Stroth. *H.*] — 19) *Ὁ δὲ εἶπε, ναὶ κύριε.* Haec et sequentia usque ad voces illas *ἀνάγαγε αὐτὸν πρός με*, nec in tribus nostris codicibus, nec in interpretatione Rufini leguntur. Solus codex Regius eam lectionem habet. Sed mirum est quantopere codex ille a reliquis discrepet, tum alibi, tum praecipue in clausula huius libri. [Omisit illa Stroth. *H.*] — 20) *Ἀναγαγεῖν σε παρ' αὐτόν.* Omnes nostri codices, ne Regio quidem excepto, diserte scriptum habent *παρ' αὐτῷ.* Sic paulo post, ubi legitur

Ὅς καὶ τὸν Θαδδαῖον ἤρετο, εἰ ἐπ' ἀληθείας μαθητὴς εἶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ὅς εἰρήκει πρός με· ἀποστελῶ σοί τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ὅςτις ἰάσεταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωήν σοι καὶ τοῖς σὺν σοι παρέξει πᾶσι. Καὶ ὁ Θαδδαῖος ἔφη· ἐπεὶ μεγάλως πεπίστευκας εἰς τὸν ἀποστείλαντά με κύριον Ἰησοῦν [21]), διὰ τοῦτο ἀπεστάλην πρός σε. Καὶ πάλιν ἐὰν ἐπιπλέον πιστεύσῃς εἰς αὐτὸν, ὡς ἂν πιστεύσῃς ἔσται σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σοῦ. Καὶ ὁ Ἄγβαρος πρὸς αὐτὸν, οὕτως ἐπίστευσα, φησὶν, ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς σταυρώσαντας αὐτὸν, βουληθῆναι δύναμιν παραλαβὼν κατακόψαι, εἰ μὴ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἀνεκόπην τῆς προθέσεως. Καὶ ὁ Θαδδαῖος εἶπεν· ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς [22]) τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεπλήρωκε, καὶ πληρώσας, ἀνελήφθη πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. Λέγει αὐτῷ Ἄγβαρος· κἀγὼ πεπίστευκα εἰς αὐτὸν καὶ εἰς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Καὶ ὁ Θαδδαῖος· διὰ τοῦτο, φησὶ, τίθημι τὴν χεῖρά μου ἐπί σε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ τοῦτο πράξαντος, παραχρῆμα ἐθεραπεύθη τῆς νόσου καὶ τοῦ πάθους οὗ εἶχεν. Ἐθαύμασέ τε ὁ Ἄγβαρος, ὅτι καθὼς ἤκουσται αὐτῷ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, οὕτως τοῖς ἔργοις παρέλαβε διὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ ἀποστόλου Θαδδαίου [23]), ὅς αὐτὸν ἄνευ φαρμακείας καὶ βοτανῶν ἐθεράπευσεν. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἄβδον τὸν τοῦ Ἄβδου ποδάγραν ἔχοντα· ὅς καὶ αὐτὸς προσελθὼν ὑπὸ τοὺς πό-

---

παρ' αὐτὸν ἀπέσταλμαι, in omnibus nostris exemplaribus praeterquam in Fuk. scriptum est παρ' αὐτῷ. — 21) Εἰς τὸν ἀποστείλαντά με κύριον Ἰησοῦν. Duae ultimae voces absunt a tribus codicibus Maz. Med. ac Fuk. nec habentur in interpretatione Rufini. [Omisit Stroth. *H.*] — 22) Ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Simplicior ac sincerior est lectio, quam in tribus nostris codicibus reperimus Maz. Med. ac Fuk, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς τὸ θέλημα, etc. Quam quidem scripturam confirmat etiam Nicephorus ac Rufinus. Nec ullus, ut opinor, negabit, eam scripturam huic loco aptius convenire. Primum enim veteres illi dei vocabulum soli patri tribuere solebant, ut notum est. Deinde si Thaddaeus Abgarum alloquens nondum plena imbutum fide, Iesum appellasset deum, id Abgarum turbare merito potuisset, et hanc illi suspicionem iniicere, duos deos a Thaddaeo praedicari. [Facile patet, non cogitasse Valesium totam hanc epistolam variis commentis refertam esse. Cf. verba, quae legebantur in epistola Abgari: ἢ ὅτι σὺ εἶ ὁ θεὸς κ. τ. λ. *H.*] — 23) Καὶ ἀποστόλου Θαδδαίου. Duae priores voces desunt in tribus codicibus Mazarino, Medicaeo et Fuketii, nec leguntur in versione Rufini. Sic et paulo inferius ubi legitur ὁ αὐτὸς ἰάσατο ἀπόστολος, iidem tres libri ultimam vo-

δας αὐτοῦ ἔπεσεν, εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν [24]) ἐθεραπεύθη· πολλούς τε ἄλλους συμπολίτας αὐτῶν ὁ αὐτὸς ἰάσατο ἀπόστολος, θαυμαστὰ καὶ μεγάλα ποιῶν, καὶ κηρύσσων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἄγβαρος, σὺ Θαδδαῖε, ἔφη, σὺν δυνάμει τοῦ θεοῦ ταῦτα ποιεῖς, καὶ ἡμεῖς σε αὐτοὶ ἐθαυμάσαμεν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις δέομαί σου, διηγήσασθαί μοι περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Ἰησοῦ πῶς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ποίᾳ δυνάμει ταῦτα ἐποίει, ἃ τινα ἠκούσαμεν. Καὶ ὁ Θαδδαῖος, νῦν μὲν σιωπήσομαι, ἔφη, ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην [25]). Αὔριον δὲ ἐκκλησίασόν μοι τοὺς πολίτας σου πάντας, καὶ ἐπ' αὐτῶν κηρύξω τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, καὶ σπερῶ ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς ζωῆς, περί τε τῆς ἐλεύσεως τοῦ Ἰησοῦ καθὼς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ, καὶ ἕνεκα τίνος ἀπεστάλη ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ περὶ τῆς δυνάμεως τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ μυστηρίων ὧν ἐλάλησεν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ποίᾳ δυνάμει ταῦτα

---

eum non agnoscunt. — 24) *Εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν ἐθεραπεύθη*. Pessime hunc locum verterunt Musculus et Christophorsonus. Putarunt enim εὐχὰς λαβεῖν idem esse quod voti compotem fieri, cum sit benedictionem accipere. Idem est igitur ac si dixisset Eusebius δι' εὐχῆς καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως, ut loquitur in lib. II. cap. 1. Non recte igitur Nicephorus pro illis verbis εὐχὰς διὰ χειρὸς λαβὼν, haec posuit εὐχῇ τε ἅμα καὶ τῇ ἁφῇ θᾶττον τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάττοντο, id est, *simul atque orassent et tetigissent Thaddaeum, statim morbis liberati sunt*. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed manus impositione et precatione Thaddaei, aegros curatos fuisse. *Εὐχὰς διὰ χειρὸς*, vel simpliciter εὐχὰς χειρὸς antiqui patres vocabant manus impositionem cum precatione. Sic in excerptis Theodoti seu in libris hypotyposeon Clementis pag. 344. de baptismo, διὰ τοῦτο νηστεῖαι, δεήσεις, εὐχαὶ χειρῶν, γονυκλισίαι. Praecedebat autem oratio impositionem manuum. Possidius in vita Augustini cap. 29. *Quod dum comperisset, facere non distulit: sed confestim, manum illi imponens oratione praemissa; et illum infirmum continuo dominus sanum ab eodem discedere fecit.* [Cf. *Du Fresne* Gloss. med. et inf. Graec. T. I. p. 451. *H.*] — 25) *Ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην*. Ex versione Rufini suspicari quis fortasse posset, verba hic esse transposita. Sic enim vertit Rufinus: *Et Thaddaeus: Nunc quidem tacebo. Verum quia verbum missus sum praedicare, crastino congrega mihi omnes cives tuos, etc.* Quasi in Graeco legisset αὔριον δὲ ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην, ἐκκλησίασόν μοι τοὺς πολίτας, *etc.* Sed re accuratius perpensa nihil hic mutandum censeo. Respondet enim Thaddaeus se in praesentia quidem nihil dicturum, quippe qui missus esset, ut evangelium non clam et inter privatos parietes, sed in media concione coram populis ac gentibus praedi-

ἐποίει· καὶ περὶ τῆς καινῆς αὐτοῦ κηρύξεως, καὶ περὶ τῆς σμικρότητος καὶ εὐτελείας [26]) καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως τοῦ φαινομένου ἔξωθεν ἀνθρώπου· καὶ πῶς ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα· ὅσα τ' ὑπὸ Ἰουδαίων ἔπαθεν [27]), καὶ πῶς ἐσταυρώθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διέσχισε φραγμὸν τὸν ἐξ αἰῶνος μὴ σχισθέντα, καὶ ἀνέστη, καὶ συνήγειρε νεκροὺς [28]) τοὺς ἀπ' αἰώνων κεκοιμημένους, καὶ πῶς κατέβη μόνος, ἀνέβη δὲ μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ πῶς κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς μετὰ δόξης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πῶς ἐλεύσεσθαι μέλλει πάλιν μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ἐκέλευσεν οὖν ὁ Ἄγβαρος, τῇ ἕωθεν συνάξαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι τὴν κήρυξιν Θαδδαίου, καὶ μετὰ ταῦτα προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν καὶ ἄσημον [29]). Ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο εἰπών· εἰ τὰ ἡμέτερα

---

caret. Id significat vox illa κηρύξαι, quam non intellexerunt interpretes. — 26) Περὶ τῆς σμικρότητος καὶ εὐτελείας, καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως τοῦ φαινομένου ἀνθρώπου. Haec est lectio codicis Regii quam secutus est Rob. Stephanus. At nostri codices Maz. Med. ac Fuk. tantum habent περὶ τῆς σμικρότητος, καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτοῦ. Quam scripturam confirmat etiam Rufinus. [Recepit Stroth. *H.*] — 27) Ὅσα τε ὑπὸ Ἰουδαίων ἔπαθεν. Haec verba absunt ab omnibus nostris codicibus Regio scilicet Mazar. Med. ac Fuk. nec habentur in interpretatione Rufini. [Delevit ea Stroth.] Solus codex Med. ea adscripta habet in margine. In textu vero perinde ac reliqui codices scriptum exhibet ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα καὶ ἐσταυρώθη. — 28) Καὶ ἀνέστη καὶ συνήγειρε νεκρούς, etc. Ita quidem ex codice Regio edidit Stephanus. Sed in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. longe aliter scribitur hic locus: καὶ ἀνήγαγεν νεκρούς· καταβὰς γὰρ μόνος, συνήγειρεν πολλούς· εἶθ' οὕτως ἀνέβη πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἐκέλευσεν οὖν Ἄβγαρος, etc. Quae quidem scriptura ut brevior est, ita etiam sincerior ac verior. Rufinus certe eandem lectionem in suis exemplaribus repererat. Sic enim vertit: *Et mortuos suscitaret. Qui descendit quidem solus, ascendit autem cum grandi multitudine ad patrem suum.* — 29) Ἄσημον, quod veteres dicunt pecuniam *non signatam s. rudem*, recentiores vocarunt quodvis argentum, etiam illud, *quod esset signatum*. vid. *Suicer.* Thes. T. 1. p. 545. qui recte vertit vocem: *pecuniam argenteam.* cf. *Du Fresne* Glossar. med. et inf. Graec. T. I. p. 138. s. v. ἀσήμιν, ἀσίμιν. Theodoret. serm. IX. ad Graecos, init. *Viger.* p. 160. VII. cf. Aelian. V. H. I, 22. Temere igitur *Strothius Uebersetzung* h. l. καὶ insititium credidit. De voce confusa et haud distincta itidem usurpant patres vocem ἄσημος opposito εὔσημος. Chrysostom. T. VI. p. 100. C. ἄσημος βοή. p. 146. D. εὔσημος διάλεξις, quae loca praeter alia attulit *Matthaei* ad Chrysostom. Homm. Vol. II. p. 68.

καταλελοίπαμεν, πῶς τὰ ἀλλότρια ληψόμεθα; ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει [30]· ἃ καὶ οὐκ εἰς ἄχρη-

---

Opp. T. XII. p. 394. A. εὔσημον ποιῆσαι τὸν λόγον cf. 1. Cor. XIV, 9. *H.* — 30) Τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ ἔτει. Huius loci vitium nobis primum aperuit Regius codex, de quo antea ne suspicabamur quidem, cum praesertim Rufinus vulgatam lectionem confirmaret. Sed cum in codice Regio primum, postea vero in vetustissimo exemplari Mazarino et in Fuk. scriptum invenissem τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει, veram huius loci sententiam statim sum odoratus. [Consentit Stroth. *H.*] Ait igitur Eusebius actorum illorum quae in archivis Edessae repererat, huiusmodi fuisse subscriptionem: ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει. Id est: *Acta sunt haec anno quadragesimo ac trecentesimo.* Annus hic trecentesimus et quadragesimus iuxta Edessenos, cadit in annum primum Olympiadis 202. Etenim Edesseni annos suos numerabant ab Olympiadis 117. anno primo, quo Seleucus regnare orsus est in Asia, ut scribit Eusebius in chronico, a quo tempore usque ad initium Olympiadis secundae ac ducentesimae anni sunt trecenti ac quadraginta. Porro initium Olympiadis 202. incidit in annum 15. Tiberii Caesaris, qui duobus Geminis consulibus est insignitus. Quo quidem anno et passionem et accessionem domini contigisse, plerique veterum crediderunt. Inter quos est Tertullianus, Augustinus atque Victorius. Vides quantopere necessaria fuerit huius loci emendatio, quam ex codicibus nostris protulimus. Iam enim cuncta egregie conveniunt, cum Thaddaei adventus in urbem Edessam, et Abgari regis sanatio in eum aevum conferatur, quo Christus et passus est et a mortuis resurrexit. At Baronius qui vitiosam vulgarium editionum scripturam secutus est, adventum hunc Thaddaei retulit anno Christi tertio ac quadragesimo, in quo tum ab Edessenorum publicis actis, tum ab Eusebio longe discedit. Quippe in actis illis diserte scribitur, statim post ascensionem Christi haec gesta esse μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Ἰησοῦν, *etc.* Id ipsum repetit Eusebius in lib. 2. cap. 1., ubi etiam docet haec gesta esse principatu Tiberii Augusti. Quod profecto stare non posset, si haec in annum Christi tertium et quadragesimum conferrentur. Quod si quis de nostra emendatione adhuc dubitat, sciat in vetustissimo codice Vaticano, perinde ac in nostris codicibus scriptum esse ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ ἔτει. Denique in antiquissimo ac fidelissimo codice Rufini, quem mihi commodavit Claudius Ioly canonicus Parisiensis ecclesiae, vir eximia probitate ac doctrina praeditus, plane scriptum habetur: *Gesta sunt autem ista quadragesimo et trecentesimo anno:* ut iam de istius lectionis veritate dubitare nemo possit. Solus ex nostris codicibus Medicaeus scriptum habet τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστῷ ἔτει, et alia manu ad marginem pro τριακοστῷ emendatur τρίτῳ, quam corruptissimam lectionem nollem a Rob. Stephano pro recta ac legitima admissam fuisse. Ceterum huius epochae Edessenorum meminit Eusebius in chronico ad annum 1.

στον πρὸς λέξιν ἐκ τῆς Σύρων μεταβληθέντα φωνῆς, ἐνταῦθά μοι κατὰ καιρὸν κείσθω.

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου πρώτου τέλος.

Olympiadis 264.: *Secundo anno Probi iuxta Antiochenos* 325. *anno, iuxta Edessenos* 588. *insana Manichaeorum haeresis in commune humani generis malum exorta.* Hi autem anni Edessenorum ab autumnali aequinoctio sumebant exordium, ut mos fuit Syrorum et omnium fere Orientalium.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας

Λόγος β΄.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅσα μὲν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐχρῆν ὡς ἐν προοιμίῳ διαστείλασθαι, τῆς τε θεολογίας πέρι τοῦ σωτηρίου λόγου [1]), *καὶ τῆς ἀρχαιολογίας τῶν τῆς ἡμετέρας διδασκαλίας δογμάτων, ἀρχαιότητός τε τῆς κατὰ Χριστιανοὺς εὐαγγελικῆς πολιτείας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἔναγχος ἐπιφανείας αὐτοῦ, τάτε περὶ τοῦ πάθους καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς ἐν τῷ πρὸ τούτου, συντεμόντες* [a]) *τὰς ἀποδείξεις, διειλήφαμεν. Φέρε δ᾽ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἤδη καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ διασκεψώμεθα, τὰ μὲν ἐκ τῶν θείων παρασημαινόμενοι γραμ-*

---

1) *Τῆς τε θεολογίας περὶ τοῦ σωτηρίου λόγου.* **Assentior Henrico Savilio, qui in libro suo emendavit** *πέρι* **accentu in primam syllabam reiecto. Quod fieri solet quoties praepositio, quae praeire debuerat, postponitur vocabulo. Sic igitur construenda est oratio** *περί τε τῆς θεολογίας τοῦ σωτηρίου λόγου.* **Nam praepositio** *περὶ* **refertur ad vocem** *θεολογίας*, **non autem ad** *σωτηρίου λόγου.* **Idque manifestissime apparet ex sequentibus Eusebii verbis. Sequitur enim in hac ipsa periodo** *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἔναγχος ἐπιφανείας αὐτοῦ.* **Nec aliter construxit Nisephorus, ut patet ex initio libri secundi. [***πέρι* **scripsi.** ***H.*****] — 2)** *Συντεμόντες* **i. e. breviter complexi sumus. cf. Eurip. Iphig. A. v. 1236.** *ἓν συντεμοῦσα πάντα νικήσω λόγον.* **Similiter** *συλλαμβάνειν τὶ* **legitur, ut nos dicimus:** ***etwas zusammenfassen.*** **Plat. Men. §. 8.** *ὅπερ ἂν συλλαβὼν εἴποιμι.* **cf. Plat. Symp. 37, 4. Pind. Pyth. 1, 158.** *Διειλήφαμεν* **autem est:** ***exposuimus.*** **cf.** ***Passow.*** **s. v. 5. Sed mutandam putavi interpunctionem h. l. ita ut comma, quod Valesius et Stroth. posuerant post** *συντεμόντες*, **collocarem post** *ἀποδείξεις* **propterea, quod non hoc dicit Eusebius, se breviter exposuisse de Christi** *θεολογίᾳ* **etc. etc. quocum pugnaret ipsa vox** *διαστείλασθαι.* **(cf. Index s. v.) sed se breviter attulisse** *τὰς ἀποδείξεις.* **Hinc recte vertit ipse Vales.** ***adiectis quanta bre-***

μάτων, τὰ δ' ἔξωθεν προςιστοροῦντες ἐξ ὧν κατὰ καιρὸν μνημονεύσομεν [3]), ὑπομνημάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων.

(Nic. H. E. II, 1—6.)

Πρῶτος τοιγαροῦν [1]) εἰς τὴν ἀποστολὴν ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα κληροῦται Ματθίας, εἷς καὶ αὐτὸς ὡς δεδήλωται, τῶν τοῦ κυρίου γενόμενος μαθητῶν. Καθίστανται δὲ δι' εὐχῆς καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως τῶν ἀποστόλων εἰς διακονίαν, ὑπηρεσίας ἕνεκα τοῦ κοινοῦ, ἄνδρες δεδοκιμασμένοι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ οἱ ἀμφὶ τὸν Στέφανον· ὃς καὶ πρῶτος μετὰ τὸν κύριον, ἅμα τῇ χειροτονίᾳ [2]), ὥσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο προαχθεὶς, λίθοις εἰς θά-

---

vitate fieri potuit probationibus i. e. συντεμόντες τὰς ἀποδείξεις. Ob hanc ipsam causam delevi comma post ἐκλογῆς et posui post πρὸ τούτου. *H.* — 3) Ἐμνημονεύσαμεν. Iampridem conieceram scribendum esse μνημονεύσομεν. [Ita Stroth. *H.*] Quam coniecturam confirmant Regius codex et Mazarinus, in quibus ita diserte scriptum inveni. In Med. autem et Fuk. legitur μνημονεύσωμεν, quemadmodum etiam in Mazarino emendatum est recentiore manu. Non dissimulabo tamen, vulgatam lectionem in codice Regio superscriptam esse eadem manu.

Cap. I. 1) Πρῶτος τοιγαροῦν. Ab his verbis primum caput exorsi sumus, partim Rufini, partim Regii codicis et Maz. et Fuk. auctoritatem sequentes. Nam quae praecedunt, prooemii locum obtinent. Quippe Eusebius singulis historiae suae libris brevia quaedam prooemia solet praefigere, quibus tum ea quae superiore libro dicta sunt, summatim recenset, tum ea, quae dicturus est, insinuat. Quod tamen a Christophorsono minime est observatum. Porro in huius capitis titulo emendavi διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων, suffragantibus quatuor codicibus Maz. Med. Fuk. ac Savil. Quibus consentit etiam Rufinus. Sic enim vertit: *De vita et institutione apostolorum post adscensionem Christi.* Solus codex Regius scriptum habet διαταγῆς. — 2) Ἅμα τῇ χειροτονίᾳ. Quo anno Stephanus martyrii coronam adeptus sit, non convenit inter omnes. Alii eodem anno quo passus est Christus, lapidatum illum esse volunt, 7 Calendas Ianuarias. Ita diserte scribitur in excerptis chronologicis quae cum Eusebii chronico edidit Scaliger pag. 68. Et haec fuisse videtur Eusebii sententia, ut ex hoc loco apparet. Alii vero triennio post Christi mortem martyrium Stephani retulerunt, anno Tiberii ultimo. Ita scribit in

νατον πρὸς τὸν κυριοκτόνων βάλλεται. Καὶ ταύτῃ πρώτως τὸν αὐτῷ φερώνυμον τῶν ἀξιονίκων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων ἀποφέρεται στέφανον. Τότε δῆτα καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ κυρίου λεγόμενον ἀδελφὸν, ὅτι δὴ καὶ οὗτος τοῦ Ἰωσὴφ ὠνόμαστο παῖς [3]· τοῦ δὲ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσὴφ, ᾧ μνηστευθεῖσα ἡ παρθένος, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς [4]), εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου, ὡς ἡ ἱερὰ τῶν εὐαγγελίων διδάσκει γραφή· τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν Ἰάκωβον, ὃν καὶ δίκαιον ἐπίκλην οἱ πάλαι δι' ἀρετῆς ἐκάλουν προτερήματα, πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον [5]).

---

chronico Georgius Syncellus. Multi etiam ulterius processerunt, et Stephanum anno ab ordinatione sua septimo passum esse scripserunt. Inter quos est Evodius apud Nicephorum, et Hippolytus Thebanus, et auctor chronici Alexandrini, qui anno Claudii primo martyrium Stephani adsignat. Quae sententia hinc ut opinor manavit. Pro certo scilicet habebant, Paulum paucis diebus post caedem Stephani ad Christi fidem fuisse conversum. Eundem vero anno conversionis suae tertio Hierosolyma advenisse, ipsius testimonio didicerant. Id porro accidisse anno Claudii tertio paulo aute obitum Herodis Agrippae, ex Lucae historia optime concludebant. — 3) Οὗτος τοῦ Ἰωσὴφ ὠνόμαστο παῖς· τοῦ δε Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσήφ. Horum verborum loco in Fuketiano et Saviliano codice ita scriptum habetur: Οὗτος υἱὸς ἦν τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ νομιζομένου οἱονεὶ πατρὸς τοῦ Χριστοῦ, levi discrimine, cum idem sit utrobique sensus. Ait igitur Eusebius, Iacobum qui in evangelio et in epistolis Pauli frater domini dicitur, filium fuisse Iosephi ex alia coniuge, quam Iosephus ante Mariam sibi sociaverat. Cum Eusebio consentit Epiphanius in haeresibus Nazaraeorum et Antidicomarianitarum, Gregorius Nyssenus in oratione secunda de Christi resurrectione, et Hippolytus apud Nicephorum in lib. 2. cap. 3. nisi tamen titulus mentitur auctorem. Sed Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, Iacobum hunc idcirco fratrem domini appellatum esse existimat, quod filius esset Mariae, sororis matris domini. Cum Hieronymo consentit Chrysostomus et Theodoretus in epistolam ad Galatas, aliique plures. Multa quidem de hoc argumento disseruit Baronius in Annalibus. Mihi tamen verior videtur opinio eorum, qui Iacobum et reliquos domini fratres, Iosephi ex priore matrimonio filios esse dicunt. Haec enim sententia magis congruit verbis evangelii. Iosephus quoque in libro 20. antiquitatum, et in libris de excidio Hierosolymitano, hunc Iacobum diserte appellat fratrem Iesu Christi. [Cf. *Pearson.* Expos. in Symb. apost. p. 175. *H.*] — 4) Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα. In tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum est ηὑρήτο, quod magis placet. Et paulo post ubi legitur τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν τὸν Ἰάκωβον, iidem codices scriptum habent, τοῦτον δὴ τὸν Ἰάκωβον, etc. quibus etiam consentit codex Savilii. — 5) Πρῶτον — θρόνον. cf.

Κλήμης δὲ ἐν ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων γράφων ὧδε παρίστησι. „Πέτρον γάρ φησι [6]) καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι." Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ φησίν· „Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος [7]). Οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ὧν εἷς

VII, 19. Iacobum hunc primum fuisse episcopum, praeter alios concesserunt *Acta Sanctor.* mensis Maii Tom. 1. p. 23. *Tillemont.* Memoires pour servir à l'Histoire de l'Eglise. T. I. p. 1008. sq. Sed recte monuit iam *Moshem. Commentar. de rebus Christ. a C. M.* p. 134. ideo Iacobum pro episcopo Hierosolymitano habitum fuisse, quia in ecclesia Hierosolymitana, eum reliqui apostoli ad legatorum Christi munus obeundum in varias terras abiissent, in ecclesia illa erat princeps, neque quidquam sine eius consilio et auctoritate presbyteri, quos rexisse probabile est coetum Hierosolymitanum, gererent. Certe ex Act. 21, 18. 20. nihil potest concludi. vid. v. 22. At in ecclesia Hierosolymita natam quasi esse dignitatem episcopalem, idem *Moshemius* bene ostendit. vid. Euseb. H. E. IV, 5. 20. *H.* — 6) *Πέτρον γάρ φησι.* Hadrianus Turnebus in suo codice emendaverat φασί, quam emendationem reperi etiam in libro Renati Moraei medici Parisiensis. Nostri tamen codices omnes cum Rufino ac Nicephoro vulgatam lectionem tuentur. Mox in iisdem Turnebi ac Moraei libris pro ἐπιδικάζεσθαι emendatum est ἐπιδικάσασθαι quod certe rectius videtur. — 7) *Παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ κύριος.* *Donum scientiae* interpretatus sum. Erant tum in ecclesia multa eiusmodi dona seu charismata, quae non solum apostolis, sed etiam aliis e populo fidelibus deus interdum communicabat, ut testatur Paulus. Inter haec dona praecipuum fuit γνῶσις, quam Clemens in libro 6. Stromateon definit scientiam et comprehensionem praesentium, praeteritorum ac futurorum: aitque Christum cum in terris versaretur, eam apostolis tradidisse, ab apostolis vero continua deinceps successione ad paucissimos pervenisse. *Σοφία ἂν εἴη ἡ γνῶσις, ἐπιστήμη οὖσα καὶ κατάληψις τῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων καὶ παρῳχηκότων, βεβαία καὶ ἀσφαλής· ὡς ἂν παρὰ υἱοῦ θεοῦ παραδοθεῖσα καὶ ἀποκαλυφθεῖσα.* Et paulo post: *ἡ γνῶσις δὲ αὐτὴ ἡ κατα διαδοχὰς εἰς ὀλίγους ἐκ τῶν ἀποστόλων ἀγράφως παραδοθεῖσα κατελήλυθεν.* Et ecclesia quidem hoc scientiae donum perpetuo retinet. Haeretici vero quamvis eam sibi vindicent et Gnosticorum nomen usurpent, eam tamen habere non possunt, cum alieni sint ab ecclesia dei. [Scilicet Catholica. Praeterea constat, opinionem illam maxime Clementis et Alexandrinorum fuisse. cf. Orig. cont. Cels. IV, 6. *Moshem.* Comment. de rebus Christ. a. C. M. p. 304. *Reuterdahl.* de fontt. hist. p. 42.

ἦν καὶ Βαρνάβας. Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι, εἷς ὁ δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς εἰς θάνατον [8]) ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθείς." Αὐτοῦ δὲ τοῦ δικαίου καὶ ὁ Παῦλος μνημονεύει γράφων· „ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου." Ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τὸν τῶν Ὀσροηνῶν βασιλέα τέλος ἐλάμβανεν ὑποσχέσεως. Ὁ γοῦν Θωμᾶς τὸν Θαδδαῖον κινήσει θειοτέρᾳ, ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν [9]) κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει, ὡς ἀπὸ τῆς εὑρεθείσης αὐτόθι γραφῆς μικρῷ πρόσθεν ἐδηλώσαμεν. Ὁ δὲ τοῖς τόποις ἐπιστὰς, τόν τε Ἄγβαρον ἰᾶται τῷ Χριστοῦ λόγῳ, καὶ τοὺς αὐτόθι πάντας τοῖς τῶν θαυμάτων παραδόξοις ἐκπλήττει· ἱκανῶς τε αὐτοὺς τοῖς ἔργοις διαθεὶς, καὶ ἐπὶ σέβας ἀγαγὼν τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, μαθητὰς τῆς σωτηρίου διδασκαλίας κατεστήσατο· εἰσέτι τε νῦν ἐξ ἐκείνου ἡ πᾶσα τῶν Ἐδεσσηνῶν πόλις, τῇ τοῦ Χριστοῦ προσανάκειται προσηγορίᾳ, οὐ τὸ τυχὸν ἐπιφερομένη δεῖγμα τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐξ ἀρχαίων ἱστορίας εἰρήσθω. Μετίωμεν δ' αὖθις ἐπὶ τὴν θείαν γραφήν. Γενομένου δῆτα ἐπὶ τῇ τοῦ Στεφάνου μαρτυρίᾳ πρώτου καὶ μεγίστου πρὸς αὐτῶν Ἰουδαίων κατὰ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας διωγμοῦ, πάντων τε τῶν μαθητῶν πλὴν ὅτι τῶν δώδεκα μόνων, ἀνὰ τὴν Ἰουδαίαν τε καὶ Σαμάρειαν διασπαρέντων, τινὲς ὥς φησιν ἡ θεία γραφὴ, διελθόντες ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, οὔπω μὲν ἔθνεσιν οἷοί τε ἦσαν τοῦ τῶν πίστεως μεταδιδόναι λόγου τολμᾷν, μόνοις δὲ τούτου Ἰουδαίοις κατήγγελλον. Τηνικαῦτα καὶ Παῦλος ἐλυμαίνετο εἰσέτι τότε τὴν ἐκκλησίαν, κατ' οἴκους τῶν πιστῶν εἰσπορευόμενος, σύρων [10]) τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ εἰς φυλακὴν παραδιδούς. Ἀλλὰ καὶ

sq. *H.*] Porro vetus interpres Irenaei γνῶσιν semper vertit *agnitionem.* — 8) *Ὁ — θάνατον* cf. quae monui infra II, 23. not. 2. 6. *H.* — 9) *Ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν.* In codice Maz. Med. Fuk. ac Saviliano legitur ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα. [Vid. *Theoph. Sigefr. Bayeri* Historia Edessena et Osroëna III. p. 104. 106. 358. Ecclesiam Edessenam mature a quodam discipulorum Iesu ad religionem Christianam fuisse adductam non tam improbabile est, quam similes de apostolorum conversionibus narrationes, quas passim legimus. cf. *Schröckh.* *christliche Kirchengeschichte* T. II. p. 34. *H.*] — 10) *Σύρων* i. e. cum vi, non sine violentia secum ducens, *schleppend.* Differt enim bene illa vox ab ἑλκύειν. vid. *I. A. H.*

Φίλιππος εἷς τῶν ἅμα Στεφάνῳ προχειρισθέντων εἰς τὴν διακονίαν, ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος, κάτεισιν εἰς τὴν Σαμάρειαν, θείας τε ἔμπλεως ὢν δυνάμεως, κηρύττει πρῶτος τοῖς αὐτόθι τὸν λόγον. Τοσαύτη δ' αὐτῷ θεία συνήργει χάρις, ὡς καὶ Σίμωνα [11]) *τὸν μάγον μετὰ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν* [12]), *τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἑλχθῆναι. Ἐπιτοσοῦτον δ' ὁ Σίμων βεβοημένος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἠπατημένων ἐκράτει γοητείᾳ, ὡς τὴν μεγάλην αὐτὸν ἡγεῖσθαι εἶναι δύναμιν τοῦ θεοῦ. Τότε δ' οὖν καὶ οὗτος τὰς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου δυνάμει θείᾳ τελουμένας καταπλαγεὶς παραδοξοποιΐας, παραδύεται, καὶ μέχρι λουτροῦ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καθυποκρίνεται. Ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον εἰς δεῦρο γινόμενον πρὸς* [13]) *τῶν ἔτι καὶ νῦν τὴν ἀπ' ἐκείνου μιαρωτάτην μετιόντων αἵρεσιν· οἳ τῇ τοῦ σφῶν προπάτορος μεθόδῳ, τὴν ἐκκλησίαν λοιμώδους καὶ ψωραλέας νόσου δίκην ὑποδυόμενοι, τὰ μέγιστα λυμαίνονται τοὺς* [14]), *οἷς ἐναπομάξασθαι οἷοί τε ἂν εἶεν τὸν ἐν αὐτοῖς ἀποκεκρυμμένον δυσαλθῆ καὶ χαλεπὸν*

Tittmann. Lexici synonym. in N. T. Specim. III. p. 8. sqq. cf. infra VII, 12. ἄκοντας, καὶ μηδὲ ἑπομένους, βίᾳ τε σύροντες. *H.* — 11) *Σίμωνα* Iustinus M. vocat *Σαμαρέα* τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιτθῶν vid. *Moshem. Commentarr. de rebus Christ. a. C. M.* p. 187. sqq. et *Dissertationum ad Historiam ecclesiasticam pertinentium* Vol. II. p. 60. sqq. *Schröckh.* l. l. T. II. p. 239. sqq. *H.* — 12) *Μετὰ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν.* Magis placet lectio codicum nostrorum Mazarini scilicet Med. Fuk. ac Saviliani μετὰ πλείστων ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἑλχθῆναι. — 13) *Πρὸς τῶν — — ιόν.* Patet vel ex hoc loco, quanto odio ipse Eusebius prosecutus fuerit haereticos cf. VII, 31. ubi Manetem tanquam pessimorum pessimum et ab ipso satana instigatum describit. Cuiuscunque praeterea haereseos auctor nostro est satanas, a quo omnia mala Christianis unice infligguntur. cf. II, 14. IV, 7. vid. *Möller de fide Eus.* p. 86. sq. 64. Orthodoxos contra et Christianos omnes saepius iusto magis effert Eusebius, unde adeo III, 23. orthodoxiae famam satis idoneum fidei historicae Irenaei et Clementis Al. documentum dicit. cf. Euseb. contr. Hierocl. edit. Paris. p. 520. : ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα προθύμως τοῖς ἀληθείας ἐχομένοις πειθόμενος, εἰ καὶ μείζονά τινα καθ' ὑπερβολὴν ἐς ἔπαινον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λέγοιτ' ἄν, πιστὰ — εἰπεῖν μοι δοκῶ, ὅτι μὴ μόνα τὰ τερατώδη καὶ λήρου πλέα. Temere igitur puto *Kestnerum* de Euseb. auct. p. 16. §. 17. hoc crimine liberare Eusebium studuisse, qui, quamvis aetatis suae opinionibus non plane superior, tamen manet scriptor fide dignissimus. Nihil autem contendi potest ex mea sententia, nisi Eusebium interdum orthodoxiae studium, quo agebatur, mitigasse. cf. Vit. Const. III, 59. *Möller.* p. 52 — 54. et quae monebo ad IV, 18. *H.* — 14) *Τοὺς, οἷς κ. λ.* cf. II, 18. III, 6. ubi eodem modo articulus loco pro-

ἰόν. Ἤδη γέτοι πλείους τούτων ἀπεώσθησαν, ὁποῖοί τινες εἶεν [15]) τὴν μοχθηρίαν ἁλόντες· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Σίμων αὐτὸς πρὸς τοῦ Πέτρου καταφωραθεὶς ὃς ἦν, τὴν προσήκουσαν ἔτισε τιμωρίαν. Ἀλλὰ γὰρ εἰς αὔξησιν ὁσημέραι προϊόντος τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, οἰκονομία τὶς ἦγεν καὶ ἀπὸ τῆς Αἰθιόπων τῶν τῆς αὐτόθι βασιλίδος, κατά τι πάτριον ἔθος ὑπὸ γυναικὸς τοῦ ἔθνους εἰσέτι νῦν βασιλευομένου, δυνάστην· ὃν πρῶτον ἐξ ἐθνῶν πρὸς τοῦ Φιλίππου δι' ἐπιφανείας τὰ τοῦ θείου λόγου ὄργια μετασχόντα, τῶν τε ἀνὰ τὴν οἰκουμένην πιστῶν ἀπαρχὴν γενόμενον, πρῶτον κατέχει λόγος ἐπὶ τὸν πάτριον παλινοστήσαντα γῆν, εὐαγγελίσασθαι τὴν τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν ζωοποιὸν εἰς ἀνθρώπους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν, ἔργῳ πληρωθείσης δι' αὐτοῦ τῆς, Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ, περιεχούσης προφητείας. Ἐπὶ τούτοις Παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, δι' ἀποκαλύψεως δ' αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ἀπόστολος ἀναδείκνυται, δι' ὀπτασίας καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν οὐρανίου φωνῆς, ἀξιωθεὶς τῆς κλήσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

Ὅπως Τιβέριος ὑπὸ Πιλάτου τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ διδαχθεὶς ἐκινήθη.

(Nic. H. E. II, 8.)

Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῖς πλείστοις ἤδη περιβοήτου κατεστώσης, παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους [1]) τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ

---

nominis demonstrativi οὗτος positur, *Winer.* neutest. Grammatik p. 57. 1. Galat. V, 14. *Matthiae ausführliche griechische Grammatik* p. 540. 2. sq. *H.* — 15) Ὁποῖοί τινες εἶεν. Quatuor nostri codices Mazarinus, Med. Fuk. ac Savil scriptum habent ὁποῖοί τινες ἦσαν, quod rectius videtur. Sic enim paulo post dicit: καταφωραθεὶς ὃς ἦν. [ἦσαν in textum recepit Stroth. *H.*]

Cap. II. 1) *Παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους.* Quaeret hic fortasse aliquis, cur hunc morem, ut scilicet rectores provinciarum, si quid apud

παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἤδη καθ᾽ ὅλης Παλαιστίνης βεβοημένα, Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται, ὡς τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας [2]*, καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἤδη θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο. Τὸν δὲ Τιβέριον ἀνενεγκεῖν* [3] *μὲν τῇ συγκλήτῳ, ἐκείνην τ᾽ ἀπώσασθαι*

---

se novi contigisset, referrent ad principem, antiquum vocat Eusebius. Neque enim mos ille tunc quidem temporis valde vetustus erat, cum recens adhuc esset imperium Romanum, et nuperrime ab Augusto constitutum. Aut igitur dicendum est, Eusebium de suis temporibus intellexisse, cum morem illum antiquum vocavit, aut certe prisca illa tempora designasse, quibus respublica Romana populari imperio regebatur. Tunc enim proconsules et praetores qui in provinciis erant, missis ad senatum literis, quicquid novi contigerat, renuntiabant. — 2) *Ὡς τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας.* Nostri codices Regius, Maz. Med. cum Fuk. ac Savil. omnes uno consensu scriptum habent *ὅς τάς τε ἄλλας* absque sensu. Recte igitur Rob. Stephanus emendavit, *ὡς τάς τε ἄλλας*, etc. Quod autem sequitur *καὶ ὡς ὅτι* pleonasmus est Eusebio familiaris, ut *μὴ οὐχὶ* et similia. Mallem tamen posterius istud *ὡς* expungere, ne molesta sit eiusdem particulae repetitio. — 3) *Τιβέριον ἀνενεγκεῖν.* Conferatur locus insignis apud Euseb. IV, 26. ex apologia Melitonis et VII, 18 extr. *Balduini Commentarius ad edicta veterum principum Romanorum de Christianis* p. 22. 23. *Fabricius* in *luce evangelii toti orbi exoriente* p. 221. *Theodor. Hasaeus* de decreto Tiberii, quo Christum referre voluit in numerum deorum, Erfurti 1715, 4. Nostra aetate pauci veritatem rei illius credent, quam post Eusebium certe tetigit Chrysost. hom. 27. in 2 Cor. *Σύγκλητος Ῥωμαίων ταύτην εἶχε τὴν ἀξίαν χειροτονεῖν καὶ ἐγκρίνειν θεούς. Ὅταν οὖν τὰ κατὰ Χριστὸν ἀπηγγέλη πάντα, ἔπεμψεν ὁ τοῦ ἔθνους ἄρχων πυνθανόμενος εἰ δοκεῖ αὐτοῖς καὶ αὐτὸν χειροτονῆσαι θεόν.* Idem postea tradiderunt Orosius, Cedrenus, Gregor. Turonensis, Nicephorus. Neque defuerunt recentiores, qui illud probabile reddere studerunt, ut *Pearson.* lection. in acta apost. p. 63. qui leviores sane *Tanaq. Fabri* ep. II, 12. obiectiones refutavit referente Readingo ad h. l. cf. Sueton. vit. Tib. c. 26. Prae reliquis autem vid. *Moshem. dissertt. ad histor. eccles. pertt.* Vol. I. p. 357. sq. ed. III. cf. *Danz.* de Euseb. C. p. 130. sq. „*Qui quidem* (Eusebius) *si Tertullianum sequitur eiusque auctoritate narrationem de Tiberio, rerum a Christo factarum relatione Pilati commoto* (II, 2.) *confirmat, nihil contra leges, de usu fontium historicis praescriptos, peccavit. Tertullianus enim, ut ipse Eusebius perhibet, vir gravissimus, legum Romanarum peritissimus; locus vero testimonii desumtus ex opere publico, contra ipsos Romanos scripto, et inter Ro-*

φασὶ τὸν λόγον [4]), τῷ μὲν δοκεῖν, ὅτι μὴ πρότερον αὐτὴ τοῦτο δοκιμάσασα ἦν· παλαιοῦ νόμου κεκρατηκότος, μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ Ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι, μὴ οὐχὶ ψήφῳ καὶ δόγματι συγκλήτου· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὅτι μὴ δὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικρίσεώς τε καὶ συστάσεως, ἡ σωτήριος τοῦ θείου κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλία. Ταύτης δ' οὖν ἀπωσαμένης [5]) τὸν προςαγγελθέντα

---

manos Graecosque magna semper existimatione habito." *Reuterdahl. de fontt.* p. 39. sq. „*Tertullianus quidem nihil habet de Pilato res Christi Tiberio annuntiante et nihil de miraculis et resurrectione Christi, Pilatum ad has res Tiberio nuntiandas commoventibus. Haec ex propria quadam loci Tertullianei interpretatione sibi sumsit Eusebius. Reliqua vero ut apud Eusebium, sic fere in Tertulliano adsunt; de fide autem eorum nihil certi statuere audemus, magnam eam non indicamus. Vix probari potest rem, quae imperatori tyranno placeret, servo Senatui displicuisse ideoque fuisse reiectam.*" *H.* — 4) *Τῷ μὲν δοκεῖν — διδασκαλία.* Horum verborum sensus hic est: Senatus repudiavit Tiberii consilium, ut videbatur, propterea quod sua ipsius auctoritate non erat decretum, ut inter divos referretur Christus, reapse autem divinae providentiae tribuendum est illud, quod fecit senatus, quia non indiget humano auxilio divina veritas. Ita equidem plenius exprimendam putavi Eusebii sententiam. *Τῷ μὲν δοκεῖν* enim aperte opponitur sequenti τῇ δ' ἀληθείᾳ ideoque nihil esse potest nisi: *ut videbatur aliis*, et non recte vertit Valesius: *specie* quidem eo, quod senatus auctoritas ad id non *exspectata videbatur.* Quod quomodo in verbis inesse possit, difficile intelligitur. Quomodo enim δοκεῖν simul potest referri ad verba δοκιμάσασα ἦν? Praeterea alienus plane ita existit sensus. Lex vetus postulabat, ut nemo inter deos reciperetur, nisi *solius senatus auctoritate.* Contra ex illis verbis sequeretur illud, nonnisi *confirmare* potuisse senatum imperatoris hac de re scita. Deinde autem accuratius reddere studui vim alterius illus ὅτι μὴ post τῇ δ' ἀληθείᾳ. Neque enim hoc dicere voluit Eusebius, senatum vere propterea reprobasse Tiberii postulatum, quod ipse intelligeret, evangelii doctrinam non muniendam *esse* commendatione humana, sed refert *illud* quidem, si factum est, *recte* ad providentiam divinam, qua moderante ob illam causam unice veram senatus non admiserit Tiberii iussum. Hinc fere haec sunt subaudienda: reapse divina providentia moderante propterea reprobare debebat senatus Tiberii postulatum, quia etc. Sed cf. I, 2. 6. extr. III, 7. 8. extr. IV, 15. ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης αὐτῷ ἐπὶ τοῦ προςκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι. VIII, 1. 2. IX, 10. unde, quam studiosus fuerit Eusebius, etiam visorum et vaticiniorum quae ubivis agnovit, eventum probandi, satis intelligitur. Vid. *Möller. de fide Eus.* p. 63. cf. *Kestner.* de Euseb. auct. p. 70. *H.* — 5) *Ταύτης δ' οὖν ἀπωσαμένης.* Procul dubio scribendum est ταύτῃ δ' οὖν, quam emendationem confirmat Nicephorus in lib. 2. cap. 8. Sic enim ait: οὕτω δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς

περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λόγον τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, τὸν Τιβέριον, ἣν καὶ πρότερον εἶχε γνώμην τηρήσαντα, μηδὲν ἄτοπον[6] κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπινοῆσαι. Ταῦτα Τερτυλλιανὸς τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκὼς [7] ἀνήρ, τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης [8] λαμπρῶν, ἐν τῇ γραφείσῃ μὲν αὐτῷ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, μεταβληθείσῃ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀπολογίᾳ, τίθησι κατὰ λέ-

---

ἀποβαλομένης τὸν περὶ τοῦ σωτῆρος λόγον, etc. — 6) Ἄτοπος h. l. idem esse puto, quod ἄδικος, quo sensu saepius legitur illud in N. T. vid. *Wettstenius* ad Luc. XXIII, 41. p. 818. cf. *Schleusner*. Lex. s. v. Neque aliter usurpatur verbum illud apud Phalar. epist. 73. ubi tamen recte observare videtur *Lennepius*, ἄτοπον ea, quam dixi, significatione haud legi apud scriptores Atticos. Perperam vertisse puto Valesium h. l. ἄτοπον: *durius*. Nihil habet Suicerus. *H.* — 7) Τερτυλλιανὸς τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκώς. Ex hoc loco quidam suspicati sunt, Tertullianum illum qui inter ecclesiasticos scriptores celebris habetur, iurisconsultum fuisse. Certe in indice Pandectarum, inter iuris auctores ex quibus opus illud collectum est, recensetur Tertullianus qui libros octo quaestionum scripsit, et de castrensi peculio librum singularem. Sed non dubito, quin hic diversus sit ab illo presbytero Carthaginensi. Neque vero Eusebius illum iurisconsultum fuisse dicit; sed tantum ait eum leges Romanas accuratissime calluisse. Quod quidem vel ex uno eius apologetico licet cognoscere, in quo legum Romanarum saepissime meminit. Ac mihi quidem videtur Eusebius hunc unum Tertulliani librum legisse, cum solus hic ex Tertulliani libris in Graecum sermonem conversus fuisset. [Cf. III, 32. V, 1. VI, 43. vid. *Möller*. de fide Eus. p. 30. *H.*] — 8) Τῶν ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν. Ex his verbis colligere quis posset Tertullianum Romae vixisse, et unum fuisse ex senatorio ordine. Id enim sonant haec verba. Constat tamen ex Hieronymo in chronico et in libro de scriptoribus ecclesiasticis, Tertullianum domo Carthaginensem fuisse, patre centurione proconsularis officii. Quae quidem militia non admodum fuit honorata, quippe cum eiusmodi milites nudum nomen militum haberent, re ipsa autem apparitores essent proconsulum, et vilibus ministeriis fungerentur. De patria quidem sua ipsemet scribit in apologetico cap. 9. ubi agit de Tiberio proconsule Africae, qui sacerdotes Saturni in crucem egerat: *Teste militia patriae nostrae, quae id ipsum munus illi proconsuli functa est.* Id est: *testes sunt officiales seu apparitores Carthaginenses proconsulum Africae.* Quare haec Eusebii verba τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν, malim interpretari de scriptoribus Latinis. Solet enim Eusebius Romanorum vocabulo designare, non ipsos Romanae urbis indigenas ac cives, sed Latinos et occidentales, ut inferius notabitur. Recte ergo Rufinus hunc Eusebii locum ita vertit: *Haec Tertullianus, vir et legum et institutionum Romanarum peritissimus, et inter nostros scriptores admodum clarus.* —

ξιν τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· „ἵνα δὲ καὶ ἐκ [9]) τῆς γενέσεως διαλεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων, παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιεροῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος [10]) οὕτως περί τινος εἰδώλου πεποίηκεν Ἀλβούρνου [11]). Καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν λόγου πεποίηται, ὅτι παρ' ὑμῖν ἀνθρωπείᾳ δοκιμῇ ἡ θεότης δίδοται. Ἐὰν μὴ ἀνθρώπῳ θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς οὐ γίνεται. Οὕτως κατά γε τοῦτο, ἄνθρωπον θεῷ ἵλεων εἶναι προσήκει. Τιβέριος οὖν ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης [12]) τοῦ δόγματος τούτου ἔνθα πρῶ-

---

9) Ἵνα δὲ καὶ vid. Tertull. Apol. 5. *Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum, vetus erat decretum, ne qui deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus; ut* (Val. male *scit*) *M. Aemilius de deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit, homo iam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum introivit, annuntiatum sibi ex Syria Palaestinae quod illic* (Val. *quae*) *veritatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad senatum cum praerogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit. Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. H.* — 10) Μάρκος Αἰμίλιος cf. Tertull. contra Marc. I, 18. qui pro M. Aemilio *Metellum* nominat. *H.* — 11) Ἀλβούρνου. Huius dei nomen in codice Maz. et Fuk. circumflexam habet ultimam syllabam. Codex autem Medicaeus duplicem habet accentum. Quod quidem in illo codice non semel factum esse observavi, exempli gratia in voce Σολόμωνος. Hoc enim nomen duplici accentu semper notare solet codex Medicaeus, acuto scilicet in antepenultima syllaba, in penultima autem circumflexo. — 12) Ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος. Quisquis hunc Tertulliani locum graece vertit (neque enim ab Eusebio conversum existimo) mentem illius non satis assecutus videtur. Verba Tertulliani apud Rufinum sic leguntur: *Adnuntiata sibi ex Syria Palaestina quae illic veritatem istius divinitatis revelaverunt, detulit ad senatum.* Quam lectionem amplexus est Nicolaus Rigaltius in editione operum Tertulliani, merito certe. Nam altera quae in vulgatis legitur scriptura, ferri non potest. Sic igitur vertendus erat hic locus: ἀγγελθέντων αὐτῷ τῶν θαυμάτων ἐκ τῆς Συρίας τῆς Παλαιστίνης, ἅπερ ἐκεῖ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐκείνου θεότητος κατάδηλον ἐπεποιήκει, etc. Certe vel hic unus locus manifeste indicat, Eusebium huius Graecae interpretationis auctorem non fuisse, quod tamen Scaliger aliique sibi persuaserunt. Nam si Eusebius ipse hunc Tertulliani locum Graece vertisset, non omissurus utique fuisset id quod ad institutum ipsius maxime faciebat, mentionem scilicet miraculorum Christi, quae Pilatus ad Tiberium retulerat. Id enim ipse superius dixit initio huius capitis τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, τοῦ

τον ἤρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται [13]. Ἡ δὲ σύγκλητος, ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο· ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις." Τῆς οὐρανίου προνοίας κατ' οἰκονομίαν τοῦτ' αὐτῷ πρὸς νοῦν βαλλομένης, ὡς ἂν ἀπαραποδίστως ἀρχὰς ἔχων ὁ τοῦ εὐαγγελίου λόγος, πανταχόσε γῆς διαδράμοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Ὅπως εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐν βραχεῖ χρόνῳ διέδραμεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγος.

(Nic. H. E. II, 8.)

Οὕτω δῆτα οὐρανίῳ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ, ἀθρόως οἷά τις ἡλίου βολή, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ὁ σωτήριος κατηύγαζε λόγος, αὐτίκα [1]) ταῖς θείαις ἑπομένως γραφαῖς [2]), ἐπὶ πᾶσαν προήει τὴν γῆν ὁ φθόγγος τῶν θεσπεσίων εὐαγγελιστῶν αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Καὶ δῆτα ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ κώμας, πλη-

---

σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται, etc. Atqui in Tertulliani loco, prout is Graece conversus hic refertur, nulla fit mentio admirabilium Christi operum, sed tantum dogmatis Christiani. Certum est igitur, Eusebium huius versionis auctorem non fuisse. Porro quod Tertullianus dicit annuntiatum Tiberio ex Syria Palaestina, id Eusebius de relatione ad ipsum missa intellexit. Et tamen Latina vox hunc sensum vix admittit. Annuntiari enim proprie dicuntur, quae fama et rumoribus innotescunt. — 13) Δῆλος ὢν ἐκείνοις ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται. Recte expressit sensum verborum Tertulliani, *cum praerogativa suffragii sui:* nisi quod de dogmate perperam adiecit. Neque enim Tertullianus loquitur de dogmate Christianorum, sed de divinitate Christi. Igitur cum praerogativa suffragii sui, idem valet ac cum suffragatione sua, quae maximam habebat auctoritatem.

Cap. III. 1) Αὐτίκα ταῖς θείαις ἑπομένως γραφαῖς. Nicephorus qui totum hunc Eusebii locum ad verbum descripsit, habet αὐτίκα δὲ ταῖς θείαις ἑπομένως γραφαῖς. Quae particula non mediocrem addit elegantiam. Paulo post scribendum est εὐαγγελιστῶν τε αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, ex eodem Nicephoro, cui suffragantur libri nostri Maz. Med. ac Fuk. — 2) Ps. 19. H. —

θυούσης ἅλωνος δίκην, μυρίανδροι καὶ παμπληθεῖς ἀθρόως ἐκκλησίαι συνεστήκεσαν, οἵ τε ἐκ προγόνων διαδοχῆς καὶ τῆς ἀνέκαθεν πλάνης, παλαιᾷ νόσῳ δεισιδαιμονίας εἰδώλων τὰς ψυχὰς πεπεδημένοι, πρὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως διὰ τῆς τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ διδασκαλίας τε ὁμοῦ καὶ παραδοξοποιΐας, ὥσπερ δεινῶν δεσποτῶν ἀπηλλαγμένοι, εἱργμῶν τε χαλεπωτάτων 3) λύσιν εὑράμενοι, πάσης μὲν δαιμονικῆς κατέπτυον πολυθεΐας, ἕνα δὲ μόνον εἶναι Θεὸν ὡμολόγουν τὸν τῶν συμπάντων δημιουργὸν, τοῦτόν τε αὐτὸν θεσμοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας δι' ἐνθέου καὶ σώφρονος θρησκείας τῆς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ κατασπαρείσης ἐγέραιρον. Ἀλλὰ γὰρ τῆς χάριτος ἤδη τῆς θείας καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ χεομένης ἔθνη, καὶ πρώτου μὲν κατὰ τὴν τῶν Παλαιστινῶν Καισάρειαν 4) Κορνηλίου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ δι' ἐπιφανείας θειοτέρας ὑπουργίας τε Πέτρου, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν καταδεξαμένου, πλείστων τε καὶ ἄλλων ἐπ' Ἀντιοχείας Ἑλλήνων, οἷς οἱ κατὰ τὸν τοῦ Στεφάνου διωγμὸν διασπαρέντες ἐκήρυξαν, ἀνθούσης ἄρτι καὶ πληθυνούσης τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας, ἐν ταὐτῷ τε ἐπιπαρόντων πλείστων ὅσων τῶν τε ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφητῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς Βαρνάβα καὶ Παύλου, ἑτέρου τε πλήθους ἐπὶ τούτοις ἀδελφῶν, ἡ Χριστιανῶν προσηγορία τότε πρῶτον αὐτόθι ὥσπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου γῆς 5) ἀναδίδοται. Καὶ Ἄγαβος μὲν εἷς τῶν συν-

---

3) *Εἱργμῶν τε χαλεπωτάτων.* Ita legitur etiam apud Nicephorum, qui Eusebium nostrum exscripsit ut solet. In omnibus tamen nostris codicibus Regio scilicet Maz. Med. ac Fuk. scriptum inveni εἰργμῶν, quae lectio sine dubio praeferenda est. — 4) *Κατὰ τὴν τῶν Παλαιστινῶν Καισάρειαν.* Nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum exhibent κατὰ τὴν Παλαιστινῶν Καισάρειαν, rectius meo quidem iudicio. Dicebatur enim ἡ Παλαιστινῶν Καισάρεια, ut alibi occurrit apud Eusebium nostrum, ad discrimen Caesareae Philippi quae in Phoenice sita erat. Leve quidem id nonnullis fortasse videbitur. Sed nos in hac nostra editione, nihil eorum quae in manuscriptis codicibus occurrunt, praeterire constituimus, quo lectori diligentiam nostram approbemus. — 5) *Ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου γῆς.* Ita quidem legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Sed reliqui codices Maz. scilicet ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent γονίμου πηγῆς. Nec aliter in exemplari suo legerat Rufinus, ut ex eius interpretatione colligimus. Sic enim vertit: *ibi primum discipuli veluti perenni fonte sumpto vocabulo appellati sunt Christiani.* Ubi tamen lubentius legerim *velut e perenni fonte sumpto vocabulo.* Nam in Graeco est ὥσπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου πηγῆς. Muta-

ὄντων αὐτοῖς προφητῶν, περὶ τοῦ μέλλειν ἔσεσθαι λιμὸν προθεσπίζει [6]). *Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας* [7]), *ἐξυπηρετησόμενοι τῇ τῶν ἀδελφῶν παραπέμπονται διακονίᾳ.*

---

runt autem hanc scripturam ii qui sibi persuaserant *εὐθαλῆ* et *γόνιμον* dici non posse de fonte. [*πηγῆς* legit Stroth. *H.*] Ceterum Christianorum vocabulum principatu Tiberii primum orbi innotuisse, testatur etiam Tertullianus in apologetico, cuius locum in superiori capite adduxit Eusebius. — 6) *Θεσπίζει* legit Stroth. *H.* — 7) *Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας.* Nullo modo in Tiberii tempora cadere potest haec Pauli Hierosolymitana profectio. Nam Lucas in actibus diserte scribit, eam contigisse quo tempore Herodes Agrippa inflicta caelitus plaga interiit. Quod quidem temporibus Claudii accidisse inter omnes constat. Prudenter itaque fecit Nicephorus, qui cum totum hoc Eusebii caput ad verbum describeret, postremam hanc partem de industria praetermisit, ne in eundem cum Eusebio errorem incideret. Eusebium vero nostrum in eam opinionem induxit Pauli locus ad Galatas, ubi de suis ad urbem Hierosolymitanam profectionibus loquitur. Quem locum ut clarius intelligere possimus, de universis Pauli profectionibus in sacram urbem post eius ad Christum conversionem, diligentius inquirendum est. Lucas quidem quater omnino eum Hierosolyma profectum esse scribit. Primum paulo post eius baptismum cap. 9. actuum. Iterum deinde profectus est Paulus Hierosolyma ad deferendas fratrum eleemosynas, ut refertur in cap. 11. et 12. Tertio ascendit Paulus Hierosolyma ob controversiam de circumcisione et Iudaicis ritibus, ut habetur in capite 15. Postremo venit Hierosolyma sub finem principatus Claudii, ibique diutissime vinctus permansit. Ipse vero Paulus in epistola ad Galatas, bis post suam ad Christum conversionem venisse se dicit Hierosolyma, et utramque profectionem his temporum intervallis distinguit. *Cum autem*, inquit, *placuit ei qui me segregavit, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, continuo non acquievi carni et sanguini. Neque veni Hierosolyma ad antecessores meos apostolos: sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolyma videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim, etc.* [Gal. I, 15. sqq. *H.*] De secunda autem profectione sua ita loquitur: *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem: et contuli cum illis evangelium, quod praedico in gentibus, etc.* Quis non videt haec inter se prorsus discrepare, cum Paulus quidem neget se venisse Hierosolyma statim post baptismum, Lucas vero post baptismum a Paulo susceptum, et aliquot praedicationes Damasci habitas, illum Damasco clam aufugisse, et recta Hierosolyma venisse testetur? Hanc Lucae et Pauli dissonantiam fateri compulsus est Hieronymus in expositione epistolae ad Galatas. Quam ut conciliarent quidam veterum, teste Hieronymo ita censuerant, Paulum profectionis illius suae Hierosolyma statim post baptismum, quae memoratur a Luca in dicto capite 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Ὡς μετὰ Τιβέριον Γάϊος Ἰουδαίων βασιλέα καθίστησιν Ἀγρίππαν, τὸν Ἡρώδην ἀϊδίῳ ζημιώσας φυγῇ.

(Nic. H. E. II, 9.)

Τιβέριος μὲν οὖν ἀμφὶ τὰ δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσας ἔτη, τελευτᾷ[1]· *μετὰ δὲ τοῦτον Γάϊος τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν, αὐτίκα*

---

nullam habuisse rationem, eo quod fuga potius quam profectio fuisset. Verum haec solutio levis est admodum. Etenim Lucas scribit Paulum tunc a Barnaba fuisse deductum ad apostolos, et satis diu mansisse Hierosolymis, et adversus Graecos disputasse. Alii inter quos est Beda et Baronius, primam illam profectionem cuius meminit Paulus, asserunt eam ipsam esse quae refertur a Luca in cap. 9. actuum, sed Lucam itineris Arabici ideo praetermisisse mentionem, quod nihil memoria dignum illic a Paulo gestum fuisset. Quorum sententiae libenter equidem accedo. Nam de adventu illo Pauli Hierosolyma planissime ibi loquitur Lucas, quippe qui collocutum eum cum apostolis tunc esse dicit, et multa alia singillatim refert, additque: *Et erat cum illis intrans et exiens in Hierusalem.* Nunc de secunda illa profectione quam Paulus post 14. annos instituisse se dicit, inquirendum est. Theodoretus, et ante illum quidam veteres referente Hieronymo, hanc ipsam esse existimarunt, cuius mentio fit in actibus cap. 15. quando Paulus una cum Barnaba ob exortam de circumcisione controversiam profectus est Hierosolyma. Hanc sententiam secutus est Baronius. Et Pauli verba id omnino suadere videntur. Subdit enim Paulus, se evangelium quod gentibus praedicabat detulisse ad apostolos, eisque diiudicandum obtulisse. Hoc enim sibi volunt ea verba *ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον.* Tum subiungit de falsis fratribus, qui veritatem evangelii opprimere tentabant, et Christianos in servitutem legis redigere. Quae quidem omnia pertinent sine dubio ad controversiam illam de circumcisione. Verum quid opus est pluribus, cum ea res certissimo argumento ita demonstrari possit. Profectio illa quam post 14. annos se instituisse ait Paulus, non potest esse ea quam secundo loco numerat Lucas. Nec rursus eadem est cum illa quam quarto loco recenset idem Lucas. Eadem est igitur cum illa quam tertiam Lucas commemorat. Quod non possit esse illa quae secundo loco numeratur a Luca, hinc apparet. Paulus tunc ad deferendas fratrum eleemosynas tantum missus est; nec cum apostolis collocutus est, quippe cum ecclesiam Iudaeorum tunc maxime persequeretur Herodes, et Petrus in vinculis esset. Quamobrem Paulus in epistola ad Galatas, huius profectionis suae mentionem merito praetermisit, utpote quae nihil ad institutum suum faceret. Nec vero illa *versus ascendi* secundam profectionem necessario designat, sed etiam de tertia dici potest. (Vide quae contra Keilii dissertat. de defectu...

τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππᾳ τὸ διάδημα [2]) περιτίθησι, βασιλέα καταστήσας αὐτὸν τῆς τε Φιλίππου καὶ τῆς Λυσανίου τε-
[illegible] σιν

tempore itineris Pauli Hierosolymit. Lips. 1798. recusam in Eius Opusc. Tom. I. p. 160. sqq. ed. Goldhorn. monuerunt V o g e l i u s in commentatione über die chronologischen Standpunkte in der Apostelgeschichte, quae legitur in b. G a b l e r i Journal für auserlesene theologische Litteratur Vol. I. P. II. p. 243., et Winerus in Excursu II. commentarii in epistolam ad Galatas. H.] Quod vero non possit esse illa quam quarto loco recenset Lucas, ut videtur sensisse Chrysostomus, ex eo convincitur, quod Paulus scribit se ascendisse cum Barnaba. At in quarta profectione Paulus non fuit cum Barnaba. Iampridem enim ab eo sese abruperat. Verum ut ad Eusebium nostrum redeamus, videtur is secundam Pauli Hierosolymitanam profectionem confudisse cum prima, et ex duabus unam fecisse.

Cap. IV. 1) Τιβέριος — τελευτᾷ. Tiberius 17. Calend. Apriles, Sueton. in Tiber. 16. et Tacito lib. VI. in annalibus teste, supremum diem obiit, et regnavit annos XXII, menses VI, dies XXVI. Quod si Tiberii anni ab eo inde tempore numerentur, quo imperii collega dictus, regnavit annos XXV, menses VI, dies XIX. cf. Clem. Al. Strom. lib. I, ubi per errorem anni viginti sex commemorantur. Haec ex P a g i Critica in Baron. p. 29. Readingus ad h. l. H. — 2) Τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππᾳ τὸ διάδημα. Falsum est Agrippam regem Iudaeae a Caio factum esse. Agrippa enim [Agrippa maior Act. XII, 1. 20. H.] a Caio Caesare sub initiis imperii factus est rex, primum quidem Trachonitidis quae tetrarchia Philippi fuerat, ut scribit Philo in Flaccum et Iosephus lib. 18. [Cap. 2. cf. Tacit. Annal. XV, 44. H.] mox vero cum Herodes tetrarcha Galilaeae, [Herodes Antipas Math. XIV, 1. cf. Euseb. I, 11. H.] Herodiadis uxoris impulsu Romam navigasset, ut regiam dignitatem a Caio impetraret, Caius ademptam Herodi tetrarchiam, Galilaeam scilicet donavit Agrippae, quemadmodum tradit Iosephus in libro supradicto, et Philo in legatione ad Caium sub finem. Tandem vero post necem Caii, Claudius regnum Agrippae a Caio datum confirmavit, adiectis Iudaea ac Samaria quas Herodes avus obtinuerat. Atque ita totum Herodis magni regnum ad Agrippam pervenit. Qui mox Hierosolymis suo arbitratu pontificem creare coepit, quippe qui tum Iudaeae rex esset, cuius caput erat urbs Hierosolyma. Recte ergo Scaliger in animadversionibus reprehendit Eusebium, quod Agrippam regem Iudaeae a Caio factum esse dixerit. Sed fallitur ipse quoque Scaliger, cum scribit Agrippam Romam venisse, ut Herodem patruum accusaret. Neque enim Agrippa Romam profectus est, sed Fortunatum libertum cum literis ad Caium misit, ut tradit Iosephus. Porro iamdudum ante Scaligerum scholiastes quidam in margine codicis Mazarini hunc Eusebii errorem notaverat. Nam ad illa verba τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς τὸ διάδημα, hoc scholion adscriptum est; non quidem eadem manu, sed nihilominus vetusta: Οὐχ οὗτος ἀλλ' ὁ

τετραρχίας. Πρὸς αἷς μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον αὐτῷ καὶ τὴν Ἡρῴδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀϊδίῳ φυγῇ τὸν Ἡρώδην (αὐτος δ᾽ ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος) σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι [3]), πλείστων ἕνεκα ζημιώσας αἰτιῶν. Μάρτυς Ἰώσηπος καὶ τούτων. Κατὰ δὴ τοῦτον Φίλων ἐγνωρίζετο, πλείστοις ἀνὴρ οὐ μόνον τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ὁρμωμένων παιδείας ἐπισημότατος. Τὸ μὲν οὖν γένος ἀνέκαθεν Ἑβραῖος ἦν, τῶν δ᾽ ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας ἐν τέλει διαφανῶν, οὐδενὸς χείρων. Περὶ μὲν οὖν [4]) τὰ θεῖα καὶ πάτρια μαθήματα, ὅσον τε καὶ πηλίκον εἰσενήνεκται πόνον, ἔργῳ πᾶσι δῆλος· καὶ περὶ τὰ φιλόσοφα δὲ καὶ ἐλευθέρια τῆς ἔξωθεν παιδείας οἷός τις ἦν, οὐδὲν δεῖ λέγειν· ὅτε καὶ μάλιστα τὴν κατὰ Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν ἐζηλωκὼς ἀγωγὴν, διενεγκεῖν ἅπαντας τοὺς καθ᾽ ἑαυτὸν ἱστορεῖται.

Κλαύδιος. Excusari tamen commode potest Eusebius. Non enim dixit Agrippam Iudaeae regem a Caio factum fuisse, sed Iudaeorum; eorum scilicet qui in Trachonitide et in Lysaniae tetrarchia degebant. Sane Philo in oratione adversus Flaccum, Agrippam hunc qui tum adhuc solius Trachonitidis rex erat, nihilominus vocat regem Iudaeorum. Loquens enim de Alexandrinis, sic ait: ἤσχαλλον ἐπὶ τῷ γεγενῆσθαί τινα βασιλέα Ἰουδαίων. [Brevius quidem, sed dilucidius rem expedivit *Strothius deutsche Uebersetzung* T. I. p. 79. not. 6. „*Man sieht aus dem, was folgt, leicht selbst, dass die jüdische Krone hier nicht so viel bedeute, als wenn er* (Agrippa) *König über das eigentliche Judaea geworden;* — — *sondern der Ausdruck wird gebraucht, weil in Trachonitis, der Tetrarchie des Philippus, ebenfalls Juden wohnten.*" *H.*] — 3) Σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι. Male hunc locum accepit Christophorsonus, quasi dicat Eusebius Herodem hunc una cum uxore sua Herodiade interfuisse passioni Christi. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed Herodiadem simul cum viro relegatam bonisque multatam fuisse. Libenter autem delerem hic vocem κατακρίνας, ut totus locus sic legeretur. Τὴν Ἡρώδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀϊδίῳ φυγῇ τὸν Ἡρώδην (οὗτος δ᾽ ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος) σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι πλείστων ἕνεκα ζημιώσας αἰτιῶν. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Atque ita in optimo codice Mazarino scriptum nuper deprehendi: cuius authoritate coniecturam nostram confirmari magnopere sum gavisus. — 4) Μὲν οὖν ex solo Niceph. dedit. Val., Strothius contra ex Codd. περὶ δὲ τὰ θ. legit. H.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Ὡς Φίλων ὑπὲρ Ἰουδαίων πρεσβείαν ἐστείλατο πρὸς Γάϊον.

(Nic. H. E. II, 9.)

Καὶ δὴ τὰ κατὰ Γάϊον οὗτος Ἰουδαίοις συμβάντα πέντε βιβλίοις παραδίδωσι [1]), *ὁμοῦ τὴν Γαΐου διεξιὼν φρενοβλάβειαν, ὡς θεὸν* [2]) *ἑαυτὸν ἀναγορεύσαντος, καὶ μυρία περὶ τὴν ἀρχὴν ἐνυβρίσαντος* [3]), *τάς τε κατ' αὐτὸν Ἰουδαίων ταλαιπωρίας, καὶ ἣν αὐτὸς ὁ Φίλων στειλάμενος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁμοεθνῶν ἐποιήσατο πρεσβείαν, ὅπως τε ἐπὶ τοῦ Γαΐου καταστὰς ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων, οὐδέν τι πλέον γέλωτος καὶ διασυρμῶν ἀπηνέγκατο, μικροῦ δεῖν καὶ τὸν περὶ τῆς ζωῆς ἀνατλὰς κίνδυνον. Μέμνηται δὲ καὶ τούτων ὁ Ἰώσηπος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας, κατὰ λέξιν ταῦτα γράφων· „καὶ δὴ στάσεως ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης Ἰουδαίων τε τοῖς ἐνοικοῦσι καὶ Ἑλλήνων, τρεῖς ἀφ' ἑκατέρας τῆς στάσεως* [4]) *πρεσβευταὶ αἱρεθέντες, παρ-*

Cap. V. 1) *Πέντε βιβλίοις παραδίδωσιν.* Hodie duo duntaxat Philonis libri huius argumenti supersunt; alter in Flaccum inscriptus, alter de legatione ad Caium, adeo ut necesse sit aut Eus. falli memoria, aut eos libros aliter olim divisos fuisse, in quinque volumina. [Revera olim quinque affuisse libros Philonis de rebus Iudaeorum regnante Caio, docuit *Fabric.* Bib. Gr. T. IV. p. 741. *H.*] Nec est quod quis suspicetur, reliquos huius argumenti libros hodie desiderari. Nam in his duobus qui nunc supersunt, quaecumque Iudaeis regnante Caio contigerunt, scripta habentur. In fine quidem legationis ad Caium aperte indicat Philo, alium huius argumenti librum subsequi debere. Sic enim dicit: *Εἴρηται μὲν κεφαλαιωδέστερον ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας Γαΐου. Λεκτέον δὲ καὶ τὴν παλινῳδίαν πρὸς Γάϊον: Dicta sunt summatim causae odii quo Caius Iudaeorum gentem prosequebatur. Nunc dicenda est etiam palinodia in Caium.* Verum haec palinodia nihil est aliud quam liber Philonis in Flaccum. Qui liber proxime sequi debet legationem ad Caium, ut docet Photius in bibliotheca. [Cod. 105. De Philone cf. *Cave* hist. litt. Vol. I. p. 113. Vol. II. p. 12. *H.*] — 2) *Ὡς θεόν.* vid. Sueton. Caligul. XXII. Consistens saepe — — se adorandum adeuntibus exhibebat, et quidam eum *Latialem Iovem* consalutaverunt. *H.* — 3) *Ἐνυβρίσαντος* vid. Sueton l. l. init. Hactenus *quasi de principe*: reliqua, *ut de monstro* narranda sunt. *H.* — 4) *Τρεῖς ἀφ' ἑκατέρας στάσεως.* At Philo non tres sed quinque legatos ab Alexandrinis Iudaeis Romam missos fuisse testa-

ἦσαν ὡς τὸν Γάϊον. Καὶ ἦν γὰρ τῶν Ἀλεξανδρέων πρέσβεων εἷς Ἀπίων [5]), ὃς πολλὰ εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἐβλασφήμησεν, ἄλλα τε λέγων, καὶ ὡς τῶν Καίσαρος τιμῶν περιορῷεν. Πάντων γοῦν, ὅσοι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ὑποτελεῖς εἶεν, βωμοὺς τῷ Γαΐῳ καὶ ναοὺς ἱδρυμένων, τά τε ἄλλα ἐν πᾶσιν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς θεοὺς δεχομένων, μόνους τούσδε ἄδοξον ἡγεῖσθαι ἀνδριᾶσι τιμᾷν, καὶ ὅρκιον αὐτοῦ τὸ ὄνομα ποιεῖσθαι. Πολλὰ δὲ καὶ χαλεπὰ Ἀπίωνος εἰρηκότος, ὑφ᾽ ὧν ἀρθῆναι ἤλπιζε τὸν Γάϊον, καὶ εἰκὸς ἦν, Φίλων ὁ προεστὼς τῶν Ἰουδαίων τῆς πρεσβείας, ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου [6]) ἀδελφὸς

---

tam. Sic enim scribit in legatione ad Caium sub finem; ἐν ἡμῖν δὲ πέντε πρεσβευταῖς σαλεύειν τὰ τῶν πανταχοῦ πάντων Ἰουδαίων οὐ χαλεπόν; id est, *Annon grave ac molestum erat, quod universi generis Iudaici fortuna in nobis quinque legatis posita esset?* Missi autem fuerant legati duas ob caussas. Primum enim querebantur proseuchas suas ab Alexandrinis esse violatas, illatis in eas imperatoris statuis. Deinde acturi venerant de iure Alexandrinae civitatis, quod Alexandrini Iudaeis adimere volebant, ut scribit Philo pag. 1019. et 1020. — 5) Ἀπίων. Appellatus est Plistonices et multifaria erat rerum Graecarum maxime scientia imbutus. Eius libri haud ignobiles feruntur, quibus omnium ferme, quae mirifica in Aegypto visuntur audiunturque, historia comprehenditur. Gell. N. A. V, 14. Haec Reading. monuit. *H.* — 6) Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου. Iudaei Alexandriae ius civitatis habebant, et senatum qui γερουσία dicebatur, et peculiares magistratus, ut testatur Philo in Flaccum. Summus autem inter eos magistratus dicebatur ἀλαβαρχεία; et qui eum gerebat ἀλαβάρχης. Erat hic magistratus perpetuus, et ut Graeci vocant διὰ βίου. In rescripto Claudii, quod refert Iosephus in lib. 19. cap. 4. ἐθνάρχης dicitur. Quo in loco ait Claudius, permissum fuisse Iudaeis Alexandrinis ab Augusto, ut in locum ethnarchae defuncti alium suffragiis suis constituerent. Eundem magistratum γενάρχην vocat Philo in Flaccum pag. 975. τῆς γὰρ ἡμετέρας γερουσίας, ἣν ὁ σεβαστὸς ἐπιμελησομένην τῶν Ἰουδαϊκῶν εἵλετο μετὰ τὴν γενάρχου τελευτὴν διὰ τῶν πρὸς Μάγνον Μάξιμον ἐντολῶν. Id est: *Nam ex senatu nostro, quem Augustus constituit, ut post mortem rectoris gentis nostrae, curam gereret rerum Iudaicarum, ut scriptum est in mandatis quae ad Magnum Maximum dedit.* Ex his apparet, alabarcham nihil aliud fuisse quam ἐθνάρχην seu γενάρχην Iudaeorum, qui Alexandriae et per totam Aegyptum degebant. Ac mihi quidem videtur alabarchae nomen per risum et contumeliam confictum fuisse. Ceterum suspicor alabarcham Alexandriae idem iuris habuisse, quod habebat patriarcha Iudaeorum in Syria. Erat igitur quasi quidem summus pontifex Iudaeorum per Aegyptum. Unde etiam patriarcha dicitur in epistola imperatoris Hadriani ad Servianum, quam refert Pollio in Saturnino. Huius meminit Palladius in dialogo de vita Io-

ὢν, καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος, οἷός τε ἦν ἐπ' ἀπολογίᾳ χωρεῖν τῶν κατηγορημένων. Διακλείει δ' αὐτὸν Γάϊος, κελεύσας ἐκποδὼν ἀπελθεῖν, περιοργής τε ὤν, φανερὸς ἦν ἐργασόμενός τι δεινὸν αὐτούς 7). Ὁ δὲ Φίλων ἔξεισι περιυβρισμένος, καὶ φησὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους οἳ περὶ αὐτὸν ἦσαν, ὡς χρὴ θαῤῥεῖν, Γαΐου μὲν αὐτοῖς 8) ὠργισμένου, ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος." Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Φίλων ἐν ᾗ συνέγραψε πρεσβείᾳ, τὰ κατὰ μέρος ἀκριβῶς τῶν τότε πραχθέντων αὐτῷ δηλοῖ· ὧν τὰ πλεῖστα παρεὶς, ἐκεῖνα μόνα παραθήσομαι, δι' ὧν τοῖς ἐντυγχάνουσι προφανὴς γενήσεται δήλωσις τῶν ἅμα τε καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολμημένων ἕνεκεν Ἰουδαίοις συμβεβηκότων. Πρῶτον δὴ οὖν κατὰ Τιβέριον, ἐπὶ μὲν τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἱστορεῖ Σηιανὸν 9) τὸν

---

annis Chrysostomi: ἵνα μὴ τούτων συγχωρηθέντων ἔθος γένηται Ἰουδαϊκὸν καὶ Αἰγύπτιον τοῦ πωλεῖν καὶ ἀγοράζειν τὴν ἱερωσύνην. Φασὶ δὲ τὸν λυμεῶνα καὶ ψευδώνυμον πατριάρχην τῶν Ἰουδαίων κατ' ἔτος ἀμείβειν, ἢ καὶ παρ' ἔτος τοὺς ἀρχισυναγώγους ἐπὶ συλλογῇ τοῦ ἀργυρίου. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ζηλωτὴν τούτου τῶν Αἰγυπτίων πατριάρχην etc. nisi quis dicat, per Aegyptiorum patriarcham a Palladio intelligi Theophylum episcopum Alexandriae. — 7) Ἐργασόμενός τι δεινὸν αὐτούς. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent αὐτῷ quod non placet. — 8) Γαΐου μὲν αὐτοῖς. Apud Iosephum et Nicephorum legitur Γαΐου λόγῳ, etc. Quod maiorem habet elegantiam. Sequitur enim: ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. [Λόγῳ in textum recepit Stroth. H.] Quae clausula satis obscura est. Itaque Rufinus circumlocutione quadam, ut solet, huius sententiae versionem elusit. Nicephorus etiam cum hanc locutionem non intelligeret, emendavit τοῦ θεοῦ ἀντιπαρεξάγοντος. Sed nihil necesse erat. Ait enim Philo, Caium specie quidem ac verbis tenus Iudaeis infensum esse, re autem ipsa deum adversus semetipsum instruere et armare. Quippe Caius cum deum se dici vellet, divini numinis vindictam adversus se provocabat. Ἀντιπαρεξάγειν vox est tactica. [Nostro loco proprio sensu eadem est usurpata et recte vertit Valesius: *hostem sibi* (ἑαυτῷ subaudiendum) *constituit Caius deum*. Similiter ἀντιπαρατάττειν dicitur infra V, 1. init. cf. *Viger*. p. 578. XI. 2. Itaque nullo modo scribendum τῷ θεῷ, ut coniecit Stroth., inductus impropria verbi ἀντιπαρεξάγειν significatione, cuius exempla laudavit ex Aelian. V. H. IV, 9. Chrysost. in Euboico: λέγομεν δὲ ταῦτα μεμνημένοι τῶν ποιητῶν, οὐκ ἄλλως ἀντιπαρεξάγοντες ἐκείνοις, οὐδὲ τῆς δόξης ζηλοτυποῦντες. Similiter nos dicimus: *gegen Jemand zu Felde ziehen*. Hanc vero impropriam illorum verborum significationem miror omisisse *Passow*. in Lex. s. v. v. H.] — 9) Σηιανόν. De Aelio Seiano vid. quos laudat Reading. ad h. l., *Pearson*. de successione primorum Romae episcoporum p. 46. Sueton. Tib. 55. 65. Tacit.

τότε παρὰ βασιλεῖ πολλὰ δυνάμενον [10]), ἄρδην τὸ πᾶν ἔθνος ἀπολέσαι πεποιῆσθαι σπουδήν, ἐπὶ δὲ τῆς Ἰουδαίας Πιλάτον, καθ᾽ ὃν τὰ περὶ τὸν σωτῆρα τετόλμηται, περὶ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἔτι τότε συνεστὼς ἱερὸν, ἐπιχειρήσαντά τι παρὰ τὸ Ἰουδαίοις ἐξὸν, τὰ μέγιστα αὐτοὺς ἀναταράξαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς.

Ὅσα Ἰουδαίοις συνεῤῥύη μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν.

(Nic. H. E. II, 10.)

Μετὰ δὲ τὴν Τιβερίου τελευτὴν, Γάϊον τὴν ἀρχὴν παρειληφότα, πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίσαι μυρία [1]), πάντων δὲ μάλιστα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος οὐ σμικρὰ καταβλάψαι· ἃ καὶ ἐν βραχεῖ πάρεστι διὰ τῶν αὐτοῦ καταμαθεῖν φωνῶν, ἐν αἷς κατὰ λέξιν ταῦτα γράφει; „τοσαύτη μὲν οὖν τις ἡ [2]) Γαΐου περὶ τὸ ἦθος ἦν ἀνωμαλία πρὸς ἅπαντας, διαφερόντως δὲ πρὸς τὸ τῶν Ἰουδαίων γένος· ᾧ χαλεπῶς ἀπεχθανόμενος, τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι προσευχὰς [3]), ἀπὸ τῶν κατ᾽ Ἀλεξάνδρειαν

Ann. III, 4. Iuv. Sat. X. *H.* — 10) *Τὸν τότε παρα βασιλεῖ πολλὰ δυνάμενον.* Rectius in codicibus nostris Maz. et Fuk. scriptum est *τῶν τότε παρα βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενον.* Codex quoque Med. et Savil. scriptum habent *τὰ μέγιστα.* [Ita Str. *H.*]

Cap. VI. 1) *Πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίσαι μυρία.* Postrema vox abest a codice Maz. Med. ac Fuk. ac meo quidem iudicio prorsus superflua est. Habetur tamen in codice Regio et apud Nicephorum. [Omisit Stroth. *H.*] — 2) *Τοσαύτη μὲν οὖν τις ἡ τοῦ Γαΐου.* Locus hic Philonis exstat in legatione ad Caium sub finem. — 3) *Τὰς μὲν ἐν ἄλλαις πόλεσι προσευχάς.* Christophorsonus *synagogas* vertit. Sed cum Latini proseuchas etiam dixerint, ut est apud Iuvenalem, malui sic interpretari. [Iuven. Sat. III, 296. Ede, ubi consistas, in qua te quaero proseucha? ubi Schol. locum esse memorat, *ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam, alii tabernam in qua pauperes vivant.* Addit: *et proseucha locus Iudaeorum ubi erat.* Cf. *Petavius* in *animadvers. Epiphan.* p. 335. *Φόρος a recentioribus Graecis forum appellatur, sive ampla, et ingens area subdivalis et ὕπαιθρος. Cuiusmodi proseuchas fuisse docet Epiphanius. Erant loca quaedam aperta et sine tecto, in quae orandi causa conveniebant.* Iosephus προσευχὴν nescio statim quo loco vo-

ἀρξάμενος σφετερίζεσθαι καταπλήσας εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων τῆς ἰδίας μορφῆς. Ὧν γὰρ ἑτέρων ἀνατιθέντων ἐφίει, αὐτὸς ἱδρύετο δυνάμει. Τὸν δ' ἐν τῇ ἱερᾷ πόλει νεὼν ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυ-

---

cat *μέγιστον οἴκημα πολὺν ὄχλον ἐπιδέξασθαι δυνάμενον*. cf. Tertull. ad nationes 13. *Voss.* Institut. orat. IV. p. 91. *H.*] Nec sane mihi liquido constat, an idem sint proseuchae et synagogae. Nam proseuchae quidem erant modica oratoria, in quibus Iudaei, praecipue sabbatis convenire, et patrio more philosophari consueverant. Philo in legatione *ἠπίστατο οὖν καὶ προσευχὰς ἔχοντας καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν*, id est: *Sciebat enim illos proseuchas habere, et in eas convenire solitos, praecipue sabbatis, quo die patrias leges ac philosophiam publice condiscunt.* Quo in loco non otiosa est vox illa *δημοσίᾳ*. Iudaei enim palam admissis omnibus etiam externae religionis viris, libros legis Mosaicae interpretabantur, ut docet Tertullianus apologetico cap. 18. *Sed et Iudaei palam lectitant. Vectigalis libertas vulgo aditur sabbatis omnibus.* Idem Philo lib. 3. de vita Mosis scribit Iudaeos praecipue sabbato frequentasse proseuchas. Hinc intelligendus est locus Lucae in cap. 16. actuum apostolorum *τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι*. *Die autem sabbatorum egressi sumus extra civitatem iuxta fluvium, in locum ubi videbatur esse proseucha.* De proseucha enim Iudaica hunc locum intelligendum esse, multa argumenta convincunt. Nam ante Pauli adventum in urbem Philippos, nulli adhuc illis in locis erant Christiani. Quare de Christianorum oratione locus ille intelligi non potest. Praeterea mulieres illae quae eo loci convenisse dicuntur, sine dubio Iudaeae erant, ut apparet tum ex eo quod supra dixi, tum quod Lydia illa purpuraria quae una ex illarum numero fuit, deum coluisse dicitur, cum tamen nondum esset Christiana. Postremo undenam domini illius daemoniacae cognoscere poterant, Paulum atque Silam Iudaeos esse, nisi ex eo quod illos in proseucham Iudaicam venientes saepius viderant? Et haec quidem de proseucharum significatione. Synagogae vero vocabulum latius patet. Et interdum quidem pro universa Iudaeorum ecclesia ponitur, interdum pro tota ecclesia unius loci. Denique nonnisi maiores et illustriores proseuchae dicebantur synagogae. Unde beatus Lucas synagogam quidem Iudaeorum ait fuisse Thessalonicae, Philippis autem tantum proseucham, propterea quod pauculi ibi essent Iudaei. De maioribus et illustrioribus proseuchis locus est apud Philonem in legatione ad Caium. Non negaverim tamen proseuchas posse etiam dici synagogas. [Dici potuisse proseuchas pro synagogis facilius concedetur, quam vere dictas esse. Certe locus Philonis a Valesio allatus rem haud conficit. *H.*] Hoc enim testatur idem Philo in libro quod omnis probus sit liber. Ubi de Essenis ita loquitur: *τούτους τοὺς νόμους ἀναδιδάσκοντες μὲν καὶ παρὰ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ ταῖς ἑβδόμαις μάλιστα διαφερόντως, εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους οἳ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ'*

στος [4]) ἀσυλίας ἠξιωμένος τῆς πάσης, μεθηρμόζετο καὶ μετεσχημάτιζεν εἰς οἰκεῖον ἱερὸν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς [5]), νέου χρηματίζῃ Γαΐου." [6]) Μυρία μὲν οὖν ἄλλα δεινὰ καὶ πέρα πάσης διηγήσεως ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν συμβεβηκότα

ἡλικίας ἐντάξεσιν. Εἶθ' ὁ μὲν πρεσβύτερος τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, etc. *Et has quidem leges assidue condiscunt, praecipue tamen sabbatis: quo die in sacra quaedam loca conveniunt quae synagogae appellantur, per aetates ordine distributi. Deinde senior libros accipiens legit, etc.* Porro locum illum Lucae quem paulo ante laudavi, longe ante nos Epiphanius in haeresi Massilianorum interpretatus est de proseucha Iudaica. Quo loco illud quoque observat, proseuchas tam Iudaeorum quam Samaritanorum, fuisse loca pura sub divo, instar fori aut theatri, plerumque extra urbes. [Chrysostomus locum Lucae ita explicat: οὐ γὰρ ἔνθα συναγωγὴ ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔξω ηὔχοντο, ὥσπερ τόπον τινὰ ἀφορίζοντες. Cf. *Suicer.* Thesaur. s. v. προσευχὴ IV. et s. v. συναγωγή. *H.*] Quibus consentit Apion in lib. 3. Aegyptiacorum. Ubi ait Mosem utpote Heliopolitanum, subdivales proseuchas construxisse, instar templorum quae erant Heliopoli, easque omnes ad ventum subsolanum obvertisse, prout erat sita Heliopolis. Apionis verba refert Iosephus initio libri secundi adversus Apionem. Idem in libro de vita sua pag. 1020. meminit proseuchae Tiberiensium aedis maximae, in quam conveniebant die sabbati, et ubi conciones ad populum fiebant de republica. — 4) Ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυστος. Sic legitur etiam apud Philonem. Sed in Medicaeo codice et Fuk. et Savil. λοιπὸν scriptum inveni. In vetustissimo autem codice Mazarino λοιπὸς legitur, et ν. superscriptum est eadem manu. — 5) Διὸς ἐπιφανοῦς, νέου Γαΐου. Non intellexerunt interpretes vim Graeci vocabuli. Neque enim ἐπιφανὴς nobilissimum hic significat, ut vertit Rufinus; neque illustrem ut reliqui omnes interpretati sunt. *Praesentem* potius vertere debuerant: Sic enim Latini vocant, quoties de diis loquuntur. Ovidius in libro 2. Tristium. *Per te praesentem conspicuumque deum.* Livius lib. 29. p. 529. *quae non augendae religionis causa, sed praesentis deae numine saepe comperta.* Et paulo post: *At Hercules in aucibus ipsis nullum deae numen apparuit, immo ibi praesens maxime fuit.* Recte ergo in veteribus glossis scribitur: *Praesens* ἐπιφανής. Hinc Antiochus ille rex Syriae, appellatus est ἐπιφανὴς ab assentatoribus Graecis, id est praesens et conspicuus deus. Praesentias item deorum vocant Latini, quas Graeci ἐπιφανείας, quoties dii aut se ipsos hominibus videndos exhibuerant, aut praesentiam suam aliquo illustri miraculo declaraverant, ut docuit Casaubonus ad librum 12. Athenaei. Occurrit ea vox apud Plutarchum in vita Marcelli, et apud Athenaeum libr. 15. ubi de Admeta sacerdote Iunonis Argivae θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν. Et apud Proclum in Hesiodum pagin. 155. De his deorum praesentiis libros olim scripserant Anticlides et Ister teste Plutarcho in libro de musica. — 6) Νέου Γαΐου. *Novum deum* verterunt interpretes post Rufinum, quod non probo. Nam si Io-

Ἰουδαίοις, ἐπὶ τοῦ δηλουμένου, ἐν δευτέρῳ συγγράμματι 7) ᾧ ἐπέγραψε περὶ ἀρετῶν, ἱστορεῖ. Συνᾴδει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἰώσηπος, ὁμοίως ἀπὸ τῶν Πιλάτου χρόνων καὶ τῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τετολμημένων, τὰς κατὰ παντὸς τοῦ ἔθνους ἐνάρξασθαι σημαίνων συμφοράς. Ἄκουε δ' οὖν οἷα καὶ οὗτος ἐν δευτέρῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ πολέμου αὐταῖς συλλαβαῖς δηλοῖ λέγων· „πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς καίσα-

---

vem se dici volebat Caius, non erat profecto novus deus. Adde quod non dixit Philo νέου Διός. Quod si ita scriptum esset, libenter verterem *novum Iovem*. Sic Ptolemaeus Aegypti rex νέος Διόνυσος cognominatus est, id est *iunior Bacchus*. Nam ex diis gentium alii seniores, iuniores alii dicebantur. Οἱ μὲν γὰρ παλαιότεροι οἱ δὲ νεώτεροι λέγονται τῶν θεῶν, ut scribit Menander Rhetor. p. 612. editionis Aldinae, seu potius Alexander. Nam ex duobus opusculis, Menandri scilicet et Alexandri, unicus liber perperam conflatus est in editione Aldina, ut alibi ostensuri sumus. Igitur νέου Γαΐου vertendum est *iunioris Caii*. Ita dictus est Caligula ad discrimen Iulii Caesaris, qui et ipse Caius dictus fuerat et pro deo habitus. — 7) Ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ᾧ ἐπέγραψε περὶ ἀρετῶν. In superiori capite observavimus, librum Philonis in Flaccum collocandum esse post librum de legatione ad Caium, non autem praeponendum, ut vulgo fit in editis et in manuscriptis exemplaribus. Idque duobus argumentis demonstravimus, quae hic repetere superfluum fuerit. Nunc vero hic Eusebii locus quem prae manibus habemus, sententiam nostram aperte confirmat. Postquam enim Eusebius mala quibus Iudaei a Caio vexati sunt, ex Philonis libro de legatione ad Caium singillatim commemoravit, addit, multas quoque alias gravissimas calamitates Iudaeis Alexandrinis esse illatas eiusdem Caii principatu, quas refert Philo in secundo libro de virtutibus. Hic secundus liber non potest esse alius quam liber in Flaccum. Non enim dici potest, eum ipsum esse librum qui de legatione ad Caium inscribitur; cum legationem ad Caium diserte distinguat Eusebius ab hoc secundo de virtutibus libro. Restat ergo ut secundus hic liber sit ille ipse qui in Flaccum inscribitur. Adde quod non in alio quam in illo adversus Flaccum libro, gravissimas illas calamitates Iudaeis Alexandrinis illatas retulit Philo. Ex quo necessario conficitur, secundum illum de virtutibus Philonis librum, non alium esse quam librum in Flaccum. Qui quidem liber inscriptus fuerat a Philone περὶ ἀρετῶν, perinde ac prior ille qui legationem ad Caium continet. Docuit id nos hic Eusebii locus; cui iungendus est alter ex capite 18. huius libri. Ubi testatur Eusebius, plures libros de sceleribus Caii a Philone conscriptos esse, quos ille figurate de virtutibus inscripsit. Quare hoc loco malim legere ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ὧν ἐπέγραψε περὶ ἀρετῶν. [Contra Valesium vide disputantem *Mangey* ad Philon. Opp. T. II. p. 517. not. * *H.*] —

ρος εἰκόνας· σημαῖαι καλοῦνται. Τοῦτο μεθ' ἡμέραν, μεγίστην ταραχὴν ἤγειρε τοῖς Ἰουδαίοις. Οἱ γὰρ ἐγγὺς, πρὸς τὴν ὄψιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. Οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δείκηλον τίθεσθαι.“ Ταῦτα δὲ συγκρίνας τῇ τῶν εὐαγγελίων γραφῇ, εἴση ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν, [8]) *ἣν ἐῤῥήξαν ἐπ' αὐτοῦ Πιλάτου φωνὴν, δι' ἧς οὐκ ἄλλον ἢ μόνον ἔχειν ἐπεβόων καίσαρα βασιλέα. Εἶτα δὲ καὶ ἄλλην ἑξῆς ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ἱστορεῖ μετελθεῖν αὐτοὺς συμφορὰν ἐν τούτοις· „μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει, τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖται δὲ κορβονᾶς, εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. Κατήει δὲ ἀπὸ τριακοσίων σταδίων. Πρὸς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀγανάκτησις ἦν. Καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, περιστάντες τὸ βῆμα* [9]) *κατεβόων. Ὁ δὲ, προῄδει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχὴν, τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους ἵστησιν* [10])*, ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας.*

---

8) *Εἴσῃ ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν.* Hoc loco perspicue hallucinatur Eusebius, qui putavit ea quae Iosephus refert de imaginibus Tiberii a Pilato importatis in urbem Hierosolyma, post Christi mortem contigisse. Atqui Iosephus ipse testatur, id accidisse initio administrationis Pilati. Sic enim scribit in libro 2. de bello Iudaico: *Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος,* etc. Idem quoque apertius testatur in libro 18. antiquitatum. Missus est autem in Iudaeam Pilatus anno Tiberii duodecimo, id est triennio ante baptismum Christi. Absurdum igitur est dicere, ea quae Iudaeis acciderunt diu ante passionem Christi, non ob aliam causam quam ob scelus illud in Christum admissum, ipsis contigisse. Est et aliud quidpiam, quod in Eusebio fortasse quis possit reprehendere. Existimavit enim Eusebius, unum idemque Pilati facinus tum a Philone, tum a Iosepho commemorari: cum tamen si quis diligentius intenderit, duae illae ac diversae res esse videantur. Iosephus enim loquitur de signis seu de imaginibus imperatoris. Philo vero de clipeis auratis, qui nullam imaginem haberent, sed nomen duntaxat Tiberii caesaris cui dedicabantur, cum nomine Pilati qui eos dedicabat. Praeterea id quod narrat Iosephus, accidit anno primo administrationis Pilati, tunc cum Pilatus urbem Hierosolymitanam primum ingressus est. Illud autem quod refert Philo, seu potius rex Agrippa apud Philonem, tunc contigit cum Pilatus iam plures annos administrationis suae complesset, ut ibidem testatur Philo. [*Αὐτοὺς μετῆλθεν* i. e. interprete Valesio: *in ipsorum exitium vertisse.* Cf. Ioh. 19, 15. *H.*] — 9) *Περιστάντες ἅμα.* Rectius apud Iosephum et Nicephorum legitur *περιστάντες τὸ βῆμα.* In nostris tamen codicibus Maz. scilicet Med. et Fuk. scriptum est *περιστάντες τόλμαν,* haud dubie pro *τὸ βῆμα.* — 10) *Ἐνόπλους ἵστησιν.* Postrema vox deest in codice Regio et apud Iosephum,

Καὶ ξίφει μὲν χρήσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος. Τυπτόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ἀπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο [11]*), πρὸς δὲ τὴν συμφορὰν τῶν ἀνῃρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἐσιώπησεν." Ἐπὶ τούτοις μυρίας ἄλλας ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις κεκινῆσθαι νεωτεροποιΐας ὁ αὐτὸς ἐμφαίνει, παριστὰς, ὡς οὐδαμῶς ἐξ ἐκείνου διέλιπον τὴν τε πόλιν καὶ τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν στάσεις καὶ πόλεμοι, καὶ κακῶν ἐπάλληλοι μηχαναί* [12]*), εἰσότε τὸ πανύστατον ἡ κατὰ Οὐεσπασιανὸν αὐτοὺς μετῆλθε πολιορκία. Ἰουδαίους μὲν οὖν ὧν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολμήκασι, ταύτῃ πῃ τὰ ἐκ τῆς θείας μετῄει δίκης.*

---

ac meo quidem iudicio expungenda est tanquam superflua. [Non omnia sunt expungenda, quae orationis vim non magnopere augent et facilius abesse possint. Recte autem Stroth. ob sequens ἰσθῆσιν omissum esse monet ἵστησιν. *H.*] Mox in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum inveni ἰσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς. Atque ita legitur apud Iosephum ac Nicephorum, mendose pro ἰσθῆσιν. — 11) Ἀπὸ τῶν πληγῶν retinendum putavi, quamvis *Reading.* in corrigendis: *lege*, inquit, ἀ π ὸ τ ῶ ν π λ η γ ῶ ν *MS. Val.* Accuratius enim in hac ῥήσει distingui potest ἀ π ὸ τῶν πληγῶν et ὑ π ὸ σφῶν αὐτῶν. Illud nonnisi indicat, πληγὰς *occasionem remotiorem* fuisse, qua perierint alii Iudaeorum, hoc *propiorem causam*, qua alii interierint, σφᾶς αὐτούς. vid. *Hermann.* ad Sophocl. Electr. v. 65. cf. *S c h u l z. christliche Lehre vom heil. Abendmahl* p. 219. *S c h u l t h e s s. theologische Annalen* a. 1818. P. II. p. 820. sqq. *Eiusd. evangel. Lehre vom Abendmahl* p. 7. sqq. *W i n e r. neutestam. Grammatik* p. 152. 154. 217. cf. *Morus* ad Isocr. Panegyr. p. 27. et Euseb. infra II, 19. π ρ ὸ ς ἀλλήλων καταπατηθέντων Sophocl. Trachin. v. 1160. π ρ ὸ ς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕ π ο Suppl. v. 401. *Herm.* ad Vig. p. 886. 862, 418. Eurip. Iphig. A. v. 924. π ρ ὸ ς πατρὸς σφαγήσεται. *H.* — 12) *Κακῶν ἐπάλληλοι μαχαναί.* In codice Regio [Et Grut. *H.*] scriptum inveni κακῶν ἀλλεπάλληλοι μηχαναί. Quae scriptura nonnullis fortasse placitura est. Eam tamen vocem alibi legere non memini: nec scio utrum Graece dici possit ἀλλεπάλληλοι pro ἄλλοι ἐπ' ἄλλαις. Nicephorus vero pro illis Eusebianis quae initio posuimus, maluit dicere ἐπάλληλοι προσβολαί. Quod scholii instar esse potest ad explicationem verborum Eusebii. [Eadem lectionis varietas teste Stroth. exstat in cod. Venet. Herodian. I, 17. extr. Equidem tamen puto scripsisse nostrum ἐπάλληλοι. Vide infra IV, 2. init. κακοῖς ἐπαλλήλοις ἤκμαζεν. *H.*]

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ Ζ.

Ὡς καὶ Πιλάτος ἑαυτὸν διεχρήσατο.

(Nic. H. E. II, 10. Ios. Ant. XVIII, 11.)

Οὐκ ἀγνοεῖν δὲ ἄξιον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τοῦ σωτῆρος Πιλάτον, κατὰ Γάϊον, οὗ τοὺς χρόνους διέξιμεν, τοσαύταις περιπεσεῖν κατέχει λόγος συμφοραῖς, ὡς ἐξ ἀνάγκης [1]) φονευτὴν ἑαυτοῦ καὶ τιμωρὸν αὐτόχειρα γενέσθαι, τῆς θείας, ὡς ἔοικε, δίκης οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν μετελθούσης. Ἱστοροῦσιν Ἑλλήνων

Cap. VII. 1) Ὡς ἐξ ἀνάγκης. Id est, *prae desperatione.* Potest etiam alius esse sensus horum verborum, ut scilicet Pilatus iussu principis sibi mortem consciverit. Sic enim saevire tunc solebant principes Romani, ut de Macrone tradit Iosephus. Sed prior explicatio praeferenda est, quippe quae praecedentibus Eusebii verbis magis congruit, et praeterea confirmatur ex chronico. Sic enim ibi scribit: *Anno tertio Caii Caligulae Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria se manu interficit. Scribunt Romanorum historiae.* [Exinde iam patet, Eusebium hoc referre aliunde acceptum. Praeterea disertis verbis nostro loco ἱστοροῦσιν, inquit, — — ἀναγράψαντες et in chronico ita Romanorum historicos scribere affirmat. Permirum vero est, quod scribit *Reuterdahl.* de fontt. p. 77. *Scriptoris igitur cuiusdam profani verba ibi* (in chronico) *allata iudicamus, quod vero in H. E. de τιμωρῷ αὐτόχειρι praedicatur, additamentum quidem est Eusebianum.* (?) Mihi probabilius videtur, quod Eusebius attulit utroque loco, quam quod tradit Ioh. Antiochenus in excerptis Valesianis p. 808. 809., a Nerone Pilatum capitis supplicio esse affectum. Ἐξ ἀνάγκης h. l. non esse *prae desperatione*, monuisse sufficit. *H.*] Porro Pilati huius mores egregie describit Agrippa rex apud Philonem in legatione ad Caium: ἦν γὰρ τὴν φύσιν ἀκαμπὴς καὶ μετὰ τοῦ αὐθάδους ἀμείλικτος. Et paulo post: καταρείσαντα μὴ καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ἐπιτροπῆς ἐξελέγξωσι τὰς δωροδοκίας, τὰς ὕβρεις, τὰς ἁρπαγάς, τὰς οἰκίας, τὰς ἐπηρείας, τοὺς ἀκρίτους καὶ ἐπαλλήλους φόνους, τὴν ἀνήνυτον καὶ ἀργαλεωτάτην ὠμότητα διεξελθόντες. Ex quibus cognosci potest, quanta fuerit immanitas atque atrocitas Pilati. Est hoc certe illustre testimonium Agrippae, qui flagitia ipsius Pilati oculis suis spectaverat. Talem profecto decuit esse iudicem illum, a quo damnatus est Christus. Innuit autem ibidem rex Agrippa, Pilatum iamtum mortuum fuisse, cum ipse epistolam illam pro Iudaeis ad Caium scriberet. Verba enim illa ἦν γὰρ ἀκαμπής, etc. non nisi de mortuo iam Pilato dici posse mihi videntur.

οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς κατὰ χρόνους πεπραγμένοις ἀναγράψαντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η.

Περὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ.

(Nic. H. E. II, 11. 12.)

Ἀλλὰ γὰρ Γάϊον οὐδ' ὅλοις τέτταρσιν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν κατασχόντα [1]), Κλαύδιος αὐτοκράτωρ διαδέχεται. Καθ' ὃν λιμοῦ [2]) τὴν οἰκουμένην πιέσαντος, τοῦτο δὲ καὶ οἱ πόῤῥω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς [3]) ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις παρέδοσαν, ἡ κατὰ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων Ἀγάβου προφήτου περὶ τοῦ μέλλειν ἔσεσθαι λιμὸν ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, πέρας ἐλάμβανε πρόῤῥησις. Τὸν δὲ κατὰ Κλαύδιον λιμὸν ἐπισημηνάμενος ἐν ταῖς πράξεσιν ὁ Λουκᾶς, ἱστορήσας τε, ὡς ἄρα διὰ Παύλου καὶ Βαρνάβα οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐξ ὧν ἕκαστος ηὐπόρει, διαπεμψάμενοι ἦσαν, ἐπιφέρει λέγων.

Cap. VIII. 1) *Τὴν ἀρχὴν κατασχόντα.* In tribus nostris codicibus scriptum inveni *διακατανασχόντα.* [Cf. Pagi Crit. Vol. 1. p. 34. ad a. C. 41. *H.*] — 2) *Λιμοῦ* non esse intelligendum de fame illa, quam praedixisse dicitur Agabus Act. II, 28., ostendit *Usser.* Ann. p. 658. ad a. C. 42. referente Readingo ad h. l. cf. Tacit. XII, 43. Sueton. Claud. 18. *H.* — 3) *Οἱ πόῤῥω — συγγραφεῖς.* Vertit Val. *scriptores a nostra religione alienissimi.* Ad rem vid. Sueton. Claud. 18. Dio Cass. p. 671. Ioseph. Antiq. XX, 2. Graecos rerum scriptores noster ter nonnisi sine accuratiore nominum vel operum eorum designatione laudat. Vid. IV, 2. V, 5. alias in laudandis scriptoribus, ut quaevis fere docet pagina, diligentissimus. Cf. I, 8. 9. 10. 11. 12. II, 2. et innumeris aliis in locis. Cf. *Möller.* p. 66 — 93. Quando autem Eusebius libros V. T. non accuratius indicat, quod maxime in libro primo historiae ecclesiasticae fecit, in eo profecto non prorsus sequitur communem veterum doctorum consuetudinem, qui quamvis N. T. libros interdum negligentius laudaverint, tamen V. T. loca, ut minus cuivis statim obvia, accurate semper fere significarunt. Vid. *Hug.* *Einl. ins N. T.* T. I. p. 39. sqq. Conferatur tamen *Möller.* p. 90., ubi illud quoque memoratur, uno loco (I, 6.) sua ipsius opera Eusebium negligentius laudare. *H.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Μαρτύριον Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, δῆλον ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου, ἐπέβαλεν Ἡρώδης [1]) ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας· ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ. Περὶ τούτου δ' ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν ὑποτυπώσεων ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ φάσκων· ὅτι δὴ ὁ εἰςαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον [2]), μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανόν [3]). Συναπήχθησαν

Cap. IX. 1) *Ἡρώδης* Agrippa maior Act. 12, I. H. — 2) *Ὁ εἰςαγαγὼν αὐτόν.* Militem seu apparitorem intelligit, qui Iacobum apostolum coram Herode Agrippa in iudicium induxerat. Solebant enim rei a militibus deduci et sisti coram tribunali. Potest etiam intelligi accusator, a quo delatus fuerat Iacobus et in iudicium adductus. Vox enim Graeca ὁ *εἰςαγαγὼν*, tam de apparitore, quam de accusatore accipi potest. Sic Lucas in actuum cap. 16. de accusatoribus Pauli ac Silae scribit: *ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· καὶ προςαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς εἶπον.* Malim tamen Eusebii verba de accusatore Iacobi intelligere. Nam quod sequitur, hominem illum qui Iacobum in iudicium adduxerat, mox a Iacobo veniam petivisse, id magis convenit accusatori quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat: atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit iniuria. Miles vero qui iudici exhibet noxium, cum imperio iudicis obsequatur, omni culpa videtur vacare. — 3) *Ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανόν.* Longe elegantior est lectio codicis Fuketiani, qui ita scriptum exhibet hunc locum: *ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς Χριστιανός.* Reliqui tamen codices nihil mutant. [Equidem vulgatam lectionem puto esse verissimam et recte retentam a Strothio, qui tamen non attulit illius rationis causam. Facillime autem, quod cod. Fuket. exhibet, reciperem, ut quod melius conveniat linguae Graecae consuetudini, qua, cum de eodem substantivo sermo est, de quo verbum, unde ista constructio pendet, intelligitur, nominativus infinitivi poni solet, non accusativus, nisi Eusebium hoc in genere, addito tamen recte semper pronomine, accusativo etiam uti praeter alia loca, docerent ipsa verba Cap. 11. *λέγων ἑαυτὸν εἶναί τινα* IV, 15. *ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι* vid. *Hermann. ad Vig.* p. 743. *Matthiae ausführliche griechische Grammatik* p. 1053. sqq. ed II. cf. *Winer*, neutest. Grammatik p. 133. 2. Consueto autem more Eusebius loquitur v. c. infra V, 8. *παραθήσεσθαι — εἰπόντες.* Praeterea vide, quae egregie monuit *Lobeck. ad Phryn.* p. 750. sq.

οὖν ἄμφω, φησὶ, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ὀλίγον σκεψάμενος, εἰρήνη σοι, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν. Τοτηνικαῦτα δὲ, ὥς φησιν ἡ θεία γραφὴ, ἰδὼν Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου ἀναιρέσει [4]), ὅτι δὴ πρὸς ἡδονῆς εἴη τὸ πραχθὲν τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπιτίθεται καὶ Πέτρῳ, δεσμοῖς τε αὐτὸν παραδοὺς, ὅσον οὔπω καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον ἐνήργησεν ἂν, εἰ μὴ διὰ θείας ἐπιφανείας ἐπιστάντος αὐτῷ νύκτωρ ἀγγέλου, παραδόξως τῶν εἱργμῶν ἀπαλλαγεὶς, ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος ἀφεῖται διακονίαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πέτρον οὕτως εἶχεν οἰκονομίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Ὡς Ἀγρίππας ὁ καὶ Ἡρώδης ἀποστόλους διώξας, τῆς θείας παραυτίκα δίκης ᾔσθετο.

(Nic. H. E. II, 13.)

Τὰ δέ γε τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως τοῦ βασιλέως οὐκέτ' ἀναβολῆς εἴχετο [1]), ἀλλὰ γέτοι αὐτὸν ὁ τῆς θείας δίκης τιμωρὸς διάκονος μετήει, παραυτίκα μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων [2]) ἐπιβουλὴν, ὡς καὶ ἡ τῶν πράξεων ἱστορεῖ γραφὴ, ὁρμήσαντα

---

cf. *Schäfer. ad Lamb. Bos.* p. 224. ad Sophocl. T. I. p. 260. *H.*] To tusporro hic locus in codice Mazarino ita distinguitur: ὁ εἰςαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον μαρτυρήσαντα· ἰδών αὐτόν· κινηθεὶς ὡμολόγησεν etc. Eandem distinctionem reperi in codice Med. ac Fuketiano. Sed in Fuketiano legitur μαρτυρήσοντα. — 4) Ἰδὼν — ἐπὶ τῇ v. I. ἀναιρέσει. Ita vix loquuntur antiqui. Act. 12, 3. legitur ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις. Alio sane sensu ὁρᾶν ἐπί τινι legitur alibi cf. *Schäfer*. Dion. comp. p. 143. Nihil habet Suicerus de hac constructione. *H.*

Cap. X. 1) *Οὐκέτ' ἀναβολῆς εἴχετο.* Pro his Eusebii verbis Nicephorus ista substituit: quae quoniam scholii instar esse possunt, hic apponam: τὰ δὲ τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως Ἡρώδου, οὐκέτ' ἐν ἀναβολαῖς ἦσαν τῇ δίκῃ. [Male Stroth. ante ἀλλὰ excidisse opinabatur ἀκόλουθα, aut certe subaudiendum esse. Totam ῥῆσιν ad sensum recte expressit Val. ita: *Regis vero ob commotam adversus apostolos persecutionem haud quaquam diu dilata vindicta est.* Proprie autem ἀναβολῆς εἴχετο est: *proxima erant dilationi.* Cf. Euseb. in Hierocl. cap. 12. ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα προθύμως τοῖς ἀληθείας ἐχομένοις πειθόμενος. *H.*] —

μὲν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἐν ἐπισήμῳ δ' ἐνταῦθα ἑορτῆς ἡμέρᾳ λαμπρᾷ καὶ βασιλικῇ κοσμησάμενον ἐσθῆτι, ὑψηλόν τε πρὸ βήματος [3]) *δημηγορήσαντα· τοῦ γὰρ δήμου παντὸς ἐπευφημήσαντος* [4]) *ἐπὶ τῇ δημηγορίᾳ, ὡς ἐπὶ φωνῇ θεοῦ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, παραχρῆμα τὸ λόγιον πατάξαι αὐτὸν ἄγγελον κυρίου] ἱστορεῖ, γενόμενόν τε σκωληκόβρωτον ἐκψύξαι. Θαυμάσαι δ' ἄξιον τῆς περὶ τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ παραδόξῳ συμφωνίας τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν. Καθ' ἣν ἐπιμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ δῆλός ἐστιν ἐν τόμῳ τῆς ἀρχαιολογίας ἐννεακαιδεκάτῳ, ἔνθα αὐτοῖς γράμμασιν ὧδέ πως τὸ θαῦμα διηγεῖται· „τρίτον δ' ἔτος αὐτῷ βασιλεύοντι τῆς ὅλης Ἰουδαίας πεπλήρωτο; καὶ παρῆν εἰς πόλιν Καισάρειαν, ἣ τὸ πρότερον Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο. συνετέλει δ' ἐνταῦθα θεωρίας εἰς τὴν καίσαρος τιμὴν, ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἑορτήν τινα ταύτην ἐπιστάμενος* [5]). *Καὶ παρ' αὐτὴν ἤθροιστο τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν* [6]) *ἐν τέλει καὶ*

---

2) *Μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων.* Malim scribere *μετὰ τὴν κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλὴν*, ut legitur apud Nicephorum. — 3) *Ὑψηλόν τε πρὸ βήματος.* Apud Nicephorum scriptum est *πρὸ τοῦ δικαστικοῦ βήματος.* Ubi Nicephorus vocem *δικαστικοῦ* addidit de suo, satis inconsulte. Neque enim iuris dicendi causa illic consederat Agrippa, sed ut concionem haberet ad populum, quemadmodum traditur in actibus apostolorum. Ubi etiam rectius legitur *ἐπὶ τῷ βήματι.* Nam illud *πρὸ βήματος* parum graecum, ac prorsus latinum est. [Recurrit tamen *πρὸ βήματος* infra IV, 9. *πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι* cf. VIII, 9. et temere offensus hac locutione videtur Valesius. *H.*] — 4) *Ἐπευφημήσαντος ἐπὶ τῇ δημηγορίᾳ.* Rectius in tribus nostris codicibus Maz. Med. Fuk. omissa praepositione scribitur *ἐπευφημήσαντος τῇ δημηγορίᾳ ὡς ἐπὶ θεοῦ φωνῇ καὶ οὐκ ἀνθρώπου*, quae lectio longe est elegantior. [Praepositionem omisit Stroth. *H.*] — 5) *Ἑορτήν τινα ταύτην ἐπιστάμενος.* Turnebus in suo codice ad latus emendarat *ἐνστησάμενος.* Quam emendationem etiam in libro Moraei adscriptam inveni. Sed haec coniectura nullomodo placet. Neque enim Agrippa ludos illos primus instituerat, sed ab Herode eius avo iamdudum instituti fuerant. Hic igitur sensus est huius loci quem ex Iosepho citat Eusebius. Sciebat Agrippa hanc festivitatem institutam fuisse pro salute Caesaris ab avo suo Herode, qui primus quinquennale caesareorum certamen apud Caesaream urbem in honorem Augusti instituerat, et Olympiade 192. eos ludos primum ediderat, ut refert Iosephus. Ad horum itaque ludorum editionem Agrippa Caesaream profectus erat anno 4. imp. Claudii, diebus aestivis quibus Olympias 206. inchoari coepit. — 6) *Τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν.* Syriam intelligit, vel eius partem Phoenicen quae provincia dicebatur ad differentiam Iudaeae, in qua tunc regnabat Agrippa. Certe

προβεβηκότων εἰς ἀξίαν πλῆθος. Δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ, στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιαν ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας. Ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστιλβε, μαρμαίρων τι φοβερὸν καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες. Εὐθὺς δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδ' ἐκείνῳ πρὸς ἀγαθοῦ ἄλλος ἄλλοθεν φωνὰς ἀνεβόων, θεὸν προσαγορεύοντες, εὐμενής τε εἴης, ἐπιλέγοντες· εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλά γε τοὐντεῦθεν κρείττονά σε θνητῆς τῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρίψατο. Ἀνακύψας δὲ μετ' ὀλίγον, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἄγγελον [7]). Τοῦτον εὐθὺς ἐνόησε κακῶν εἶναι αἴτιον, τὸν καὶ ποτὲ τῶν ἀγαθῶν γενόμενον, καὶ διακάρδιον ἔσχεν ὀδύνην. Ἀθρόον δ' αὐτῷ τῆς κοιλίας προσέφυσεν ἄλγημα, μετὰ σφοδρότητος ἀρξάμενον. Ἀναθεωρῶν οὖν πρὸς τοὺς φίλους, ὁ θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, ἤδη καταστρέφειν ἐπιτάττομαι τὸν βίον, παραχρῆμα τῆς

Lucas diserte testatur, primores tunc adfuisse Tyriorum, quae urbs caput erat Phoenices. Porro in nostris codicibus Maz. Med. ac Fuketii scriptum inveni ἐπάρχιον, quae vox alibi etiam occurrit in his libris. Nec illud omittendum est, in optimo codice Mazarino id nomen scribi cum diphtongo ἐπάρχειον. Simplex tamen ι superscriptum est eadem manu. Sed recte scribi cum diphthongo docet derivativa vox ἐπαρχεώτης quae non semel occurrit in his libris. Neque enim aliunde formari potest ἐπαρχεώτης quam ab ἐπάρχειος. — 7) Ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἄγγελον, Iosephi verba interpolavit Eusebius malo more. Nam cum Iosephus bubonem dixisset supra caput Agrippae adstitisse, Eusebius e Iosephi textu bubonis nomen expunxit. Iosephi verba sunt: τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν. ἐπὶ σχοινίου τινός· ἄγγελον τοῦτον εὐθὺς ἐνόησεν κακῶν εἶναι, τὸν καὶ ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον. Id est: *Bubonem supra caput suum adstantem super extento fune vidit. Statimque intellexit hunc calamitatis nuntium esse, qui antea felicitatis nuntius fuisset*: sub Tiberio scilicet. Tunc enim iussus in vincula duci Agrippa, cum ad arborem quandam inclinatus staret, bubonem viderat capiti superstantem. Quod Germanus quidam huiusmodi auguriorum peritus, magnam felicitatem Agrippae portendere praedixit, ut refert Iosephus. Vides ergo ut sublato bubonis nomine, sensus omnis huius loci tollitur. Sed fortasse verebatur Eusebius, ne Iosephum et Lucam parum inter se consentire lectores indicarent, si quem Lucas angelum dixerat, Iosephus bubonem dicere videretur. Quasi vero non utrumque fieri potuerit, ut et bubo supra caput Agrippae, et ex alia parte angelus eidem appareret. [Vid.

εἱμαρμένης τὰς ἄρτι μου κατειρευσαμένας φωνὰς ἐλεγχούσης. Ὁ κληθεὶς ἀθάνατος ὑφ᾽ ἡμῶν, ἤδη θανεῖν ἀπάγομαι. Δεκτέον δὲ τὴν πεπρωμένην, ᾗ θεὸς βεβούληται. Καὶ γὰρ βεβιώκαμεν οὐδαμῇ φαύλως, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς μακαριζομένης λαμπρότητος 8). Ταῦτα δὲ λέγων, ἐπιτάσει τῆς ὀδύνης κατεπονεῖτο. Μετὰ σπουδῆς οὖν εἰς τὸ βασίλειον ἐκομίσθη, καὶ διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι 9) παντάπασι μετ᾽ ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ᾽ αὐτίκα σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα 10)

Excurs. II. *H.*] — 8) *Μακαριζομένης μακαριότητος.* Ex Iosepho ac Nicephoro pro *μακαριότητος* restituimus *λαμπρότητος.* Atque ita scriptum habet codex Fuk. [Rufinus legisse videtur *μακρότητος.* Vertit enim: *et longaevitatem, quae beata putatur, explevimus. H.*] — 9) *Ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι.* In vulgatis Iosephi editionibus deest articulus, quod magis probo. *Ἔχοι* igitur positum est pro *μέλλοι*: [Hoc fieri nequit. *H.*] quam locutionem Gallica lingua etiamnum retinet. Quod si articulum retinere malueris, ut in omnibus nostris exemplaribus et apud Nicephorum legitur, tunc scribendum est *ἔχοιντο*, aut certe subaudiendum est *ἀναγκήν*. [Illo non opus est, hoc fieri non potest. Strothius iam coniecit, ὡς ἔχοι κ. λ. dictum esse eodem fere modo, quo ὡς ἔχει ὑγιείας, ὡς ποδῶν εἶχον et similia. At in eo lapsus est Stroth., quod ὡς sumsit pro ὅπως, cum tamen pendeat ex verbis λόγος διῆλθε vel διῆξε., ut legit cum Iosepho Niceph. Steph. Strothius. Imo cum ἔχοι iungendum παντάπασι et sensus verborum proprie hic, Herodem esse plane in conditione mortis, Herodem esse in summo vitae discrimine. vid. *Markland.* ad Lys. p. 665. ed. *Reisk.* cf. verba ultima Cap. 9. οὕτως εἶχε οἰκονομίας. *H.*] In tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. scriptum est ὡς ἔχει, quod magis probo. — 10) *Ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα.* Optime Rufinus hunc locum vertit: *More patrio super ciliciis strati, omnipotenti deo pro regis incolumitate supplicabant.* Reliqui tamen interpretes uno consensu verterunt *saccis induti.* Quod etsi non damno, verbis tamen Iosephi nequaquam convenit. Scio moris fuisse non solum apud Iudaeos, sed etiam apud Assyrios, ut in luctu et in publicis supplicationibus sacco induti, deo invidiam facerent, quemadmodum legitur in historia Ninivitarum, et apud Iosephum in libro 20. antiquitatum cap. 5. Verum et hic mos fuit supplicantium ut stratis ciliciis et cinere conspersi insiderent. Sic in capite 3. Ionae, rex Ninivitarum περιεβάλλετο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ. Et in evangelio Lucae Cap. 10. *Si in Tyro aut Sydone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedentes poeniterent.* Hieronymus in epistola ad Marcellam de acceptis munusculis: *sedere aptum est otiosis, in sacco iacere poenitentibus.* Item in libro ad Paulam de obitu Blaesillae: *Flentesque hodie Iudaei, et nudatis pedibus in cinere volutati, sacco incubant. Ac ne quid desit superstitioni ex ritu vanissimo Pharisaeorum, primum cibum lentis accipiunt.* Et Tertullianus in lib. de

τῷ πατρίῳ νόμῳ, τὸν Θεὸν ἱκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλεω καὶ θρήνων. Ἐν ὑψηλῷ δ' ὁ βασιλεὺς δωματίῳ κατακείμενος, καὶ κάτω βλέπων αὐτοὺς πρηνεῖς προσπίπτοντας, ἄδακρυς οὐδ' αὐτὸς ἔμενεν. Συνεχῶς δ' ἐφ' ἡμέρας πέντε τῷ τῆς γαστρὸς ἀλγήματι διεργασθεὶς, τὸν βίον κατέστρεψεν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς δὲ βασιλείας ἕβδομον [11]. Τέσσαρας μὲν οὖν ἐπὶ Γαΐου καίσαρος ἐβασίλευσεν ἐνιαυτοὺς, τῆς Φιλίππου μὲν τετραρχίας εἰς τριετίαν ἄρξας, τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τὴν Ἡρώδου προσειληφὼς, τρεῖς δ' ἐπιλαβὼν τῆς Κλαυδίου καίσαρος αὐτοκρατορίας." Ταῦτα τὸν Ἰώσηπον μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς θείαις συναληθεύοντα γραφαῖς ἀποθαυμάζω. Εἰ δὲ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως προσηγορίαν δόξειέ τισι διαφωνεῖν, ἀλλ' ὅ γε χρόνος καὶ ἡ πρᾶξις τὸν αὐτὸν ὄντα δείκνυσιν, ἤτοι κατά τι σφάλμα γραφικὸν ἐνηλλαγμένου τοῦ ὀνόματος, ἢ καὶ διωνυμίας περὶ αὐτὸν, οἷα καὶ περὶ πολλοὺς γεγενημένης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Περὶ Θευδᾶ τοῦ γόητος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

(Nic. H. E. II, 11.)

Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσιν εἰσάγει τὸν Γαμαλιὴλ ἐν τῇ περὶ τῶν ἀποστόλων σκέψει λέγοντα, ὡς ἄρα κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον [1]) ἀνέστη Θευδᾶς [2]), λέγων ἑαυτὸν εἶναι

---

poenitentia c. 9.: *de ipso quoque habitu atque victu mandat*, *sacco et cineri incubare*, etc. Eoque referre soleo verba Rufini ex libro 11. historiae ecclesiasticae cap. 33. ubi de Theodosio imp. ita loquitur: *Ante martyrum et apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, et auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat.* Quanquam in manuscripto codice Claromontani collegii legitur *silici postratus*. Epiphanius in haeresi 59. Novatianorum cap. 7. αἰτοὶ ἐὰν ἐνδείξωνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν σάκκῳ, καὶ σποδῷ καθεσθέντες. Tertullianus in libro de pudicitia: *Pariter de poenitentiae officio sedent in sacco, et cinere inhorrescunt.* — 11) Τῆς — ἕβδομον vid. quos laudavit Reading. ad h. l., *Usser*. Ann. p. 659. ad a. C. 44. *Pagi* Critic. Vol. I. p. 38. ad eund. a. *H.*

Cap. XI. 1) *Κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον.* Locus Lucae exstat in cap. 5. actuum apostolorum, ubi Lucas non dicit Theudam Claudii imp.

τινά· ὃς κατελύθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν· φέρε καὶ τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήπου γραφήν [3]. Ἱστορεῖ τοίνυν αὖθις κατὰ τὸν ἀρτίως δεδηλωμένον αὐ-

---

temporibus exstitisse, ut hic affirmat Eusebius. Immo ex Lucae verbis colligi potest, Theudam illum Augusti caesaris principatu turbas in Iudaea concitasse. Nam Gamaliel apud Lucam diserte tradit, post tumultum Theudae exstitisse Iudam Galilaeum, qui in diebus professionis censualis seditionem commovisset. Atqui censualis haec professio contigit post exilium Archelai, Quirinio Syriam administrante, sub extrema Augusti tempora. Falsum proinde esse videtur quod hic affirmat Eusebius, Lucam Theudae motum in Claudii tempora coniecisse. Eusebium tamen nostrum recte sensisse, mox demonstrabimus. — 2) Θευδᾶς cf. quos laudavit Readingus ad h. l., *Pearson.* Lection. in Act. apost. p. 49. *H. Hammondus* et *Whitbeius* in Annott. ad. Act. V, 36. 37. et *Ligthfoot.* Opp. Vol. I. p. 766. *H.* — 3) Τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα του Ἰωσήπου γραφήν. *Scaliger* in lib. 6. de emendatione temporum, Eusebium graviter reprehendit, qui Theudam illum de quo loquitur Lucas, eundem esse putaverit cum altero Theuda cuius meminit Iosephus in lib. 20. cap. 2. sub finem, cum tamen Theudas ille cuius a Luca fit mentio, paulo ante Christi mortem in Iudaea res novas concitaverit, adeo ut inter hunc Theudam, et inter illum cuius meminit Iosephus, duodecim annorum spatium ut minimum intersit. Nam Iosephus Theudae tumultum post obitum regis Agrippae commemorat, quo tempore Cuspius Fadus Iudaeam administrabat. Haec est Scaligeri sententia. At *Casaubonus* in Exercitatione 2. cap. 18. in eo quidem consentit cum Scaligero, quod Theudam Lucae a Theuda Iosephi distinguit, sed in hoc dissentit ab eodem Scaligero, quod Theudam illum cuius meminit Lucas, longe antiquiorem facit quam Scaliger. Eius enim tumultum confert in extrema Herodis regis tempora, et ante ipsum natalem Christi. Idem ante illum sensit Origenes in lib. 1. contra Celsum. Et huic opinioni favere videntur verba ipsa Lucae, qui postquam de Theuda locutus est, haec addit; *Post hunc surrexit Iudas Galilaeus in diebus professionis.* Sed facillimum est huic obiectioni respondere: nec longius, verum ex ipso Luca prometur responsio. Quippe Lucas seu potius Gamaliel apud Lucam, diserte testatur Theudam nuper admodum, et his ipsis quibus haec loquebatur diebus exstitisse. *Ante hos enim dies exstitit Theudas*, etc. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς. Quae verba rem nuper ac novissime factam demonstrant. Sic enim loqui solent tam Graeci quam Latini de re adhuc recenti, ut plurimis exemplis probari potest. *Ante hos* igitur *dies*, idem valet ac: *his diebus:* ut ante diem tertium Calendarum Latini et Graeci dicunt pro eo quod est die 3. Calendarum. Quare cum subiicit Lucas haec verba: *Post hunc exstitit Iudas*, his verbis nihil aliud significatur, quam Theuda vetustiorem fuisse Iudam Galilaeum. Quae quidem expositio licet prima fronte durior videatur, tamen prorsus necessaria

τοῦ λόγου, αὐτὰ δὴ ταῦτα κατὰ λέξιν [4]· *„Φάδου δὲ τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, γόης τις ἀνὴρ, Θευδᾶς τοὔνομα* [5]), *πεί-*

---

est, ac verissima: nec exemplis destituitur. Nam quoties ab ultimo, utpote nobis propiore, numerare instituimus, tunc ex ultimo primus, et ex primo ultimus fiat necesse est. Quam ob causam *retro* fuisse dixit Tertullianus in apologetico, pro olim et antea fuisse: et *retrosiórem* usurpat pro antiquiore. Et tamen *retro* idem est Latinis quod *post*. Sed quoniam Casaubonus negat Graecos unquam ita locutos fuisse, producendus est testis omni exceptione maior. Is est Clemens Alexandrinus, qui in lib. 7. Stromatei sub finem, [p. 898. sq. ed. *Potter. H.*] eodem prorsus modo locutus est quo Lucas. Postquam enim observavit haereticos fere omnes circa tempora imp. Hadriani erupisse, et usque ad principatum Antonini Pii pervenisse: ut Basilidem et Valentinum, haec subiungit: *Nam Marcion iisdem quidem temporibus vixit quibus Basilides et Valentinus. Verum tanquam senior cum illis adhuc iunioribus est versatus.* Addit deinde *μεθ' ὃν Σίμων ἐπ' ὀλίγον κηρύσσοντος τοῦ Πέτρου ὑπήκουσεν*: *Post quem Simon praedicantem Petrum audivit aliquandiu.* Quis non videt in hoc Clementis loco *post hunc* idem valere atque *ante hunc*. Neque enim Simon magus posterior fuit Marcione imo diu ante Marcionem vixit, ut inter omnes constat. Sed nimirum Clemens cum a propinquioribus incipiens, haereticorum indicem texeret, primos numeravit qui erant ultimi; et postremum omnium posuit Simonem, qui revera erat omnium primus. [*Post hunc μεθ' ὃν* quomodo idem esse possit, quod *ante hunc*, quamvis cum Valesio viderit *Moshem. dissertt. ad hist. eccles. pertt.* Vol. II. p. 118., ego tamen plane non video. Aliorum autem et suam ipsius de vexato illo loco Clementis sententiam retulit idem *Moshemius* l. l. p. 115 — 120. Equidem puto cum *Natali Alexandro* in *Selectis Capp. histor. eccl. Saec. I.* cap. XI. Artic. I. p. 21. memoria lapsum esse Clementem. Cf. *Petavii* animadvers. Epiph. p. 39. sq. *H.*] Eodem quoque modo locutus est Symeon Metaphrastes in actis manuscriptis passionis Petri Alexandrini episcopi. Illic enim Petrus in carcere positus Achillam et Alexandrum presbyteros ita affatur: *παρακαλῶ γρηγορεῖν ὑμᾶς καὶ προσεύχεσθαι, μεμνημένους πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν κινδύνων, ὅσους ὑπομένειν ἠναγκάζετο ὁ ἀναθρεψάμενός με πατὴρ μου ὁ ἐπίσκοπος Θεωνᾶς* etc. Et paulo post: *μεμνῆσθαι δὲ καλὸν καὶ τοῦ μεγάλου Διονυσίου, ὃς τῇδε κἀκεῖσε περιῶν, Σαβελλίου μάλιστα ἐπιθεμένου, καὶ πολλὰ τούτου λυποῦντος, οὕτω τὸν πάντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον διὰ Χριστὸν στενώμενος διετέλεσε· καὶ μετ' αὐτὸν Ἡρακλᾶς καὶ Δημήτριος* etc. Vides ut metaphrastes seu potius auctor, ex quo metaphrastes haec acta descripsit, Heraclam ac Demetrium episcopos ait fuisse post Dionysium, quos tamen constat praedecessores fuisse Dionysii. [Longe facilius si quid video, Symeon M. cum Eusebio, quam prior Clementis locus cum aliis conciliari potest et ita quidem, ut nullo modo *μετὰ ante* significare credamus. *Μετὰ* enim non solum de eo dicitur, quod post

θαι τὸν πλεῖστον ὄχλον ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ

---

aliud evenit, sed etiam de eo, quod eodem fere, quo aliud, tempore accidit. Vid. *Fischer. ad Weller.* T. III. p. 31. cf. *Bergler.* ad Alciphr. p. 255. *Dorvill.* ad Charit. p. 412. Mtth. I, 12. Iam vero Heraclas, Demetrius et Dionysius non tam longo temporis intervallo a se quisque erant remoti, ut non dicere potuerit Symeon *μετὰ Διονύσιον* i. e. tempore Dionysii fuisse Heraclam et Demetrium vid. Euseb. H. E. VI, 26. 35. Similiter Heraclam ponit ante Demetrium, qui tamen illo secundum Eusebium l. l. erat prior. At alia est ratio loci illius Clementis Alexandrini. *H.*] Sed et geographiae scriptores, quoties terrarum situm et populorum nomina describunt, eodem loquuntur modo. Dicunt enim *μετὰ τούτους εἰσὶν ἐκεῖνοι.* Quod idem valet ac *supra hos illi sunt isti.* Et haec quidem adversus opinionem Casauboni, qui Theudam illum cuius in actibus fit mentio, Iuda antiquiorem esse existimavit. Sed dicet fortasse quispiam, ex iis quae a nobis disputata sunt, abunde demonstratum videri, Theudam non fuisse antiquiorem Iuda Galilaeo: nihilo tamen minus Theudam illum cuius meminit Lucas, distinguendum esse ab eo Theuda cuius meminit Iosephus. Prior enim Theudas de quo loquitur Gamaliel in oratione illa quam habuit in concilio Iudaeorum, circa tempus passionis Christi tumultum in Iudaea concitavit, alter vero de quo loquitur Iosephus, post mortem Agrippae regis Fado Iudaeam administrante seditionem commovit, quarto circiter anno principatus Claudii Augusti. Cum ergo Gamaliel orationem illam habuerit paulo post resurrectionem Christi, et ante martyrium b. Stephani, id est circa extrema Tiberii tempora, de motu illo Theudae qui regnante Claudio factus est, tunc omnino loqui non potuit. Huic obiectioni aliter occurrere non possumus, nisi Iosephum halucinatum esse dicamus, qui Theudae tumultum tardius quam debebat retulerit. Duos enim Theudas fuisse, qui se prophetas esse mentiti, alter post alterum Iudaeos ad spem rerum novarum concitaverint, nunquam adduci possum ut credam. Conferantur Lucae et Iosephi loca, in quibus uterque illorum de Theuda locutus est: et unum eundemque Theudam ab illis esse memoratum manifestissime deprehendemus. Certe in utriusque narratione, cuncta ad amussim ita conveniunt ut Iosephus Lucam interpretatus esse videatur. Unum discrimen est in tempore: quod tamen tanti momenti non est, ut idcirco duos Theudas comminisci debeamus. Nam quotiescumque huiusmodi narrationis discrepantia apud veteres scriptores occurrit, si ob hanc causam statim negotia ac personas distinguere necesse est, cavendum nobis erit, ne ex uno eodemque homine duos inconsulte faciamus. Quanto satius est, ubi duos scriptores inter se dissentire viderimus, alterum illorum falli affirmare. Quod cum de sacris literis nefas sit dicere, in Iosephum culpa omnis conferenda est. [Quale hoc sit, Valesius ipse satis ostendit eo quod quamvis ante nullam aliam viam ingredi sibi posse videretur, tamen

προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, δίοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. Οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης ὄνασθαι Φάδος, ἀλλ᾽ ἐξέπεμψεν ἴλην [6] ἱππέων ἐπ᾽ αὐτούς, ἥτις ἐπιπεσοῦσα ἀπροσδοκήτως αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν, αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσιν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα.“ Τούτοις ἑξῆς καὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ, μνημονεύει ὧδέ πως.

---

novum quendam sed peiorem anquirit nodi solvendi modum, cf. interpp. ad locum Act. *H.*] Alia quoque conciliandi ratio excogitari potest, si dicamus Lucam in eo loco κατὰ πρόληψιν locutum esse. Quae quidem figura occurrit interdum apud antiquos scriptores: exempli causa apud Virgilium cum dicit:

. . . . *portusque require Velinos.*

Atqui cum haec dicerentur Aeneae, nondum condita erat Velia. Sic ergo Lucas tumultum Theudae toto decennio anticipavit, Gamalielis orationi narationem illam quasi ex sua persona interserens, eo quod praesenti argumento aptissime congruebat. Certe Eusebius noster locum Lucae ita interpretatus videtur, ut ex hoc capite apparet. [*Strothius deutsche Uebersetzung* T. I. p. 94. hoc affert: *Ich glaube, dass der Theudas des Iosephus und des Lucas eine und dieselbe Person sey, dass auch Gamaliel diese Rede allererst nach dem Aufstande des Theudas, und also nach dem Tode des Agrippa gehalten, und dass Lucas, wenn er sie an ihren Ort der Zeit nach hätte bringen wollen, sie am Ende des 12ten Kapitels hätte erzählen müssen, dass er aber mit Fleiss die Zeitordnung nicht beobachtet, sondern die Verrichtungen der Apostel vor dem Sanherim zu Jerusalem vorne an einem Orte habe zusammen erzählen wollen, daher es gekommen, dass er hier gleich die spätere Rede des Gamaliels mitgenommen. H.*] — 4) *Κατὰ λέξιν* cf. Ioseph. Antiqq. XX, 2. *H.* — 5) *Θευδᾶς τοὔνομα.* In tribus nostris codicibus Mazarino, Med. et Fuk. scriptum est *Θευδᾶς ὀνόματι.* [Ita Stroth. *H.*] — 6) Pro ἴλην in Iosepho legitur ὕλην. *H.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ.

Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδος.

(Nic. H. E. II, 11.)

„Ἐπὶ τούτοις [1]) γε καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, καθ' ὃν καὶ ἡ βασίλισσα Ἡλένη πολλῶν χρημάτων ὠνησαμένη σῖτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, διένειμε τοῖς ἀπορουμένοις." Σύμφωνα δ' ἂν εὕροις καὶ ταῦτα τῇ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων γραφῇ, περιεχούσῃ ὡς ἄρα τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος εἰς διακονίαν ἀποστεῖλαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ· ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Παύλου. Τῆς γέ τοι Ἑλένης ἧς δὴ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἐποιήσατο μνήμην, εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς [2]) ἐν προαστείοις δεικ-

Cap. XII. 1) Ἐπὶ τούτοις γε. Locus Iosephi est in lib. 20. antiquitatum cap. 3. Ubi postquam dixit Cuspio Fado procuratori Iudaeae sussessisse Tiberium Alexandrum, statim subiungit ἐπὶ τούτοις γε καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, id est: *horum procuratorum temporibus*, ut recte interpretatus est Gelenius. Quibus verbis aperte indicat Iosephus, famen illam pluribus annis durasse, quippe quae sub duobus illis procuratoribus saevierit. Missus porro est in Iudaeam Fadus post obitum Agrippae regis, id est anno quarto Claudii exeunte. Ita fames illa ab Agabo praedicta, anno v. et vi. Claudii contigit. — 2) Στῆλαι διαφανεῖς. Tres erant pyramides tertio ab urbe Hierosolymitana stadio, in quibus condita erant ossa Helenae Adiabenorum reginae, ut scribit Iosephus in lib. 20. cap. 2. [Non imperasse Helenam, coniugem Monobazi, coniicit *Strothius* l. l. p. 96. not. 8. quem conferas. Adiabena autem dicebatur, quae postea Osroëne vel Osrhoëne, vel ut Ammiano Marcellino scribitur, Osdroëné, regio Syriae inter Amamum et Masium montes sita. *H.*] Idem in libro 6. de bello Iudaico Ἑλένης μνημεῖα bis appellat, quas hoc loco στήλας vocat Eusebius. Rufinus *sepulchrum* vertit non male. *Mausoleum Helenae* vocat Hieronymus in oratione de obitu Paulae: idque adhuc sua aetate stetisse testatur. Porro hoc Helenae sepulchrum mirabili opere fabricatum fuisse testatur Pausanias in Arcadicis. Cum enim plura sepulchra memoratu digna a se visa esse affirmet, duo tamen prae ceteris admiratur: Mausoli scilicet in Caria, et Helenae in Iudaea. Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπὶ χωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Ἱεροσολύμοις, ἣν ἐς ἔδαφος κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. Cetera de miraculo ianuae sepulchri illic vide apud Pausaniam. Qui in eo fallitur,

νυνται τῆς νῦν Αἰλίας [3]). Τοῦ δὲ Ἀδιαβηνῶν ἔθνους αὕτη βασιλεῦσαι ἐλέγετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Περὶ Σίμωνος τοῦ μάγου.

(Nic. H. E. II, 14. 27. Eus. infra IV, 21.)

Ἀλλὰ γὰρ τῆς εἰς τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἤδη διαδεδομένης πίστεως [1]), ὁ τῆς

---

quod Helenam patria Iudaeam fuisse existimavit. Fuit et palatium eiusdem Helenae Hierosolymis, ut docet Iosephus in libro 6. de bello Iudaico pag. 920. Στῆλαι. Ioannes Langus qui Nicephorum latine interpretatus est, *statuas* vertit, pessime omnino. Nam vox στήλη interdum quidem statuam significat, ut apud Suidam et recentiores Graecos saepius occurrit. Sed ea significatio huic loco convenire non potest, cum nefas fuerit Iudaeis statuas ullas habere. Eundem errorem admisit Gelenius in interpretatione libri Philonis de legatione ad Caium. Cum enim Philo de proseuchis Iudaeorum Alexandriae quas Graeci concremaverant, haec dixisset: καὶ σιωπῶ τὰς συγκαθαιρεθείσας καὶ συμπρησθείσας τῶν αὐτοκρατόρων τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρύσων καὶ στηλῶν καὶ ἐπιγραφῶν, Gelenius ita vertit: *Taceo deletos a furentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clipeos, coronas statuasque auratas cum suis titulis.* Cum potius ita vertere debuisset: *Clipeos, coronas aureas, columnas cum inscriptionibus.* Sic etiam in hoc Eusebii loco στῆλαι sunt columnae, seu cippi sepulchrales in quibus humatorum nomina perscribebantur. De his scholiastes Aristophanis in Equitibus et in Avibus. Earum usus etiam apud Romanos. Nam Dio in lib. 67. de funebri cena ait: στήλην ταφοειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε, τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν. Idem in lib. 69. de equi Borysthenis sepulchro eandem vocem usurpat. In veteribus glossis στήλη cippus redditur. Cicero in lib. 2. de legibus *columnas* dixit, ubi agit de sepulchris. Clemens Alexandrinus in lib. 5. Stromat. scribit Hipparchum Pythagoreum eo quod arcana magistri evulgasset, e collegio eiectum fuisse, et cippum ei positum fuisse tanquam mortuo, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γένεσθαι, οἷα νεκρῷ. [Cf. *Vales.* ad notas Mossaci in Harpocrat. p. 217. ubi laudat locum ex Aeschin. diall. III, 3. Ἀμαζονὶς στήλη, quem omisit Stephanus in Thesauro. Xen. Cyrop. VII, 3, 6. Eodem modo μνήματα dicuntur apud Pausan. I, 36. I, 2. μνῆμα Ἀμαζόνος cf. Theophrast. Charactt. XXI, 2. *Meursius* Athen. Att. II, 10. *H.*] — 3) Αἰλίας cf. infra IV, 6. *H.*

Cap. XIII. 1) Ἤδη διαδεδομένης πίστεως. In codice Maz. Med. ac Savil. legitur διαδιδομένης, quod magis placet. —

ἀνθρώπων πολέμιος σωτηρίας, τὴν βασιλεύουσαν προαρπάσασθαι πόλιν μηχανώμενος, ἐνταῦθα Σίμωνα τὸν πρόσθεν δεδηλωμένον ἄγει, καὶ δὴ ταῖς ἐντέχνοις τἀνδρὸς συναιρόμενος γοητείαις, πλείους τῶν τὴν Ῥώμην οἰκούντων ἐπὶ τὴν πλάνην σφετερίζεται. Δηλοῖ δὲ τοῦτο μετ᾽ οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ καθ᾽ ἡμᾶς διαπρέψας λόγῳ Ἰουστῖνος, περὶ οὗ τὰ προσήκοντα κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Καὶ μοὶ [2]) λαβὼν ἀνάγνωθι τοῦδε τὴν γραφὴν, ἣν ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνῖνον ὑπὲρ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς δόγματος ἀπολογίᾳ [3]) γράφων ὧδέ φησιν· „Καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου εἰς οὐρανὸν, προεβάλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς, λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ᾽ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἠξιώθησαν· Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων [4]), ὃς ἐπὶ Κλαυδίου καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ᾽ ὑμῖν ὡς θεὸς τετίμηται [5]), ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ [6]), ὅπερ ἐστι

---

2) Verba μοὶ — ἣν omittit Stroth. auctoritate Nicephori, Rufini et Stephani post verbum παραθήσομαι simpliciter scribens ὃς δῇ ἐν τῇ κ. τ. λ. Neque ille immerito taxat Valesium, quod, cum Stephani textum deserendum putaret, tamen nihil de Codd. suorum lectione monuerit, id quod saepius fecit Vales. Quanquam perquam familiare esse Eusebio illud καὶ — ἀνάγνωθι concedit ipse Stroth., laudatis locis ex H. E. III, 6. 8. Praepar. evang. VIII, 10. *H.* — 3) Ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίᾳ. Hic Iustini locus non in priore, sed in secunda eius Apologetico hodie exstat. Verum Eusebius in citandis Iustini Apologeticis, alium ordinem secutus est, quam vulgatae editiones. Primum enim semper vocat eum qui in vulgatis editionibus est secundus, et secundum qui vulgo est primus. Qua de re pluribus infra disputabitur. — 4) Ἀπὸ κώμης Γίττων. Clemens in lib. 2. Recognit. *Simon hic*, inquit, *patre Antonio, matre Rachel natus est: gente Samaraeus ex vico Gytthorum, arte magus, etc.* — 5) Post τετίμηται Stroth. ex Iust. Cph. Rufin. Venet. addit ὃς ἄνδριας ἀνεγήγερται. Fortasse ὁμοιοτέλευτα illa fefellerunt librarios. *H.* — 6) ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ. Iamdudum viri docti observarunt, imperitia Latinae linguae lapsum esse Iustinum, qui statuam Semoni Sanco positam, Simoni mago sacratam fuisse putaverit, vicinitate nominum deceptus. Certe statua illa quam in insula Tiberina viderat Iustinus, non ita dudum effosa est cum ea inscriptione quam dixi, SEMONI SANGO DEO FIDIO. Sancus deus erat apud Sabinos qui pactis et foederibus praeerat, a sanciendo dictus. Unde etiam deus Fidius voca-

Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ. Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προςκυνοῦσι. Καὶ Ἑλένην τινὰ 7) τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ 8), πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν 9)

---

batur, a fide. Quin etiam per eum iurare soliti erant Romani. Fefellerunt Iustinum Samaritani quidam, qui statuam illam Simoni Samaritano positam fuisse ei persuaserunt. Quasi vero Romani magum ac praestigiatorem adhuc viventem consecravissent: aut quasi Romani deum adiecto epitheto sanctum vocaverint. [Proniorem fuisse lapsum Iustini M., si statuae illi, quam ipse vidit, inscriptum esset, *Simoni deo sancto*, bene animadvertit *Grabius* in notis ad Iustini locum, qui exstat Apol. I. edit. Oxon. p. 51. Exaratum quoque fortasse erat *Simoni*, ut saepe *Mircurius*, *Camina*, *Gimina* et sexcenta alia, ut recte vidit *Salmasius* ad Spartianum in vita Hadriani c. 14. p. 140. ed. Lugd. Accedit, quod *Sancum* etiam *Sanctum* interdum appellatum esse monuit *Grabius* laudato loco ex Ovid. Fast. lib. VI.

Quaerebam Nonas Sancto Fidione referrem,
An tibi, Semo pater: hic mihi Sanctus ait.

Frustra autem ab errore liberare Iustinum M., quem Irenaeus, Tertullianus, alii secuti sunt, conatus est *Halloixius* prolixa dissertatione in vita eius, monente *Grabio* l. l. Eusebium non posse culpari quod Iustino assensus sit, ut a Roma et Simonis temporibus remotior, contendit *Danz.* de Euseb. p. 115. not. 9. qui simul eos, qui scire cupiant, quid pro statua Simoni mago erecta dici possit, adire iubet *P. Fr. Fogginium de Romano D. Petri itinere et episcopatu*, Florent. 1741, 4. p. 247—279. Praeterea facile intelligitur sola perversa inscriptionis illius statuae explicatione quam ipse Iustinus propinaverat, factum esse ut vel confingeretur vel amplificaretur narratio de Simone mago Romae suas malas artes exercente, sed a Petro felici Marte devicto. cf. *Reuterdahl. de fontibus histor. eccles. Euseb.* pag. 19. „*Bene est notandum in tota hacce historia, quamvis maxime composita appareat, nihil fere occurrere, quod origenem vel e narratione Lucae* (Act. VIII.) *vel ex paucis illis Iustinianis petitam non redoleat. Laudandus sane est Eusebius, quod cum res horum Apocryphorum* (Pseudo-Clementinorum) *illi non essent incognitae, tam parce et parum credule eas operi suo intexuerit. H.*] — 7) *Ἑλένην τινά.* Rufinus Selenem vocat. Atque ita Clemens in lib. 2. Recognitionum, ubi multa de hac Selene seu luna refert, satis recondita. — 8) *Κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ* non dixisse quenquam ex probis scriptoribus Graecis censet Phrynichus, ad quem vid. *Lobeck.* p. 276. qui recentiores saepissime ita loqui articulo *τοῦ* vel omisso vel addito, exemplis satis multis docuit. cf. Eusebius H. E. I, 6. *εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ*, quem ipsum locum cum hoc laudavit Lobeckius. Alii loci sunt II, 1. p. 95. II, 14. 17. *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ*, etc. Praeterea cf. *Duker. praef. ad Thucyd.* p. XXV. *Schäfer. ad Gregor.* p. 775. *H.* — 9) *Ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν.*

ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης, τὴν ἀπ᾿ αὐτοῦ πρώτην ἔννοιαν λέγουσιν." Ταῦτα μὲν οὗτος. Συνάδει δ᾿ αὐτῷ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν ἀνοσίαν καὶ μιαρὰν αὐτοῦ διδασκαλίαν ὑπογράφων, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος περιττὸν ἂν εἴη καταλέγειν, παρὸν [10]) τοῖς βουλομένοις, καὶ τῶν μετ᾿ αὐτὸν κατὰ μέρος αἱρεσιαρχῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τοὺς βίους, καὶ τῶν ψευδῶν διδαγμάτων τὰς ὑποθέσεις, τά τε πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιτετηδευμένα διαγνῶναι, οὐ κατὰ πάρεργον τῇ δεδηλωμένῃ τοῦ Εἰρηναίου παραδεδομένα βίβλῳ. Πάσης μὲν οὖν ἀρχηγὸν αἱρέσεως [11]) πρῶτον γενέσθαι τὸν Σίμωνα παρειλήφαμεν. Ἐξ οὗ καὶ εἰς δεῦρο οἱ τὴν κατ᾿ αὐτὸν μετιόντες αἵρεσιν, τὴν σώφρονα καὶ διὰ καθαρότητα βίου παρὰ πᾶσι βεβοημένην Χριστιανῶν φιλοσοφίαν [12]) ὑποκρινόμενοι, ἧς μὲν ἔδοξαν ἀπαλλάτ-

---

Nescio quo casu in editionem Rob. Stephani error irrepserat, ut pro *τέγους* scriberetur *τέλους*. Quo scripturae vitio deceptus Musculus, vir mediocris ingenii, hunc locum ita vertit: *Quae primum in telonio steterat.* Christophorsonus quoque ad eundem lapidem impegit. Sic enim interpretatus est: *Quae antea apud Tyrum Phoeniciae meretricio quaestui se ipsam prostituisset.* Quasi *ἐπὶ τέγους* idem esset ac *ἐπὶ μισθῷ*. Atqui *τέγος* Graecis est *πορνεῖον*. Clemens Alexandrinus in lib. 3. Stromateon: *Εἶεν δ᾿ ἂν ἐν ταῖς μείζοσι παρ᾿ αὐτοῖς ἐλπίσιν, αἱ προεστῶσαι τοῦ τέγους πόρναι, ἀναίδην εἰσδεχόμεναι τοὺς βουλομένους ἅπαντας.* Chrysostomus in oratione de sancto Babyla contra gentiles, *τὰς ἀπὸ τοῦ τέγους γυναῖκας* vocat meretrices. [Similiter *οἴκημα* dicitur lupanar apud Xenoph. Mem. II, 2, 4. Aelian. V. H. VI, 1. Achill. Tat. VIII, 9. p. 680. cf. LXX ad Ezech. 16, 24. qui plenius scribunt *οἴκημα πορνικόν*. cf. *Dorville* ad Charit. p. 587. *H.*] — 10) *Παρὸν — — διαγνῶναι.* Satis patet vel ex his verbis, soli Eusebio tribuendum esse, quod in eius opere *accuratiores* et *ad singula quaevis pertinentes notitiae de haereticis* haud inveniuntur, neque satis vere *Kestner. de Eus. auct.* p. 2. *Fata quidem*, inquit, *quae ecclesiae per tria secula contigerunt acciderunt que ab Euseb. nobis tradita esse neminem adhuc fugiebat. Neque etiam historiam dogmatum nostrum simul conscribere voluisse, ulli latuisse arbitrer.*" Cf. *Reuterdahlium* l. l. p. 69.: *Inter omnia historiae Ecclesiasticae capita nullum tam mancum et imperfectum apud Eusebium invenitur, quam id, quod haereses complectitur. Haec vero tenuitas tempori magis quam auctori tribuatur. ibid.* p. 70. *H.* — 11) *Ἀρχηγὸν* vid. *Moshemii dissertatio de uno Simone Mago* in *Eius Dissertt. ad historiam ecclesiast. pertinentt.* T. II. p. 69. 70. cf. *Reuterdahl.* de fontt. p. 70. sq. *H.* — 12) *Φιλοσοφίαν* saepius vocari constat religionem Christianam a patribus. Vid. *Suicer.* Thes. T. II. p. 1440. II. p. 1441. 2. Opponitur *φιλοσοφία νόμου* s. theologia Iudaica apud Clement. Alex. Strom. I. p. 295. VI. p. 645. ed. *Potter.* cf. Ioseph. Antiqq.

νεσθαι περὶ τὰ εἴδωλα δεισιδαιμονίας οὐδὲν ἧττον αὖθις ἐπιλαμβάνονται, καταπίπτοντες ἐπὶ γραφὰς καὶ εἰκόνας, αὐτοῦ τε τοῦ Σίμωνος καὶ τῆς σὺν αὐτῷ δηλωθείσης Ἑλένης, θυμιάμασί τε καὶ θυσίαις καὶ σπονδαῖς τούτους θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες [13]). Τὰ δὲ τούτων αὐτοῖς ἀποῤῥητότερα, ὧν φασὶ τὸν πρῶτον ἐπακούσαντα ἐκπλαγήσεσθαι, καὶ κατά τι παρ᾽ αὐτοῖς λόγιον ἔγγραφον θαμβωθήσεσθαι, θάμβους ὡς ἀληθῶς καὶ φρενῶν ἐκστάσεως καὶ μανίας ἔμπλεω τυγχάνει, τοιαῦτα ὄντα, ὡς μὴ μόνον μὴ δυνατὰ εἶναι παραδοθῆναι γραφῇ, ἀλλ᾽ οὐδὲ χείλεσιν αὐτὸ μόνον δι᾽ ὑπερβολὴν αἰσχρουργίας τε καὶ ἀῤῥητοποιΐας, ἀνδράσι σώφροσι λαληθῆναι. Ὅ, τί ποτε γὰρ ἂν εἴη ἢ ἐπινοηθείη παντὸς αἰσχροῦ μιαρώτερον, τοῦτο πᾶν ὑπερηκόντισεν ἡ τῶνδε μυσαρωτάτη αἵρεσις, ταῖς ἀθλίαις καὶ παντοίων ὡς ἀληθῶς κακῶν σεσωρευμέναις γυναιξὶν ἐγκαταπαιζόντων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ.

Περὶ τοῦ κατὰ Ῥώμην κηρύγματος Πέτρου τοῦ ἀποστόλου.

(Nic. H. E. II, 14.)

Τοιούτων κακῶν πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν Σίμωνα κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ, ὥσπερεὶ μέγαν καὶ μεγάλων ἀντίπαλον τῶν θεσπεσίων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων, ἡ μισόκαλος καὶ τῆς ἀνθρώπων ἐπίβουλος σωτηρίας πονηρὰ δύναμις προὐστήσατο. Ὅμως δ᾽ οὖν ἡ θεία καὶ ὑπερουράνιος χάρις, τοῖς αὐτῆς [1]) συναιρομένη διακόνοις, δι᾽ ἐπιφανείας αὐτῶν καὶ παρουσίας, ἀναπτομένην τοῦ πονηροῦ τὴν φλόγα ᾗ τάχος ἐσβέννυ, ταπεινοῦσα δι᾽ αὐτῶν καὶ

XVIII, 3, 1. Coloss. II, 8. *H.* — 13) *Θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni *ἐγχειροῦντες*. Et paulo post, ubi legitur *ἔμπλεω τυγχάνει*, iidem codices scriptum exhibent *ἔμπλεα*. In optimo tamen exemplari Mazarino adnotatum est ad latus eadem manu *Γρ. ἐπιχειροῦντες*.

Cap. XIV. 1) *Τοῖς αὐτοῖς συναιρομένη διακόνοις.* Ita ex codice Med. edidit Rob. Stephanus. Sed longe rectius in codice Regio, Maz. et Fuketiano et Savil. scribitur *τοῖς αὐτῆς συναιρομένη*, etc. Quin etiam

καθαιροῦσα πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Διὸ δὴ οὔτε Σίμωνος οὔτ' ἄλλου του τῶν τότε φύντων συγκρότημά τι κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἀποστολικοὺς ὑπέστη χρόνους. Ὑπερενίκα γὰρ καὶ ὑπερίσχυε τὰ πάντα τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος, ὅ, τε λόγος αὐτὸς ὁ θεῖος ἄρτι θεόθεν ἀνθρώποις ἐπιλάμψας ἐπὶ γῆς τε ἀκμάζων, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις ἐμπολιτευόμενος. Αὐτίκα ὁ δηλωθεὶς γόης ὥσπερ ὑπὸ θείας καὶ παραδόξου μαρμαρυγῆς τὰ τῆς διανοίας πληγεὶς ὄμματα, ἅ τε πρότερον ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἐφ' οἷς ἐπονηρεύσατο πρὸς τοῦ ἀποστόλου Πέτρου κατεφωράθη, μεγίστην καὶ ὑπερπόντιον ἀπάρας πορείαν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν, ἐπὶ δυσμὰς ᾤχετο φεύγων, μόνως ταύτῃ βιωτὸν αὐτῷ κατὰ γνώμην εἶναι οἰόμενος. Ἐπιβὰς δὲ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, συναιρομένης αὐτῷ τὰ μεγάλα τῆς ἐφεδρευούσης [2]) ἐνταῦθα δυνάμεως, ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἤνυστο, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει πρὸς τῶν τῇδε οἷα θεὸν τιμηθῆναι. Οὐ μὴν εἰς μακρὸν αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει. Παραπόδας γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἡ πανάγαθος καὶ φιλανθρωποτάτη τῶν ὅλων πρόνοια, τὸν καρτερὸν καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον, Πέτρον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς ἐπὶ τηλικοῦτον λυμεῶνα βίου χειραγωγεῖ, ὅς οἷά τις γενναῖος τοῦ Θεοῦ στρατηγὸς τοῖς θείοις ὅπλοις φραξάμενος, τὴν πολυτίμητον ἐμπορείαν [3]) τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐξ ἀνατολῶν τοῖς

Nicephorus hanc scripturam confirmat. Habet enim τοῖς ἐκείνης διακόνοις. [Αὐτῆς scripsi cum Stroth. Ipse Val. vertit *ministris suis. H.*] — 2) Τῆς ἐφεδρευούσης. Male hunc locum cepit Rufinus. Sic enim vertit.: *In urbem Romam ingressus, utens adminiculo adsistentis sibi et adhaerentis daemoniacae virtutis, quam paredrum vocant.* Verum Eusebius loquitur de daemone, qui in urbe Roma quasi in capite totius mundi, sedem ac domicilium posuerat. In codice Fuketiano et Saviliano legitur συνεδρευούσης. — 3) Τὴν πολυτίμητον ἐμπορείαν. Recte ad haec verba observat *Strothius deutsche Uebersetzung* T. I. p. 102. „*Ein sonderbarer Uebergang von einer Metapher zur andern, überhaupt, wenn man von diesem ganzen Kapitel die unnützen Rhetoricationen wegnimmt, so hätte das eigentlich Historische darin mit vier Worten ausgedrückt werden können: Petrus kam nach Rom.*" Cogitandum tamen est, quod Eusebius ipse I, 1. professus est, se prima historiae ecclesiasticae fundamenta iecisse, neque fidem historicam Eusebii eo minui. Cf. Vales. ad IV, 6. Recte autem *Möller*, de fide Eus. p. 31. „*Stylus*, inquit, *eius* (Eusebii) *rudis plerumque ac durior et, iudice Photio* (*Bibl*, *cod.* 13), *neque iucundus neque perspicuus: haud raro, cum sublimia sectatur, turget, cum quotidiana parat*

κατὰ δύσιν ἐκόμιζεν, φῶς αὐτὸ καὶ λόγον ψυχῶν σωτήριον, τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας εὐαγγελιζόμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ.

Περὶ τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου.

(Nic. H. E. II, 15.)

Οὕτω δὴ οὖν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου, ἡ μὲν τοῦ Σίμωνος ἀπέσβη καὶ παραχρῆμα σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο δύναμις[1]), το-

---

quitur, humi repit, ut appareat eum — — ad seriorum aliquot nescio quorum Alexandrinorum doctum quidem sed vagum et inconcinnum scribendi genus se composuisse." Et ante Möllerum *Strothius* l. l. T. II. praefat. p. VI. „*Eusebii Schreibart, die schon in der Kirchengeschichte nicht viel taugt, ist in den letztgedachten Büchern* (vom Leben Constantins) *noch viel schlechter. So affectirt es ausfällt, wenn ein alter Mann jugendlich munter thun will, so affectirt ist in diesen Büchern unsers guten Verfassers Schreibart. Er scheint in denselben oft alle Kräfte aufzubieten, um sich empor zu schwingen und erhaben zu schreiben, man sieht aber offenbar, dass ihm diess nicht natürlich sei, — — — Daher kommen so viele seltsame Metaphern und wunderbare Ausdrücke.*" H.

Cap. XV. 1) Σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο. Ex his Eusebii verbis perspicue colligitur, Simonis magi interitum Romae contigisse principatu Claudii Augusti. Nam Eusebius scribit Petrum regnante Claudio Romam venisse, statimque Simonis magicas artes Petri adventu discussas, et cum auctore ipso destructas fuisse. Eusebium secutus Symeon metaphrastes, Simonis interitum Claudii temporibus accidisse, scribit. At *Baronius* in annalibus, et *Sigonius* in librum secundum historiae sacrae Sulpicii Severi, id Neronis temporibus accidisse contendunt: cuius rei auctores habent Severum, Augustinum, Philastrium et Maximum Taurinensem. Ego vero Eusebii sententiam veriorem puto. Cum enim constet ex Iustino et Irenaeo, Simonem sub Claudio Romam venisse et fraudulenta edidisse miracula; cumque etiam constet, Petrum eiusdem Claudii temporibus Romam se contulisse ad Simonis fraudes confutandas, verisimile non est Simonem tam diu praesente atque adstante Petro insultasse fidei Christianae. Sed qui Simonis exitium in Neronis conferunt tempora, id fecisse videntur, ut triumphi de Simone acti particeps esset Paulus. Norant enim Paulum apostolum Nerone demum regnante venisse Romam. Itaque ut certamini illi Petri cum Simone interesset, certamen illud in Neronis tempora contulerunt.

σοῦτο δ' ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μὴ δὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον οὗ τὸ εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης [2]) αὐτοῖς καταλείψοι διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι, ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἰτίους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου γραφῆς. Γνόντα δὲ τὸ πραχθέν φασι τὸν ἀπόστολον ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις, (Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων [3]) παρατέθειται [4]) τὴν ἱστορίαν, συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας) τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν [5]) τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπι-

---

Porro de certamine illo et de Simonis volatu „nullum hic verbum dixit Eusebius. Silent etiam Irenaeus et Iustinus. Certe Icarius ille Simonis interitus, quomodo consentire possit cum statua illa Simonis Sancti dei, equidem non video. — 2) Τῆς διαλόγου παρ. Non hoc dicit Eusebius, Marcum voluisse Romanis tradere *nihil aliud* nisi quod Petrus antea cum iis communicaverat, sed hoc tantum, voluisse Romanos, ut Marcus doctrinam Christianam, quam Petrus iam docuerat, scriptis mandaret. Cf. Euseb. III, 39. V, 8. VI, 14. Epiphan. in haeresi Alogorum p. 428. ed. *Petav.* εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν Ματθαῖον ἀκόλουθος γενόμενος ὁ Μάρκος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ ἐν Ῥώμῃ, ἐπιτρέπεται τὸ εὐαγγέλιον ἐκθέσθαι, ad quem locum cf. *Petavii* animadvv. p. 88. Temere autem Marcum ex Petri sermonibus simul hausisse negat *Storr. über den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe des Johannes* p. 250. ed. II., cautius hac de re legendus. cf. ibid. p. 252. vid. *Hug. Einleitung ins Neue Testam.* T. II. p. 61. sq. p. 111. 112. 116. sqq. p. 162. sq. *H.* — 3) Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν ὑποτυπώσεων. Locus Clementis quem hic designat Eusebius, refertur ab Eusebio in libro 6. historiae ecclesiasticae capite decimo quarto, ad quem locum deo iuvante, plura dicturi sumus. [Post Κλήμης Stroth. cum Cph. μὲν addidit. Caeterum *Storr.* l. l. p. 253. haec attulit: „*Wenn sich Eusebius am Ende dieser Nachricht auf den Clemens von Al. beruft, so kann die Meinung nicht sein, als wenn Clem. alle vorher erzählte Umstände berichtete. Genug, dass er versicherte, Marcus habe auf Bitten der Römer Petri Vortrag aufgeschrieben. Eben so beruft er sich auf den Papias, der nicht einmal von Rom was meldet, sondern blos bekräftigt, dass Marcus Petri Gefährte gewesen sei, und sein Evangelium aus den Predigten dieses Apostels habe.* (*B.* 3. *K.* 39.)“ *H.*] — 4) Pro παρατέθειται, quod unde hauserit, tacet Val., et ἐκτέθειται quod Steph. habet, dedit Str. ex MSt. MS. Ion. προστίθησιν. *H.* — 5) Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν. Haec

σπολῇ, ἣν καὶ συντάξαι φασὶν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, σημαίνειν τε τοῦτ' αὐτὸν τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα 6) προσειπόντα

---

verba sic accepit Rufinus, quasi id a Papia relatum fuisset. Sic enim vertit: *Cuique simile dat testimonium etiam Hierapolites episcopus Papias: qui et hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua Marci meminerit.* Eundem sensum in interpretatione sua secutus est Musculus. Nos vero haec verba a praecedentibus omnino seiunximus; quod etiam Hieronymus ac Nic. ante nos fecisse deprehenditur. — 6) Τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα. Romam Petrus [I. Petr. V, 13. *H.*] figurate Babylonem vocavit, vel ob magnitudinem ac potentiam, vel propter impietatem, eo quod daemonum cultui dedita tunc esset Roma perinde ac olim Babylon. Potest etiam alia ratio huius cognominis afferri, quod scilicet ut Babylonii Iudaeos in servitutem redegerant, sic Romani tunc Iudaeos ditioni suae subiecissent. Sunt qui in dicta Petri epistola, Babylonis nomine non Romam, sed Babylonem ipsam quae caput fuit Assyriorum, designari contendant. Verum hi omnium veterum patrum testimonio refelluntur. Certe qui Petrum Babylone sedisse volunt, ostendant nobis oportet successionem episcoporum, qui Babylonis ecclesiam post Petrum administrarunt. Proferant igitur fastos ecclesiae illius, sicut nos successiones episcoporum urbis Romae qui post Petrum apostolum Romanae ecclesiae praefuerunt, ex Irenaeo aliisque proferimus. Quae, malum, impudentia est, id quidem quod nemo veterum dixit, temere affirmare: Petrum scilicet sedem fixisse Babylone, id vero quod veteres omnes ecclesiastici scriptores disertissime prodiderunt, adventum videlicet Petri in urbem Romam, pertinaciter negare. Atqui nihil in tota historia ecclesiastica illustrius, nihil certius atque testatius, quam adventus Petri apostoli in urbem Romam. Nam praeter Papiam et Clementem Alexandrinum quorum testimonia hic affert Eusebius, idem scribit Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem episcopum urbis Romae, [cf. Euseb. H. E. II, 25. Clemens Rom. ep. I. ad Cor. c. 5. Iustin. M. Apol. II. p. 69. ed. Paris. *H.*] Irenaeus, Caius presbyter in disputatione adversus Proclum, Origenes in tomo 3. explanationum in Genesim. Quorum omnium loca, id quod dixi affirmantium, sparsim in hoc opere citata reperiet diligens lector. [Satis quae falsa tradit h. l. Valesius, refutat ipse *Suicerus* Thes. T. I. p. 614., recte quae vera dicit de Petri in urbem Romam adventu praeeunte Eusebio, qui Cap. XIV ex vulgata traditione illum retulerat, et de quo ipsi Protestantium theologi dubitarunt, confirmavit iam *Pearsonus* in *Tractatu de successione primorum Romae episcoporum* Cap. VII. p. 32. cf. *Pagi* Crit. Vol. I. p. 37. *Cave* histor. litt. Vol. I. p. 4. Recte quoque secuti sunt *Schröckh. christliche Kirchengeschichte* T. II. p. 155. *Reuterdahl. de fontibus histor. eccles. Eus.* p. 18. „*Per se constat, posita etiam hac commoratione Petri Romana, non ideo poni episcopatum eius per XXV annos Romae gestum aliaque plura.*“ *H.*]

διὰ τούτων· „ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου."

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις.

Ὡς πρῶτος ὁ Μάρκος τοῖς κατ' Αἴγυπτον τὴν εἰς τὸν Χριστὸν γνῶσιν ἐκήρυξεν.

(Nic. H. E. II, 15.)

Τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτον φασὶν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον [1]), τὸ εὐαγγέλιον ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο, κηρῦξαι, ἐκκλησίας

Cap. XVI. 1) *Μάρκον ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον.* Quo anno Marcus in Aegyptum profectus sit ad praedicandum evangelium, non satis constat inter antiquos scriptores. Auctor chronici Alexandrini id refert anno 8. Caii Caligulae. Georgius quoque Syncellus in eadem est sententia. Eusebius autem in chronico, Marci profectionem confert in annum secundum imp. Claudii. Sed si verum est id, quod Clemens et Papias retulerunt, Marcum una cum Petro venisse Romam, ibique rogatum a Romanis evangelium conscripsisse; priusquam de tempore profectionis Marci in Aegyptum dicamus, inquirendum est, quo anno Petrus in urbem Romam advenerit. Eusebius quidem in chronico, Petri in urbem Romam adventum refert anno secundo Claudii Augusti, quam sententiam secutus est Baronius et Petavius, aliique plures. Sed haec sententia refelli videtur ex actibus apostolorum, ex quibus constat Petrum in Iudaea ac Syria semper mansisse usque ad ultimum annum Agrippae regis. Qui cum Hierosolymis Petrum in vincula coniecisset, paulo post, divina eum insequente iustitia, exstinctus est Caesareae, ut refert Lucas. Cum igitur anno quarto Claudii mortuus sit Agrippa, ut inter omnes convenit, Petrus ante hunc annum Romam proficisci non potuit. Hanc opinionem valde confirmat Apollonius vetus scriptor, qui adversus Montani haeresim luculentis voluminibus decertavit. Is scribit se ex traditione maiorum ita accepisse, apostolos post duodecimum ab ascensione domini annum a se invicem discessisse, cum Christus ita ipsis praecepisset. Verba Apollonii habentur historiae ecclesiasticae Eusebii nostri lib. V. cap. 18. Idem refert Beda in cap. 13. actuum apostolorum. Sed auctor chronici Alexandrini adventum Petri in urbem Romam adhuc tardius refert. Scribit enim Paulum venisse Hierosolyma ob controversiam de circumcisione anno sexto Claudii, eoque anno celebratum esse concilium Hierosolymitanum, apostolis nondum a se invicem disiunctis. Itaque ex eius sententia, Petrus non ante annum 7. Claudii Romam profectus est. Sed dolendum est, quod

τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. Τοσαύτη δ' ἄρα τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη, δι' ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης [2]) τε καὶ σφοδροτάτης, ὡς καὶ γραφῆς αὐτῶν [3]) ἀξιῶσαι τὰς διατριβὰς καὶ τὰς συνηλύσεις, τά τε συμπόσια, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην τοῦ βίου ἀγωγὴν τὸν Φίλωνα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ.

Οἷα περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἀσκητῶν ὁ Φίλων ἱστορεῖ.

(Nic. H. E. II, 16. 17.)

Ὃν καὶ λόγος ἔχει κατὰ Κλαύδιον ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Πέτρῳ [1]), τοῖς ἐκεῖσε τότε κηρύττοντι. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἂν εἴη τοῦτόγε, ἐπεὶ καὶ ὃ φαμὲν σύγγραμμα εἰς ὕστερον καὶ μετὰ χρόνους αὐτῷ πεπονημένον, σαφῶς τοὺς εἰς ἔτι νῦν [2]) καὶ εἰς ἡμᾶς πεφυλαγμένους τῆς ἐκκλησίας περιέχει κανόνας. Ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τῶν παρ' ἡμῖν ἀσκητῶν [3]) ὡς ἔνι μάλιστα ἀκρι-

---

in eo chronico viginti circiter annorum lacuna est. Ita Marcus anno Claudii nono Alexandriam profectus fuerit: quae est sententia Eutychii patriarchae Alexandrini. — 2) *Δι' ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης* quid sit, significat apertius h. l. adiectum *σφοδροτάτης*. Ut enim *φιλοσοφία* de studio vitae honestae et castae dicitur, ita *φιλόσοφος* h. l. est durus, severus. Vid. *Suicer.* Thes. T. II. p. 1443. III. Cf. *Matthaei* Chrysostomi homill. Vol. I. p. 4. not. 8. *H.* — 3) Pro *αὐτῶν* quod praeeunte Rufino dedit Vales., legit Stroth. *αὐτόν*. *H.*

Cap. XVII. 1) *Εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν.* Philonem adeo Christianam religionem suscepisse, sed mox ab eadem descivisse fabulatur Phot. cod. 105. *H.* — 2) Pro *εἰς ἔτι νῦν καὶ* melius scripsit Stroth. *τοὺς ἔτι καὶ νῦν*. Cf. quae monui supra I, 1 not. 16. *H.* — 3) *Τῶν παρ' ἡμῖν ἀσκητῶν.* Musculus et Christophorsonus monachos his verbis significari existimarunt: a quibus magnopere dissentio. *Ἀσκητὰς* enim priscis illis temporibus vocabant eos, qui inter Christianos strictius quoddam ac durius vitae genus profitebantur. Quam vocem a philosophis mutuati erant, qui exercitationem virtutis atque abstinentiae *ἄσκησιν* vocabant. Est apud Arrianum in lib. 3. dissertationum caput *περὶ ἀσκήσεως*. Sic apud Artemidorum in lib. 4. cap. 35. Alexander quidam philosophus *ἀσκητὴς* vocatur. Et Philo in illud: Excitatus est Noe, pag. 280. *ἀσκητὴν* pietatis exercitiis deditum vocat. Recte igitur Rufinus haec Eusebii verba, tam de cle-

βέστατα ἱστορῶν, γένοιτ' ἂν ἔκδηλος, οὐκ εἰδὼς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχόμενος, ἐκθειάζων τε καὶ σεμνύνων τοὺς κατ' αὐτὸν ἀποστολικοὺς ἄνδρας, ἐξ Ἑβραίων ὡς ἔοικε γεγονότας, ταύτῃ τε Ἰουδαϊκώτερον τῶν παλαιῶν ἔτι τὰ πλεῖστα διατηροῦντας ἐθῶν. Πρῶτον γέτοι τὸ μηδὲν πέρα τῆς ἀληθείας οἴκοθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς [4]) ἱστορήσειν ἔμελλεν ἀπισχυρισάμενος, ἐν ᾧ ἐπέγραψε λόγῳ περὶ βίου θεωρητικοῦ [5]) ἢ ἱκε-

---

ricis quam de monachis interpretatus est: *Sed et abstinentium vitas, eorum duntaxat, qui nunc in ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad liquidum.* Haec si animadvertisset Scaliger, non tam facile reprehendisset Eusebium. Neque enim Eusebius monachos a Marco institutos esse dicit Alexandriae, sed ascetas. Hi autem multum distent a monachis, ut genus distat a specie. Et ascetae quidem in ecclesia fuerunt semper. Monachorum vero nomen et institutum serius coepit. Scio Cassianum in lib. 2. institutionum capite 5., Sozomenum et alios, hunc Eusebii locum de monachis accepisse, verum hi ab Eusebii mente, meo quidem indicio, longe aberrarunt. [Cf. *Suicer.* Thes. T. I. p. 547. I. *H.*] — 4) *Προσθήσειν οἷς ἱστορήσειν ἔμελλεν.* Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. aliter scribitur hic locus *οἴκοθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς ἱστορήσειν ἔμελλεν ἀπισχυρισάμενος.* Quae quidem lectio rectior mihi videtur. [*Οἷς* simpliciter scripsit Stroth. *H.*] — 5) *Περὶ βίου θεωρητικοῦ.* Exstat hodieque hic Philonis liber; in quo disserit Philo de vita quorundam philosophorum, qui relictis civitatibus in agro et solitudine degentes, orationibus et contemplationi vacabant, quos *θεραπευτὰς* dictos fuisse ait, et mulieres *θεραπευτρίας.* Hos Eusebius noster vult fuisse Christianos, qui ex Hebraeis conversi ab evangelista Marco, strictiorem quandam vivendi disciplinam fuerant amplexi. At Scaliger in lib. 6. de emendatione temporum, Essenos illos fuisse contendit, et Eusebium graviter reprehendit, qui Christianos illos fuisse affirmaverit. Duo enim genera Essenorum fuisse scribit Scaliger; et alios quidem fuisse *πρακτικοὺς*, de quibus in priore libro disserit Philo: alios *θεωρητικούς.* Ego vero in hoc quidem libenter assentior Scaligero, quod *θεραπευτὰς* illos negat Christianos unquam fuisse. Idque paulo post pluribus argumentis demonstrabimus. [Constat hoc quamvis contra diceret ipse Phot. cod. 104., tamen satis diu a permultis V. V. D. D. et ipso *Montefalconio* temere esse creditum. Vid. (Bouhier.) et *Mangey* lettres pour et contre sur la fameuse question, si les solitaires, appellez Thérapeutes, dont a parlé Philon le Juif, étoient Chrétiens, Paris. 1712. 12. *Mangey* Praef. ad Philonem, *Lüderwald.* in *Magazin für Relig. Exeg. und Kirchengeschichte* T. IV. p. 371. cf. *Moshem.* Commentt. de rebus Christ. a. C. M. p. 54. sqq. *Hankius* de scriptor. Rom. II, 1, 8. n. 65. *Fabric.* Bibl. Gr. Vol. IV. p. 738. sq. *Cave* hist. litt. p. 23. et in vita d. Marci, *Danz.*

τῶν, θεραπευτὰς αὐτοὺς καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς γυναῖκας θεραπευτρίδας. ἀποκαλεῖσθαι φησὶ, τὰς αἰτίας ἐπειπὼν τῆς τοιᾶςδε προσρήσεως, ἤτοι παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόν-

de Eusebio p. 113. sq. et *Kestner*. p. 80. Caeterum adscribi merentur verba *Moshemii de vera natura communionis bonorum* in *Dissertt. ad hist. eccles. pertit.* Vol. II. p. 51. „*Hoc viris doctis deliberandum relinquo, utrum ista Eusebii et aliorum de Therapeutis sententia immensum illum amorem erga vitam solitariam et incredibile illud studium collegia Monachorum condendi — — pepererit, an vero magna de sanctitate Monachorum opinio, quae mirifice hoc seculo* (quarto) *crevit, illam de religione Therapeutarum sententiam genuerit.*" Equidem hoc verius esse putaverim, certe *peperisse* non potest dici illa opinio incredibile illud vitae monasticae studium, ex multis aliis et gravioribus causis natum, adiuvisse potest. *H.*] Sed quod idem Scaliger dicit, illos Philonis θεραπευτὰς Essenos fuisse, id mihi persuadere non possum. Nam primum quidem Philo in toto illo libro de vita contemplativa, nusquam illos Essenos nominat. Immo statim in ipso libri exordio, θεραπευτὰς ait nuncupatos fuisse, et mulieres eiusdem instituti θεραπευτρίδας. Deinde Esseni quidem in Iudaee tantum erant ac Palaestina, ut diserte scribit Philo, tum in libro quod omnis probus sit liber, tum in apologia pro Iudaeis quam citat Eusebius in libro 8. de praeparatione. Therapeutae vero per omnem Graeciam ac barbariam diffusi erant. Sed praecipue in Aegypto circa Mareotem degebant, ut ait Philo; qui Mareoticam eorum patriam et quasi metropolin fuisse testatur, quo praestantissimus quisque Therapeutarum commigrabat. Denique Iosephus diligentissimus alioqui scriptor, cum de Essenorum secta duobus in locis ex professo disseruerit, tamen de illis θεωρητικοῖς Essenis ne verbum quidem dixit. Mitto quod Therapeutis illis multa attribuit Philo, quae ab Essenorum secta longe abhorrent. Cuiusmodi illud est quod de mulieribus Therapeuticis dicit; cum tamen Philo diserte testetur Essenos muliebrem sexum aversari. Iam illud quod ait Philo, Therapeutas patrimonium suum propinquis et amicis sponte relinquere, an non manifeste pugnat cum eo, quod Iosephus affirmat, Essenos scilicet nihil propinquis suis donare, sed omnia in commune conferre? Fefellit Scaligerum Philonis locus, qui librum suum de vita contemplativa sic exorditur: Ἐσσαίων πέρι διαλεχθεὶς οἳ τὸν πρακτικὸν ἐζήλωσαν καὶ διεπόνησαν βίον, ἐν ἅπασιν, ἢ τὸ γοῦν εὐφορητότερον εἰπεῖν, τοῖς πλείστοις μέρεσι διενεγκόντες, αὐτίκα καὶ περὶ τῶν θεωρίαν ἀσπασαμένων λέξω. Scilicet Scaliger Ἐσσαίων subaudiri existimavit. Sed nihil necesse est. At, inquies, quinam igitur fuerunt Therapeutae? Iudaicae quidem religionis cultores illos fuisse non diffiteor, maxime cum Philo nihil praeter legem ac prophetas, eos lectitasse dicat. Sed Essenos illos non fuisse, ex iis quae dixi satis, ut opinor, liquet. Idem nobiscum sentit Photius in bibliotheca cap. 103. ἀνεγνώσθησαν δὲ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν

„ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ, ἔστιν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι, τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομίζοντες, μὴ ποτὸν, μὴ σιτίον, μήτε τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους, καὶ τἄλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται." Καὶ μεθ᾽ ἕτερα φησί· „τὸ δ᾽ ἐξ ἑωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς ἐστὶν ἄσκησις. Ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν [11]) ἀλληγοροῦντες, ἐπειδὴ σύμβολα τὰ τῆς ῥητῆς ἑρμηνείας νομίζουσιν ἀποκεκρυμμένης φύσεως, ἐν ὑπονοίαις δηλουμένης [12]). Ἔστι δ᾽ αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν [13]), οἳ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται γενόμενοι, πολλὰ μνημεῖα τῆς ἐν τοῖς ἀλληγο-

---

liche Kirchengeschichte T. I. p. 286. sq. *H.* — 11) *Φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν.* Ita ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in codice Maz. ac Med. scriptum inveni *τὴν πάτριον φιλοσοφοῦσι φιλοσοφίαν.* Quod mihi quidem rectius videtur. Sic enim Philo loqui solet de Iudaeis: ut in ib. III. de vita Mosis: *εἰσέτι νῦν φιλοσοφοῦσι ταῖς ἑβδόμαις Ἰουδαῖοι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν.* Et in legatione ad Caium: *καὶ μάλιστα ταῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν.* — 12) *Ἐν ὑπονοίαις δηλούμενα.* In Philone et in codice Maz. Med. et Fuk. et Savil. legitur *δηλουμένης* rectius. Porro quid significet *ὑπονοίας* vocabulum, paucis notum est arbitror. Antiquiores Graeci *ὑπονοίας* vocabant, quas recentiores *ἀλληγορίας* dixere, cum scilicet aliud dicitur, aliud intelligitur. Docet id Plutarchus in libro quomodo legendi sint poëtae: *ἔχει δὲ ἀναθεωρήσιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων· οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις παραβιαζόμενοι,* etc. Ita certe apud Platonem sumitur *ὑπόνοια* in lib. 2. de republica sub finem. Et apud Philonem infra. Item apud Origenem in libro 4. contra Celsum p. 202. [vid. *Ruhnken.* ad Timaei Lexic. Platon. p. 200. *H.*] — 13) *Συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται.* Iam supra docuimus, Philonis Therapeutas diversos ab Essenis fuisse. Restat nunc ut probemus, eos non fuisse Christianos, ut sibi aliisque persuasit Eusebius. Undenam vero id probare certius possumus, quam ex hoc Philonis loco quem prae manibus habemus? Ait igitur Philo, habuisse Therapeutas scripta veterum quorumdam suae sectae auctorum, qui legem allegorice exposuissent. Quomodo haec de Christianis accipi possunt, qui tum novelli erant et nudiustertius nati? Quaenam rogo sunt scripta illa, quinam vetusti auctores et principes illius sectae? Non certe prophetarum libri. Hos enim diserte ab illis separat Philo. Respondebit Eusebius esse forsitan evangelia et epistolas apostolorum; sed haec vixdum scripta erant Philonis aetate: nedum ut

ρουμένοις ἰδέας ἀπέλιπον, οἷς καθάπερ τισὶν ἀρχετύποις χρώμενοι, μιμοῦνται τῆς προαιρέσεως τὸν τρόπον." Ταῦτα μὲν οὖν ἔοικεν εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ, τὰς ἱερὰς ἐξηγουμένων [14]) ἐπακροασαμένῳ γραφάς. Τάχα δ' εἰκὸς ἃ φησιν ἀρχαίων παρ' αὐτοῖς εἶναι συγγράμματα, τάτε εὐαγγέλια καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων γραφὰς [τυγχάνειν], [15]) διηγήσεις τέ τινας κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν πάλαι προφητῶν ἑρμηνευτικὰς, ὁποίας ἥ τε πρὸς Ἑβραίους, καὶ ἄλλαι πλείους τοῦ Παύλου περιέχουσιν ἐπιστολαὶ, ταῦτα εἶναι. Εἶτα πάλιν ἑξῆς περὶ τοῦ νέους αὐτοῖς ποιεῖσθαι ψαλμοὺς οὕτως γράφει· „Ὥστ' οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν θεὸν, διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν, ῥυθμοῖς σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες." Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα περὶ ὧν ὁ λόγος, ἐν ταυτῷ διέξεισιν, ἐκεῖνα δ' ἀναγκαῖον ἐφάνη δεῖν ἀναλέξασθαι, δι' ὧν τὰ χαρακτηριστικὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀγωγῆς ὑποτίθεται. Εἰ δέ τῳ μὴ δοκεῖ τὰ εἰρημένα ἴδια εἶναι τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας, δύνασθαι δὲ καὶ ἄλλοις παρὰ τοὺς δεδηλωμένους ἁρμόττειν, πειθέσθω κἂν ἀπὸ τῶν ἑξῆς αὐτοῦ φωνῶν, ἐν αἷς ἀναμφήριστον εἰ εὐγνωμονοίη, κομιεῖται τὴν περὶ τοῦδε μαρτυρίαν. Γράφει γὰρ ὧδε·

---

apostoli et evangelistae pro vetustis auctoribus haberi etiamtum possent, praesertim a Philone, qui et apostolicorum temporum fuit aequalis, et cum Petro familiariter Romae versatus est, si Eusebio credimus. An non ex his aperte colligitur, Philonem eo in libro de Christianis non loqui? [Conferatur *Strothius Uebersetzung* T. I. pag. 108. not. 1. *H.*] Sunt et alia argumenta, ex quibus idem probari potest. Ut cum dicit Philo Therapeutas bis tantum quotidie preces fecisse, oriente scilicet sole et occidente. Quasi vero primi Christiani non tertia, sexta et nona hora, ut in actibus legitur, et singulis non diei modo, sed et noctis horis deum oraverint! Item quod ait Therapeutas hymnos et cantica vario metrorum genere in honorem dei composuisse, cadere non potest in primaevos illos Christianos. Serius enim novos hymnos contexere coeperunt, post Antoninorum scilicet tempora, cum viri docti sese ad nostram religionem applicuissent. Iam vero quod scribit Philo, Therapeutas per universum prope orbem diffusos fuisse, sed potissimum in Aegypto frequentes fuisse, et Mareoticam praefecturam fuisse illis instar patriae, in quam praestantissimi quique illorum relictis patriis sedibus migrare soliti essent, quomodo de Christianis dici potest, qui et paucissimi tunc erant, nec patriam sibi ullam esse praeter coelestem Hierusalem existimabant? — 14) *Αὐτῶν* post *ἐξηγουμένων* scripsit ex *Cph.* *Ion.* Stroth. *H.* — 15) *Τυγχάνειν* post *γραφὰς* non exstat apud Steph. et Cph., atque a Strothio, cum non constet, qua auctoritate Val. ita scripserit, eiectum est.

„Ἐγκράτειαν δ᾿ ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ, τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς. Σιτίον γὰρ ἢ ποτὸν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν προσενέγκαιτο πρὸ ἡλίου δύσεως, ἐπεὶ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν φωτὸς ἄξιον κρίνουσιν εἶναι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας, ὅθεν τῷ μὲν, ἡμέραν, ταῖς δὲ, νυκτὸς βραχύ τι μέρος ἀπένειμαν. Ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν [16]) ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, οἷς πλείων ὁ πόθος ἐπιστήμης ἐνίδρυται, τινὲς δ᾿ οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἑστιώμενοι [17]) πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν, καὶ μόγις δι᾿ ἓξ ἡμερῶν ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἀναγκαίας ἐθισθέντες." [18]) Ταύτας τοῦ Φι-

---

Ego uncis illud inclusi. *H.* — 16) Οὐκ post διὰ τριῶν ἡμερῶν delevi cum Strothio tanquam profectum ab eo, qui non intelligeret notissimum usum praepositionis διά, quo haec de tempore interiecto usurpatur et apprime convenit nostro: *nach Verlauf.* Exempla ubivis obvia. Xenoph. Cyr. I, 4. V, 5. Mem. II, 8, 1. Accedit quod οὐκ non exstat in edd. Phil. neque apud Steph. Niceph. Ruf. *H.* — 17) Ἐνευφραίνονται — ἑστιώμενοι. Optime his verbis, quorum aliud alio est fortius, exprimit Philo voluptatem, qua perfusi fuerint Therapeutae eo ipso, quod omnes voluptates corporis ac delinimenta sensuum potuerint aspernari. Haec enim est illa eorum ἐπιστήμη et σοφία, hoc est φιλοσοφεῖν, cui opponuntur σώματος ἀνάγκαι. Usurpantur igitur illae voces h. l. eodem modo, quo a patribus eas usurpari vidimus. Ἑστιᾶν autem similiter ut Latinum *pascere* saepius improprie dicitur de magna voluptate, quam aliquid parat. Chrysost. T. XI. p. 464. F. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑστιῶν. Aelian. V. H. III, 1. ἑστιᾶν τὰς ἀκοάς, suaves parare auribus epulas. cf. *Loesner.* Observv. Philonn. p. 277. Ael. V. H. XIII, 1. ἑορτὴ ὄψεως de iis, quae pascunt oculos, et fortius etiam ὀφθαλμῶν ἴυγγα apud Theocrit. Idyll. II, 17. ubi cf. scholiast. Ioseph. B. I. II, 8, 11. Aelian. V. H. III, 1. ὀφθαλμῶν πανήγυρις Iulian. orat. I. p. 38. ed. *Spanhem.* Similiter Chrysost. T. XII. p. 340. A. Opp. ed. *Montf.* δαψιλεστέραν παραθήσομεν τράπεζαν de oratione dicit, quam habere volebat, copiosiori et qua magis etiam nutrirentur audientium animi. Cf. *Matthaei* ad h. l. Vol. I. p. 4. not. 6. Locus autem insignior etiam et egregius exstat apud eundem Chrysost. T. XII. p. 357. B. ubi haec leguntur: φέρε οὖν, τὴν συνήθη πάλιν τράπεζαν ὑμῖν κατασκευάσωμεν, καὶ τὸν κρατῆρα στήσωμεν, καὶ τὸν ἄκρατον ἐκχέωμεν, συμπόσιον ἐργαζόμενοι πνευματικόν. Τὰ γὰρ δὴ κρέα ταῦτα οὐ διαῤῥήγνυσι γαστέρα, ἀλλὰ τειχίζει διάνοιαν, ὁ οἶνος οὗτος οὐ παράφρονα ποιεῖ τὸν ἀκροατὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν μεθύοντα σώφρονα καθίστησι. Quae quidem omnes satis splendidae huius loci imagines ad solam pertinent orationem liberalissimae voluptatis effectricem. *H.* — 18) Ἐθισθέντες. Aut haec vox delenda est [cum MG. *H.*]; aut adii-

λωνος σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπάρχειν ἡγούμεθα λέξεις. Εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγων τὶς ἔτι σκληρύνοιτο, καὶ οὕτως ἀπαλλαττέσθω τῆς δυσπιστίας, ἐναργεστέραις πειθαρχῶν ἀποδείξεσιν, ἃς οὐ παρά τισιν, ἢ μόνῃ τῇ τῶν Χριστιανῶν εὑρεῖν ἔνεστι κατὰ τὸ εὐαγγέλιον θρησκείᾳ. „Φησὶ γὰρ τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ γυναῖκας συνεῖναι ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι [19]) παρθένοι, τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, φυλάξασαι μᾶλλον, ἢ καθ' ἑκούσιον γνώμην, διὰ ζῆλον καὶ πόθον σοφίας, ᾗ συμβιοῦν σπουδάσασαι, τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν ἠλόγησαν, οὐ θνητῶν ἐκγόνων, ἀλλ' ἀθανάτων ὀρεχθεῖσαι, ἃ μόνη τίκτειν ἀφ' ἑαυτῆς οἷατέ ἐστιν ἡ θεοφιλὴς ψυχή." Εἶθ' ὑποκαταβὰς ἐμφαντικώτερον ἐκτίθεται καὶ ταῦτα· „αἱ δ' ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. Ἅπασα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐοικέναι ζώῳ, καὶ σῶμα [20]) μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς λέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἐναποκείμε-

---

cienda sunt, quae sequuntur in Philone: ἐθισθέντες ὥσπερ φασὶ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἀέρι τρέφεσθαι. [Imó hoc apud Philonem pertinere ad ea quae sequuntur ὥσπερ — — τρέφεσθαι non accuratius cogitavit Eusebius, ut recte iudicat Stroth., qui simul apud Niceph. illud ἐθισθέντες legi animadvertit. *H.*] — 19) Τυγχάνειν non addito participio verbi εἶναι pro εἶναι legitur eodem modo I, 2. τόν τε ζῶντα καὶ ἐν ἀρχῇ παρὰ τῷ πατρὶ τυγχάνοντα θεὸν λόγον, ubi, ut omitteretur ὄντα, vel illud effecit, quia raro etiam apud veteres legitur participium τυγχάνων cum participio alius verbi, v. c. Aristot. poët. I, 7. χρωμένη τυγχάνουσα. Contra Ioseph. Antiqq. IV, 7, 2. γηραιὸς ἤδη τυγχάνων et Luc. X, 30. ἡμιθανῆ τυγχάνοντα, ubi adiectivum idem effecit quod alias participium. Praeterea cf. Euseb. H. E. I, 4. II, 13. III, 6. εἰ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες IV, 7. VI, 20. extr. vid. *Schäfer. ad Lamb. Bos. Ellips.* p. 785. *Erfurdt.* ad. Soph. Ai. v. 9. Electr. v. 46. *Lobeck. ad Phryn.* p. 277. cf. *Porson.* ad Eurip. Hec. v. 788. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. IV. p. 343. 5. *Wesseling.* ad Herod. VIII, 102. *H.* — 20) Σῶμα — νοῦν. De Therapeutarum interpretatione allegorica fortasse nonnihil potest dubitari, de Origenis non potest, qui adeo multa scripturae sacrae verba sensu et potestate carere sibi persuasit. Prae ceteris vid. *Moshem. Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 629 — 658. cf. p. 633. 638. Origen. homil. V. in Levit. p. 209. Tom. II. „*Triplicem in scripturis divinis intelligentiae inveniri saepe diximus modum, historicum, moralem, et mysticum. Unde et corpus inesse ei et animam ac spiritum ante diximus.*" *I. A. Ernesti opuscc. philoll. et critt.* p. 288. sq. Cf. *Schröckh. christliche Kirchengeschichte* T. IV. p. 83. 84. sqq. Euseb. H. E. VI, 19. *H.* —

νον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν, ὃν ἤρξατο διαφερόντως ἡ θρησκεία αὕτη θεωρεῖν, ὡς διὰ κατόπτρου τῶν ὀνομάτων, ἐξαίσια κάλλη [21] *νοημάτων ἐμφαινόμενα κατιδοῦσα." Τί δεῖ τούτοις ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταὐτὸν συνόδους, καὶ τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν ἐν ταὐτῷ διατριβὰς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ* [22] *νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν, ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν. Ἅπερ ἐπακριβὲς τὸν αὐτὸν* [23] *ὃν καὶ εἰς δεῦρο τετήρηται παρὰ μόνοις ἡμῖν τρόπον, ἐπισημηνάμενος ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ παραδέδωκε γραφῇ· καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς* [24]

21) *Ἐξαίσια κάλλη* i. e. miram quantam et plane incredibilem pulchritudinem. *Ἐξαίσιον* enim dicitur *quodcunque in suo genere est inprimis magnum et prorsus insolitum.* Vid. Aeschin. diall. III, 17. Xen. Ages. II, 4. Oecon. V, 18. *κῆπος ἐξαίσιον* Anton. Lib. III. *ἐξαίσιον χρῆμα χειμῶνος* ibid. XXII. Aristaen. epist. I, 22. et ipsum *κάλλος ἐξαίσιον* Zosim. IV, 44, 4. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. I. p. 50. Pollux III, 88. *Coray* ad Nicol. Dam. p. 41. ed. *Orell. Munker.* ad Anton. Lib. c. 28. p. 122. ed. *Teucher. H.* — 22) *Εἰσέτι καὶ νῦν* cf. quae monui ad I, 1 not. 16. Isocrat. Panegyr. 6. *H.* — 23) *Ἐπακριβὲς τὸν αὐτόν.* Paulo aliter nostri codices Maz. Med. et Fuk. qui ita scriptum exhibent: *ἃ καὶ ἐπακριβέστερον αὐτὸς ὃν καὶ εἰς δεῦρο,* etc. — 24) *Τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας.* Intelligit totam illam hebdomadem quae paschales ferias praecedit, quam *μεγάλην ἑβδομάδα* Graeci patres appellant. Epiphanius in haeresi Nazaraeorum vocat *ἑβδομάδα τῶν πάσχων,* ut et Cyrillus in homiliis paschalibus. Ex quo discimus, hebdomadem illam in Alexandrina ecclesia a secunda duntaxat feria incepisse. Ait autem Epiphanius, Philonem per eos dies venisse ad monasteria Therapeutarum quos ipse Iessaeos nominat. Verum in Philonis libro nulla fit mentio paschalis solemnitatis. Meminit quidem Philo *τῆς μεγάλης ἑορτῆς*; ubi scribit Therapeutas seorsum vixisse in monasteriis, septimo autem quoque die in unum convenire solitos, post dies vero septies septenos convivia frugalissima celebrasse cum choreis et canticis in honorem dei compositis. Quippe eos septenarium numerum coluisse: nec solum simplicem hebdomadem in honore habuisse, verum etiam repetitam ac per se multiplicatam, quippe quae vigilia sit seu *προεόρτιος* magnae festivitatis, pentecostes videlicet. Haec sunt Philonis verba, quae profecto nihil faciunt pro Eusebio. Nam primum quidem Philo hebdomadis nomine, sabbatum intelligit, quod Therapeutae religiose colebant ex Mosis praecepto, ut tradit Philo. At hoc longe abhorret a Christianorum ritu, qui non sabbata sed dies dominicos celebrabant. Deinde *μεγάλης ἑορτῆς* vocabulo pentecostem designari ipsemet testatur, non autem pascha, ut affirmat Eusebius. Omitto choreas et saltationes Therapeutarum in illis pervigi-

παννυχίδας 25), καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τούς τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνους ἱστορῶν, καὶ ὡς ἑνὸς μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίως ἐπιψάλλοντος, οἱ λοιποὶ καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελεύτια 26) συνεξηχοῦσιν, ὅπως τε κατὰ τὰς δε-

---

liis, quae potius ad Bachanalium insaniam, quam ad Christianam sobrietatem pertinent; licet Philo utpote gentis suae philosophis favens, eiusmodi furorem sacrum ac sobrium nominet. — 25) *Παννυχίδας*. Paulo supra *διανυκτερεύσεις* pro eodem dixit. *Καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν, ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων*, etc. Qui locus inprimis notandus est, utpote ex quo antiquitas ieiunii paschalis manifestissime ostenditur. Quamvis enim concedamus, Philonis locum ex libro de vita contemplativa, de Christianis non esse intelligendum, ex interpretatione tamen Eusebii hoc colligimus, Eusebium non dubitasse, quin paschale ieiunium Marci evangelistae temporibus iam tum in ecclesia celebraretur. Ceterum ut ad *παννυχίδας* seu pervigilia paschalis festi redeamus, de iisdem loquitur Eusebius cap. 9. lib. 6. ubi agit de miraculis Narcissi Hierosolymorum episcopi, et in libro 4. de vita Constantini cap. 22. *τὴν ἱερὰν διανυκτέρευσιν* appellat. Epiphanius in epilogo operis de haeresibus, has vigilias varie in ecclesia observatas esse testatur. Plerique enim per sex illos dies qui pascha praecedunt, pervigilia celebrabant. Alii quinta duntaxat feria et sabbato vigilias agebant. *Ἀγρυπνίαις δὲ διατελοῦσι τὰς ἕξ*, etc. et paulo post: *ἐν τισι δὲ τόποις τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν, ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν κυριακὴν μόνας*. Qui locus cum mutilus sit, ita mihi supplendus videtur: *Τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν μετὰ τὸ σάββατον ἐπιφώσκουσαν εἰς τὴν κυριακὴν μόνας*. Ac fortasse etiam plura desunt in illo Epiphanii loco. Nam et nocte illa quae parasceuem sequitur, Christiani vigilabant, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18. *διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας*. Sed prae cunctis solemnis fuit vigilia, quae die magni sabbati a Christianis agebatur: in qua populus nonnisi post mediam noctem dimittebatur, ut testatur Hieronymus in caput 25. Matthaei his verbis: *Unde reor et traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum paschae, ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, exspectantes adventum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate praesumpta, festum cunctos agere diem.* [Vid. *Augusti Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie* T. I. p. 131 — 137. cf. Lactant. Instit. div. VII, 19. *Augusti* l. l. p. 104. 157 — 160. de hebdomade magna ibid. T. II. p. 34 — 43. *H.*] — 26) *Τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελεύτια.* Fuit hic mos veterum Christianorum, ut cum lector sive hieropsaltes versum psalmi cecinisset, populus extremam versus clausulam simul cum illo concineret. Docet id Clemens in lib. 20. apost. constit. cap. 57. ubi vide, quod

δηλωμένας ἡμέρας ἐπὶ στιβάδων χαμευνοῦντες, οἴνου μὲν τοπαράπαν ὡς αὐτοῖς ῥήμασιν ἀνέγραψεν, οὐκ ἀπογεύονται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινός, ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἐστὶ τὸ ποτόν, καὶ προσήψημα μετ' ἄρτου ἅλες καὶ ὕσσωπον. Πρὸς τούτοις γράφει τὸν τῆς προστασίας τρόπον[27]), τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς λειτουργίας ἐγκεχειρισμένων, διακονίας [28]) τε καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς προεδρίας. Τούτων δ' ὅτῳ πόθος ἔνεστι τῆς ἀκριβοῦς ἐπιστάσεως, μάθοι ἂν ἐκ τῆς δηλωθείσης τοῦ ἀνδρὸς ἱστορίας. Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν ἀποστόλων ἔθη παραδεδομένα καταλαβὼν ὁ Φίλων ταῦτ' ἔγραφε, παντί τῳ δῆλον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ.

Ὅσα τοῦ Φίλωνος εἰς ἡμᾶς περιῆλθε συγγράμματα.

(Nic. H. E. II, 17. 18.)

Πολύς γε μὴν τῷ λόγῳ, καὶ πλατὺς ταῖς διανοίαις [1]), ὑψηλός τε καὶ μετέωρος ἐν ταῖς εἰς τὰς θείας γραφὰς θεωρίαις γεγενη-

---

notavit *Iohannes Cottelerius.* — 27) Τὸν τῆς προστασίας τρόπον. Presbyteros intelligit, de quibus Philo in dicto libro de vita contemplativa pag. 899. editionis Parisiensis. — 28) Διακονίας — ἐπισκοπῆς. Philo nihil dicit nisi hoc, in conviviis Therapeutarum nonnullos apparere, διακονεῖν, et cum Therapeutae sensum librorum sacrorum indagarent, nonnullos praesidere seu esse προέδρους. Cf. *Stroth. deutsche Uebersetz.* T. I. p. 112. not. 4. *H.*

Cap. XVIII. 1) Πλατὺς ταῖς διανοίαις. Rufinus legisse videtur βαθύς: vertit enim *in sensibus profundissimus.* Nicephorus tamen et scripti codices vulgatam lectionem tuentur. [Rufinum legisse βαθὺς inde vix colligi potest, quod vertit *profundissimus*, nam *latissimus* si vertisset, non latine locutus esset. Satis praeterea notabilis est usus earum vocum apud Graecos, quae cum proprie vel magnitudinem vel latitudinem vel longitudinem significent, ad varias res ita transferuntur, ut in universum exprimant, quod est aliqua in re magnum et insigne. Ita βαθὺς dicitur de aetate admodum provecta apud Ael. V. H. II, 36. Σωκράτης βαθύτατα

μένος, ποικίλην καὶ πολύτροπον τῶν ἱερῶν λόγων πεποίηται τὴν ὑφήγησιν· τοῦτο μὲν εἱρμῷ καὶ ἀκολουθίᾳ, τὴν τῶν εἰς τὴν γένεσιν διεξελθὼν πραγματείαν, ἐν οἷς ἐπέγραψε νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαις, τοῦτο δὲ, κατὰ μέρος διαστολὰς κεφαλαίων τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ζητουμένων, ἐπιστάσεις τε καὶ διαλύσεις ποιούμενος, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς καταλλήλως τῶν ἐν γενέσει καὶ τῶν ἐν

γηρῶν, pro quo temere vir quidam doctus in Observv. Misc. T. II. p. 251. βαρύτατα legi voluit, quod tamen continet potius notionem molestiae a βαθὺς alienam. Cf. Ael. ibid. IX, 1. Zosim. p. 522. Chrysost. homm. Opp. T. VII. p. 388. B. ed. *Montef.* ἐν βαθυτάτῃ πολιᾷ. Sed βαθὺς dicitur porro de tempore apud Plat. Crit. I. ὄρθρος βαθὺς Polyaen. I, 28, 2. βαθείας ἑσπέρας ἐπανῆλθεν, de colore Ael. V. H. VI, 6., de sylva ibid. XIII, 1. Cf. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 452. de divitiis πλοῦτος βαθὺς Ael. V. H. VI, 18. cf. Rom. XI, 33. 2. Cor. IV, 17. Contra Herodian. II, 14. βαρυτάτῃ εὐδαιμονίᾳ. Cf. *Perizon.* ad Ael. V. H. II, 11. Nicol. Damasc. de vita sua p. 14. ed. *Orell.* ἐν τοῖς β α ρ υ π λ ο ύ τ ο ι ς, i. e. inter *praedivites*, interprete Valesio. Quamquam vocem illam non agnoscere videtur *Passow.*, in cuius lexico illa desideratur. Maxime autem cf. Sophocl. Aiac. v. 130. μ α κ ρ ο ῦ πλούτου β ά ρ ε ι. Vix igitur mirum erit π λ α τ ὺ ς τ α ῖ ς δ ι α ν ο ί α ι ς nostro loco. cf. Chrysost. de sacerd. IV, 6, 424. ed. *Tauch.* Euseb. H. E. VI, 15. βαθυτέρᾳ σχολῇ VII, 11. π λ α τ ύ τ ε ρ ο ν ἐκκλησιάζειν Chrysost. T. XII. p. 358. A. de Paulo dicitur: τοσοῦτον ἦν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ τ ὸ π λ ά τ ο ς. Denique βαθυπώγων habet Lucian. T. II. p. 672. κόμη βαθεῖα Diog. Laert. p. 334. Praeterea cf. *Klotz.* ad Tyrtaeum p. 113., *Sturz.* Lexic. Xenophont. Vol. II. p. 517. sq. Ex his autem, quae laudavi, satis insignibus exemplis magis etiam apparere existimo, quam egregie propterea quod dixit: γέλως π λ α τ ύ ς, οὐχὶ πολὺς ἐρεῖς, Herodianum, quem cum Phrynicho edidit, defenderit *Lobeckius* p. 471. sq. Quamvis enim optimi quique Graecorum scriptorum saepius dixerint γέλωτα πολὺν, tamen verissime Lobeckius: „*Immo*, inquit, *et legit ista, ut opinor, et probavit ex animo* (Herodianus), *neque unquam credidit sibi vituperationi fore, si iis, qui proprias sermonis urbani veneres sectarentur, hanc locutionem* πλατὺς γέλως, *de meliore nota commendasset, quae et Aristophanis exemplo comprobata Acharn.* 1125. *et ex natura ipsa expressa est, ideoque intellectum adiuvat. Hinc et recentiores rhetores, atticae elegantiae aemuli, pluribus exemplis abundant; Philo de Cherub.* 119. *C. — — Zosim. Hist. V,* 4. *— Nicet. Ann. L. II.* 6. 47. *C.* μὴ πλατὺ γελάτω *Cyrill. c. Iulian. VII,* 225. *D. — — — Verum tamen* n o n o m n i b u s, *nec* s e m p e r *nec* u b i q u e *haec conveniunt naturae imitamenta, omniumque minime poëtae Tragici, quos Erfurdtius ad Ai.* 373. *ad refutandos Atticistas producit, his popularis sermonis festivitatibus uti possunt.*" Quanquam satis insigne esse puto, quod ex Sophocle ego antea attuli, exemplum. *H.*] Paulo post nostri codices Maz. Med.

ἐξαγωγῇ ζητημάτων τε καὶ λύσεων τέθειται τὴν ἐπιγραφήν. Ἔστι δ' αὐτῷ παρὰ ταῦτα, προβλημάτων τινῶν ἰδίως πεπονημένα σπουδάσματα. Οἷα ἐστὶ τὰ περὶ γεωργίας δύο, καὶ τὰ περὶ μέθης τοσαῦτα, καὶ ἄλλα ἅττα διαφόρου καὶ οἰκείας ἐπιγραφῆς ἠξιωμένα. Οἷος περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται [2]) καὶ καταρᾶται, καὶ ὁ περὶ συγχύσεως τῶν διαλέκτων, καὶ ὁ περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως [3]), καὶ ὁ περὶ τῆς πρὸς τὰ παιδεύματα συνόδου· περί τε τοῦ, τίς ὁ τῶν θείων ἐστὶ κληρονόμος, ἢ περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία το-

---

ac Fuk. vocem interserunt hoc modo, ὑψηλός τε ὢν καὶ μετέωρος. — 2) Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται. Hic Philonis liber hodie non extat. Nam quod Nicolaus Faber ad oram codicis sui annotaverat, forte scribendum esse περὶ τοῦ ἐξένηψε νῶε, id equidem probare non possum, licet in eo libro agat Philo de votis et imprecationibus. Apud Suidam liber hic Philonis inscribitur περὶ ὧν κατὰ νοῦν τις εὔχεται εἷς. Sophronius vero sic habet: περὶ ὧν κατὰ νοῦν εὐχόμεθα καὶ ἀπομαρτυρόμεθα, λόγος εἷς. Hieronymus dixerat: *De iis quae sensu precamur et detestamur*, *liber unus.* Ubi notabis *sensum* poni pro *intellectu*, more illius saeculi. Sic idem Hieronymus in indice haereseon cap. 7. de Valentinianis, sensum semper vocat, qui graece est νοῦς, et in cap. 28. eiusdem libri. Ita etiam Eusebius Emissenus, seu potius Eucherius in homilia prima de ascensione: *Totus*, inquit, *homo in animi intellectu, et sensus exercitio, et in mentis ratione ac vigore consistit. Nulla enim carnis utilitas est.* Et in sermone de pentecoste cum dicit: *Ad hoc enim sensum rationabilem naturae munere, et secundae nativitatis reparatione suscepimus.* Rufinus in expositione symboli: *Concilium vanitatis est et hoc, quod olim congregavit pertinax et prava contentio, asserens quidem Christum carnem humanam suscepisse, non tamen et animam rationalem: cum utique et carni et animae et sensui et menti una eademque salus a Christo collata sit.* Ubi delendae sunt voces illae *et menti.* — 3) Ὁ περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως. Ita quidem scribitur in codice Regio, quam scripturam confirmat Rufinus. Vertit enim: *de natura et inventione.* Apud Suidam hic liber inscribitur περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος. Quam inscriptionem Suidas ex Sophronio Hieronymi interprete desumsit. Verum optimi codices Maz. ac Med. cum Fuk. et Saviliano praeferunt καὶ ὁ περὶ φύσεως καὶ αἱρέσεως. Quare assentior Nicephoro, qui duos Philonis libros recte distinxit, quorum alter inscriptus erat περὶ φυγῆς καὶ αἱρέσεως, id est, *de fuga et electione*, alter περὶ φύσεως καὶ εὑρέσεως, hoc est, *de natura et inventione.* Ex quo apparet codicem Eusebianum quo usus est Nicephorus, hoc quidem in loco nostris exemplaribus emendatiorem fuisse. [Strothio veri similius videtur geminam illam lectionem Nicephori et cod. Nordfolcensis teste *Fabric.* B. G. IV, 4. p. 109. ex varia lectione in margine notata ortam esse, praesertim cum non constet, ubi Philo egerit περὶ φύσεως καὶ αἱρέσεως. Contra in libro περὶ φυγάδων qui nunc inscribitur, primum περὶ φυγῆς, deinde

μῶς, καὶ ἔτι ὃ περὶ τῶν τριῶν ἀρετῶν, ἃς σὺν ἄλλαις ἀνέγραψε Μωϋσῆς. Πρὸς τούτοις, ὁ περὶ τῶν μετονομαζομένων, καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται, ἐν ᾧ φησὶ συντεταχέναι καὶ περὶ διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας [4]). Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ περὶ ἀποικίας, καὶ βίου σοφοῦ τοῦ κατὰ δικαιοσύνην τελειωθέντος, ἢ περὶ νόμων ἀγράφων. Καὶ ἔτι περὶ γιγάντων, ἢ περὶ τοῦ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον [5]), περί τε τοῦ κατὰ Μωϋσέα θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους [6]), πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, τέταρτον, πέμπτον. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα τῶν εἰς τὴν γένε-

περὶ εὑρέσεως et denique περὶ πηγῆς agi. *H.*] — 4) *Περὶ διαθηκῶν πρῶτον καὶ δεύτερον.* Hieronymus et Christophorsonus vertunt *de pactis.* Sed nos Rufinum secuti, maluimus vertere *de testamentis.* *Διαθήκην* LXX interpretes posuerunt pro pactione quam Graeci *συνθήκην* vocant, ut notavit Isidorus Pelusiota. Praecipue autem sic vocarunt foedera quae deus inivit cum hominibus: cuiusmodi multa referuntur in veteri instrumento. Sed omnium maximum est et sanctissimum, quod deus pepigit cum Abrahamo. Hoc Latini omnes uno consensu testamentum dixerunt, alludentes potius ad vim ipsam nominis, qua testatio voluntatis designatur, quam ad mortis significationem. Ostendere scilicet voluerunt, pacta illa et promissa dei non minus firma esse, quam testamenta hominum rata esse solent. Secundum foedus fuit illud, quod deus pepigit cum Mose et Israelitis, ut est in exodi cap. 24. Quamquam duplex foedus cum Mose deus percussit, prius quidem in monte Horeb, alterum vero in agro Moabitarum, ut legitur in deuteronomii cap. 29. De duobus his foederibus librum scripserat Philo hoc titulo: *περὶ διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας.* Sic enim scribitur in quatuor nostris codicibus Maz. scilicet Med. Fuk. et Savil. Quod si quis vulgatam codicis Regii scripturam retinere maluerit, non valde repugnabo. Certe Philo diserte testatur duos se libros scripsisse *περὶ διαθηκῶν.* Sic enim ait in libro de nominum mutatione: *τὸν δὲ περὶ διαθηκῶν σύμπαντα λόγον, ἐν δυσὶν ἀναγέγραφα πράξεσι.* [Stroth. legit: *πρῶτον καὶ δεύτερον* ex Reg. Ven. Steph. Ruf. Niceph., et Fabricius iam iudicavit, Eusebium scripsisse *ά καὶ β',* quod librarii Philonem de duobus testamentis loqui rati per *πρώτης καὶ δευτέρας* explicuerunt. *H.*] — 5) *Ἢ περὶ τοῦ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον.* Scribendum est *καὶ περὶ τοῦ,* etc. Est enim titulus alterius libri, qui in vulgatis Philonis editionibus ita perscribitur: *περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.* [Stroth. vulgatam tenuit et Rufinum nec *ἢ* nec *καὶ* habere, sed modo utrumque titulum sine copula tanquam diversorum librorum, observat. Niceph. verba *ἢ περὶ — — θεῖον* monente similiter Strothio plane omittit. *H.*] — 6) *Περὶ τοῦ κατὰ Μωϋσέα θεοπέμπτους εἶναι τοὺς ὀνείρους α. β. γ. δ. ε.* Aliter hunc locum legisse videtur Rufinus. Vertit enim: *de Moysis vita libros quinque. De eo quod a deo mittantur somnia.* Sed cum de vita Mosis libros tres duntaxat scripserit Philo, haec Rufini ver-

σιν. Εἰς δὲ τὴν ἔξοδον ἔγνωμεν αὐτοῦ ζητημάτων καὶ λύσεων πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, τέταρτον, πέμπτον. Καὶ τὸ περὶ τῆς σκηνῆς, τό, τε περὶ τῶν δέκα λογίων, καὶ τὰ περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τὰ συντείνοντα κεφάλαια τῶν δέκα λόγων, πρῶτον, δεύτερον, τρίτον, τέταρτον. Καὶ τὸ περὶ τῶν εἰς τὰς ἱερουργίας ζώων, καὶ τίνα τὰ τῶν θυσιῶν εἴδη. Καὶ τὸ περὶ τῶν προκειμένων ἐν τῷ νόμῳ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἄθλων, τοῖς δὲ πονηροῖς ἐπιτιμίων καὶ ἀρῶν. Πρὸς τούτοις ἅπασι καὶ μονόβιβλα αὐτοῦ φέρεται, ὡς τὰ περὶ προνοίας [7]), καὶ ὁ περὶ Ἰουδαίων [8]) συνταχθεὶς αὐτῷ λόγος, καὶ ὁ πολιτικός· ἔτι τε ὁ Ἀλέξανδρος, ἢ περὶ τοῦ λόγον ἔχειν τὰ ἄλογα ζῶα. Ἐπὶ τούτοις ὁ περὶ τοῦ δοῦλον εἶναι πάντα φαῦλον. Ὧ ἑξῆς ἐστιν, ὁ περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι. Μεθ' οὓς συντέτακται αὐτῷ, ὁ περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν, ἐξ οὗ τὰ περὶ τοῦ βίου τῶν ἀποστολικῶν ἀνδρῶν διεληλύθαμεν· καὶ τῶν ἐν νόμῳ δὲ καὶ προφήταις Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων αἱ ἑρμηνεῖαι [9]), τοῦ αὐτοῦ σπουδὴ εἶναι λέγονται [10]). Οὗτος μὲν οὖν

---

sic ferri non potest. De eo quidem quod a deo mittantur somnia, tres libros a Philone conscriptos fuisse constat. Quorum primus periit, secundus exstat pag. 465. editionis Parisiensis: in cuius exordio mentionem facit prioris libri, quem de eodem argumento exaraverat. Tertius demum exstat liber in eadem editione pag. 1108. non suo loco positus. An autem plures his tribus scripserit libros, nobis non constat. Suidas certe quinque libros Philonis de somniis commemorat. — 7) Τὰ περὶ προνοίας. In codice Maz. et Fuk. scriptum est τὸ περὶ προνοίας rectius. Unicus enim fuit Philonis liber hoc titulo praenotatus περὶ προνοίας. In manuscripto Philonis codice bibliothecae Augustanae, hic Philonis liber de providentia confunditur cum altero eiusdem Philonis libro adversus Flaccum. Periit quidem hic Philonis liber de providentia. Sed eius insigne fragmentum habes apud Eusebium in lib. VIII. praeparationis cap. ultimo, et in lib. VII. c. 21. — 8) Περὶ Ἰουδαίων. Non dubito quin scribendum sit ὑπὲρ Ἰουδαίων. Sic enim laudatur hic Philonis liber ab Eusebio in lib. VIII. de praeparatione evangelica cap. 10. ubi locus profertur elegantissimus ἐκ τῆς Φίλωνος ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας. Emendationem nostram confirmat Rufinus, qui hunc locum ita vertit: *de Iudaeis apologeticus liber.* [Imo repugnat Rufin., nec favent Hieronymus et Suidas monente Stroth. *H.*] — 9) Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαι. De hoc Philonis libro Hieronymus in interpretatione nominum Hebraicorum ita scribit: *Philo vir disertissimus Iudaeorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum Hebraicorum nominum, eorumque etymologias iuxta ordinem literarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeantur a Graecis,*

κατὰ Γάϊον ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, τὰ περὶ τῆς Γαΐου θεοστυγίας αὐτῷ γραφέντα, ἃ μετὰ ἤθους καὶ εἰρωνείας ἐπέγραψεν περὶ ἀρετῶν, ἐπὶ πάσης λέγεται τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου κατὰ Κλαύδιον διελθεῖν, ὡς καὶ τῆς ἐν βιβλιοθήκαις ἀναθέσεως θαυμασθέντας αὐτοῦ καταξιωθῆναι τοὺς λόγους. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Παύλου τὴν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ πορείαν μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ διανύοντος, Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος [11]). Ὅτε Ἀκύλας [12]) καὶ Πρίσκιλλα μετὰ τῶν ἄλλων Ἰου-

---

et bibliothecas orbis impleverit, studii mihi fuit in Latinam eum linguam vertere. Porro cum Philo ea duntaxat nomina interpretatus fuisset quae in lege ac prophetis habebantur, postea Origenes verborum ac nominum novi testamenti interpretationem adiecit, supplens videlicet id quod in Philonis libro deesse videbatur, ut scribit Hieronymus ibidem. Origenes in lib. 5. Comment. in evangelium Ioannis: *Invenimus ergo in interpretatione nominum, Ioannis, etc.* — 10) Σπουδὴ εἶναι λέγονται. Tres nostri codices Maz. Med. ac Fuketii scriptum habent σπουδαί. — 11) Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος. Desumpsit hoc ex Luca in actibus apostolorum cap. 18. Et Orosius [VII, 4. *H.*] quidem anno Claudii nono id gestum esse scribit ex Iosepho. *Anno,* inquit, *eiusdem nono expulsos per Claudium urbe Iudaeos Iosephus tradit.* Verum Iosephi locus cuius testimonio utitur Orosius, hodie non exstat. Itaque Orosius memoria lapsus mihi videtur. [Falsa esse quae refert Orosius, cum Valesio censet *Pearson.* annall. Paulinn. p. 11. ad annum C. 52. Claudii 12. monente Readingo ad h. l. *H.*] Ac profecto nequaquam verisimile est, Claudium imp. qui tanta benevolentia semper Iudaeos complexus est, ut patet ex multis eius edictis quae apud Iosephum leguntur, ipsos nominatim Iudaeos urbe expulisse. Crediderim potius, cum magna Romae fames orta esset, id quod anno Claudii decimo refertur in chronico Eusebii, Claudium omnes peregrinos urbe expulisse, inter quos etiam fuere Iudaei. Id enim antea ab Augusto factum fuerat, et a secutis imperatoribus frequentissime postea usurpatum, quoties urbs Roma penuria annonae laborabat. Atque ita explicandum censeo locum illum beati Lucae. Quod si quis fultus auctoritate Suetonii, opinionem nostram respuat, equidem non magnopere repugnabo. Orosium secuti sunt deinceps omnes chronographi, et Baronius in annalibus. Quem tamen miror, cum edictum illud Claudii contra Iudaeos referat anno Claudii nono, concilium Hierosolymitanum in eundem annum conferre. At id manifesto pugnat cum actibus apostolorum. Nam post concilium Hierosolymitanum quod refertur cap. 15., Paulus regressus Antiochiam apostolorum epistolam fratribus tradidit, et aliquanto tempore ibidem moratus esse dicitur. Posthaec seiunctus a Barnaba, abiit in Syriam ac Ciliciam, praedicans verbum dei. Inde in Phrygiam et Galatiam ac Mysiam profectus est, ubi in somnis a spiritu sancto admonitus, in Macedoniam navigavit, ac pri-

δαίων τῆς Ῥώμης ἀπαλλαγέντες, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν καταίρουσιν· ἐνταῦθά τε Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ συνδιατρίβουσι, τοὺς αὐτόθι τῶν ἐκκλησιῶν ἄρτι πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντας θεμελίους ἐπιστηρίζοντι. Διδάσκαλος καὶ τούτων ἡ ἱερὰ τῶν πράξεων γραφή.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ.

Οἷα τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους συμφορὰ μετῆλθεν ἐν τῇ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ.

(Nic. H. E. II, 26.)

Ἔτι δὲ Κλαυδίου τὰ τῆς βασιλείας διέποντος, κατὰ τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν [1]), τοσαύτην ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων στάσιν καὶ ταραχὴν ἐγγενέσθαι συνέβη, ὡς μόνον τῶν περὶ τὰς ἐξόδους τοῦ ἱεροῦ βίᾳ συνωθουμένων, τρεῖς μυριάδας [2]) Ἰουδαίων ἀποθα-

---

mum quidem Philippis annuntiavit fidem Christi, posthaec Thessalonicae et Berrhoeae. Hinc Athenas cum navigasset, diutius ibi commoratus, dum Timotheum et Sylam exspectat, Atheniensibus verbum dei praedicavit. Deinde Corinthum profectus, Aquilam et Priscillam ibi reperit, qui nuper eo ab Italia venerant ob edictum Claudii, quo omnes Iudaei compulsi erant urbe excedere, ut est in cap. 18. actuum apostolorum. Ex his apparet, inter concilium Hierosolymis habitum, et edictum Claudii, multum temporis intercessisse. Quo temporis spatio cuncta haec quae compendiose retulimus, a Paulo apostolo sunt gesta. In chronico Alexandrino concilium Hierosolymitanum refertur anno Claudii sexto. Melius dixisset septimo. Sic enim cuncta egregie conveniunt. Nam Paulus residuis mensibus anni illius quo concilium habitum fuerat, mansit Antiochiae, tum anno sequenti Syriam et Ciliciam perlustravit cum Phrygia et Galatia. Anno demum Claudii nono venit in Graeciam. — 12) Ὅτε Ἀκύλας. Id est, *quo tempore Aquila*, etc. Potest etiam legi disiunctim ὅ, τε ut in Regio et Fuk. codice scriptum inveni.

Cap. XIX. 1) Κατὰ — ἑορτήν. Pergit Orosius: *Anno eius* (Claudii) *VII, sub procuratore Iudaeae Cumano Hierosolymis seditio in diebus azymorum exorta est.* Sed haec quoque esse falsa, quamvis ex Eusebii chronico desumta, neque anno Claudii VII sed XI seditionem illam esse ortam, neque tum Cumanum, sed Quadratum fuisse et Syriae praesidem, animadvertit *Pearson.* annall. Paull. p. 11. 12. (cf. Tacit. Ann. XII, 54. 52.), monente *Readingo* ad h. l. *H.* — 2) Τρεῖς μυριάδας. Idem

νεῖν πρὸς ἀλλήλων καταπατηθέντων, γενέσθαι τε τὴν ἑορτὴν πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει, θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος. Καὶ αὖθις δ' ὅπως Κλαύδιος [3]) Ἀγρίππαν Ἀγρίππου παῖδα, Ἰουδαίων καθίστησι βασιλέα [4]), Φήλικα [5]) τῆς χώρας ἁπάσης Σαμαρείας τε

---

numerus ponitur in chronico. Sed Iosephus in lib. 2. de excidio plus quam decem millia hominum exstincta esse dicit. In vicesimo autem libro Antiquitatum, qui libri post historiam belli Iudaici ab eo conscripti sunt, viginti millia occisorum numerat. Quem quidem numerum sequi malim, propterea quod hi libri posterius scripti sunt, ut dixi. [Acute coniecit *Kestner*. de Eus. p. 74., causam, e qua caedes illa cruenta Iudaeis evenerat, ideo tacuisse nostrum, quia illa Iudaeis semper odio ab illo habitis honori fuit. Cf. Ios. Antiqq. XX, 5. *H.*] — 3) Ante vocem *Κλαύδιος* recte cum Cph. addidit *καὶ αὖθις δ' ὅπως* Stroth., propterea quod verba *Κλαύδιος κ. λ.* apud eundem Iosephum (B. I. II, 21.) leguntur, qui seditionem Iudaeorum narrat Antiqq. XX, 4. Vales. contra perperam tanquam Eusebii interpretatus verba illa vertit: *Interea Claudius Agrippam — — Iudaeorum regem constituit.* Itaque ipse restitui *καὶ αὖθις δ' ὅπως. H.* — 4) *Ἀγρίππαν Ἰουδαίων καθίστησι βασιλέα.* Hic iunior Agrippa si proprie loquamur, nunquam Iudaeorum rex fuit. Nam post obitum patris Agrippae qui anno 4. Claudii abiit e vita, cum adhuc infirma esset aetate, Claudius eum apud se detinuit, nec in patris regno succedere permisit. Postea defuncto Herode Chalcidis rege, Claudius regnum patrui ei donavit. Quod cum per quadriennium tenuisset, Claudius anno imperii sui duodecimo Thraconitidem, quae tetrarchia Philippi fuerat, cum Lysaniae regno ei concessit, adempta prius Chalcide. Ius quoque in templum, et eligendorum pontificum potestatem quam Herodes patruus habuerat, in eum transtulit. Paulo post Nero partem Galilaeae eius adiunxit regno, ut scribit Iosephus in lib. 20. Quae cum ita sint, apparet falli Eusebium, qui hunc iuniorem Agrippam statim post obitum patris in regnum eius successisse, et regem Iudaeorum a Claudio factum esse tum hic, tum in chronico scribat. Quamquam hoc loco Eusebius aperte non dicit, statim post obitum patris regem illum a Claudio factum fuisse. Certe ipsius Iosephi testimonio demonstrari potest, iuniorem Agrippam non continuo post patris mortem regia dignitate ornatum fuisse. Etenim Iosephus in lib. 2. de bello Iudaico cap. 13. duodecimum Neronis annum quo coepit bellum Iudaicum, componit cum anno regis Agrippae 17. Proinde iunior Aprippa regnare orsus est anno Claudii octavo. Porro non negaverim eum Iudaeorum regem dici posse, cum rex fuerit Galilaeae, et inter Iudaeorum reges recenseatur a Iusto. Sed nego illum Iudaeae regem unquam fuisse. Nam post obitum senioris Agrippae, qui contigit anno 4. imp. Claudii, Iudaea in provinciae formam redacta est, missique in eam quotannis procuratores caesaris, ut docet Iosephus. — 5) *Φήλικα.* In chronico Eusebii Felix ad procurationem Iudaeae

καὶ Γαλιλαίας, καὶ προσέτι τῆς ἐπικαλουμένης Περαίας ἐπίτροπον ἐκπέμψας. Διοικήσας δὲ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα πρὸς μησὶν ὀκτὼ [6]), Νέρωνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον καταλιπὼν τελευτᾷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ.

Οἷα καὶ κατὰ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπράχθη.

(Nic. H. E. II, 26.)

Κατὰ δὲ Νέρωνα Φήλικος τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, αὐτοῖς ῥήμασι αὖθις ὁ Ἰώσηπος, τὴν εἰς ἀλλήλους στάσιν τῶν ἱερέων ὧδέ πως ἐν εἰκοστῷ τῆς ἀρχαιολογίας γράφει· „Ἐξάπτεται δὲ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ πλήθους τῶν Ἱεροσολύμων, ἕκαστός τε αὐτῶν, στῖφος ἀνθρώπων τῶν θρασυτάτων καὶ νεωτεριστῶν ἑαυτῷ ποιήσας, ἡγεμὼν ἦν. Καὶ συῤῥήσσοντες ἐκακολόγουν τε ἀλλήλους, καὶ λίθοις ἔβαλλον. Ὁ δ' ἐπιπλήξων, ἦν οὐδὲ εἷς, ἀλλ' ὡς ἐν ἀπροστατεύτῳ πόλει ταῦτ' ἐπράσσετο μετ' ἐξουσίας. Τοσαύτη δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς κατέλαβεν ἀναίδεια καὶ τόλμα, ὥστε ἐκπέμπειν δούλους ἐτόλμων ἐπὶ τὰς ἅλωνας, τοὺς ληψομένους τὰς τοῖς ἱερεῦσι ὀφειλομένας δεκάτας. Καὶ συνέβαινε τοὺς ἀπορουμένους τῶν ἱερέων, ὑπ' ἐνδείας ἀπολλυμένους θεωρεῖν. Οὕτως ἐκράτει τοῦ δικαίου παντὸς ἡ τῶν στασιαζόντων βία." Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Ἱεροσολύμοις ὑποφυῆναι λῃστῶν τι εἶδος ἱστορεῖ, „οἳ μεθ' ἡμέραν, ὡς

---

missus esse dicitur a Claudio anno XI. Sed in editione Scaligeri rectius id adscribitur anno X. Claudii. Verius tamen videtur, Felicem anno Claudii nono missum esse in Iudaeam. Nam Tacitus in lib. XII. [cap. 54. cf. Hist. V, 9. Sueton Claud. 28. *Usser.* annall. p. 668. ad a. C. 53. *Pearson.* l. l. p. 14. citante Read. *H.*] Sulla et Othone coss. qui est annus 10. Claudii, Felicem iampridem Iudaeis impositum fuisse dicit, et in cap. 24. actuum apostolorum Paulus causam agens apud eundem Felicem, quod contigit anno Claudii 13., sic eum alloquitur: *Ex multis annis te esse iudicem huic genti sciens, etc.* Ceterum fallitur hic Rufinus, qui haec verba Iosephi esse existimavit, cum sint Eusebii ipsius ut apparet. — 6) Ἔτεσι. — ὀκτώ. Cf. Ioseph. Antiqq. XX, 5. Dio lib. 60. *Pagi* Crit. V. I. p. 41. *H.*

φησι, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐφόνευον τοὺς συναντῶντας. Μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς μιγνυμένους τῷ πλήθει, καὶ ταῖς ἐσθῆσιν ὑποκρύπτοντας μικρὰ ξιφίδια, τούτους νύττειν τοὺς διαφόρους [1]· ἔπειτα πεσόντων, μέρος γίνεσθαι [2]) τῶν ἐπαγανακτούντων αὐτοὺς τοὺς πεφονευκότας· διὸ καὶ παντάπασιν ὑπ' ἀξιοπιστίας ἀνευρέτους γενέσθαι. Πρῶτον μὲν οὖν ὑπ' αὐτῶν, Ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα κατασφαγῆναι, μετὰ δ' αὐτὸν, καθ' ἡμέραν ἀναιρεῖσθαι πολλοὺς, καὶ τῶν συμφορῶν, τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον, ἑκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ καθ' ὥραν τὸν θάνατον προσδεχομένου."

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ.

Περὶ τοῦ Αἰγυπτίου, οὗ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ πράξεις ἐμνημόνευσαν.

(Nic. H. E. II, 26.)

Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα λέγων· „μείζονι δὲ τούτων πληγῇ Ἰουδαίους ἐκάκωσεν ὁ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. Παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν ἄνθρωπος γόης, καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ, περὶ τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων, προαγαγὼν δ' αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκεῖθεν οἷός τε ἦν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθεῖν βιάζεσθαι, καὶ κρατήσας [1]) τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς

Cap. XX. 1) *Νύττειν τοὺς διαφόρους.* *Inimicos* vertit Gelenius, quod non probo. Nam τοὺς διαφόρους Iosephus dixit pro τοὺς διαφέροντας. — 2) *Μέρος — τῶν ἐπαγανακτούντων.* Veteres dicerent fortasse potius *ἐν μέρει* vel *ἐν χώρᾳ γίνεσθαι τ. ε.* vid. Pausan. IV, 7. *ἐν ἀνδραπόδων χώρᾳ.* cf. *Valcken.* ad Herod. p. 258. Valesius vertit: *ipsi cum adstantibus indignari se simulabant.* Cf. Phrynich. p. 2. sq. *τῆς ἀμείνονος γενέσθαι μοίρας,* et quos ibi laudat *Lobeckius,* Gregor. Naz. Or. IX. p. 236. C. *ἐκνῆψαι καὶ γενέσθαι τῆς ἀσφαλεστέρας μοίρας καὶ κρείττονος* Basil. ep. LXXXIV. p. 157. *εἰπάτωσαν τῆς ποίας εἰσὶ μερίδος* Demosth. de coron. p. 246. *τῆς ποίας ἂν μερίδος γενέσθαι ἐβούλετ' ἄν.* *H.*

Cap. XXI. 1) *Καὶ κρατήσας.* Haec est Iosephi vulgata lectio in lib. II. cap. 13. de bello Iudaico, cui consentit codex Regius. Sed nostri

καὶ τοῦ δήμου τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσι δορυφόροις. Φθάνει τ' αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ, ὑπαντήσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁπλιτῶν. Καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεφήψατο τῆς ἀμύνης, ὥστε συμβολῆς γενομένης, τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, διαφθαρῆναι δὲ καὶ ζωγρηθῆναι πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ." Ταῦτα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν ὁ Ἰώσηπος· ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον [2]) *τοῖς ἐνταῦθα κατὰ τὸν Αἰγύπτιον δεδηλωμένοις, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πράξεσι* [3]) *τῶν ἀποστόλων. Ἔνθα κατὰ Φήλικα ὑπὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις χιλιάρχου εἴρηται τῷ Παύλῳ, ὁπηνίκα κατεστασίαζεν αὐτοῦ τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος· „οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας* [4]) *καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους* [5]) *ἄνδρας τῶν σικαρίων;" Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Φήλικα τοιαῦτα.*

---

codices Maz. Med. cum Fuk. ac Sav. [Cph. Ven. *H.*] aliter scriptum exhibent, *καὶ κρατῆσαι τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννικῶς, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσιν δορυφόροις.* Subanditur autem *ἀπὸ κοινοῦ* verbum *βιάζεσθαι* quod paulo ante praecessit. Nec aliter legisse videtur Rufinus. Sic enim vertit: *Paratus inde irruere Hierosolymam, et vi ac potestate urbem tenere, simulque Romanorum praesidia ac plebem tyrannidi suae subiugare.* [Stroth. *κρατῆσαι. H.*] — 2) *Ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον.* Proprie *ἐπιστῆσαι* est attendere, seu observare. Sic Eusebius in lib. III. cap. 24. *οἷς καὶ ἐπιστήσαντι, οὐκετ' ἂν δόξαι διαφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ εὐαγγέλια.* Hinc *ἐπιστάσεις* supra in hoc libro cap. 18. dicuntur notae seu observationes. Occurrit ea vox apud Athenaeum, Polybium et alios. [Cf. Index verb. s. v. *H.*] — 3) *Ἐν ταῖς πράξεσι* cf. Act. 21, 36. *H.* — 4) *Ἀναστατώσας.* Vetus interpres in cap. 21. actuum apostolorum vertit: *tumultum concitasti*, male, ut equidem sentio. Nam *ἀναστατῶσαι* idem est quod *ἀνάστατον ποιῆσαι* abducere, asportare. Itaque recte Musculus vertit: *qui tecum exeivisti.* Potest etiam verti: qui subvertisti quatuor millia hominum. Sic enim Hesychius interpretatur *ἀναστατοῦντας, ἀνατρέποντας*, et *ἀναστάτους κατεστραμμένους.* Hinc qui aere alieno oppressi solum vertunt, *ἀναστατωθῆναι* dicuntur teste Harpocratione et auctore Etymologici. — 5) *Τετρακισχιλίους.* At Iosephus triginta millia hominum dicit. Quod ita intelligendum est, ut numerus quidem promiscuae multitudinis ad triginta usque millia hominum pervenerit, ex illis vero quatuor tantum millia fuerint sicariorum. Atque ita Iosephus conciliabitur cum Luca. Habet hoc profecto, quo se commendat. Neque sine causa Lucas scripsisse videtur *τοὺς τετρακισχιλίους*, imo eo ipso accuratius distinguere voluisse quatuor illa millia sicariorum ab iis, quos in mente habens diserte haud commemoravit. Cf. Ios. B. I. II, 13. Quae si vera sunt, facile excusari poterit Eusebius, quod non accuratius exposuit ra-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ.

Ὡς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος, ἀπολογησάμενος πάσης ἀπελύθη αἰτίας.

(Nic. H. E. II, 28—33.)

Τούτου δὲ Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται· καθ' ὃν δικαιολογησάμενος ὁ Παῦλος, δέσμιος ἐπὶ Ῥώμης ἄγεται. Ἀρίσταρχος δ' αὐτῷ συνῆν, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ [1]). *Καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῇ παραδοὺς, ἐν τούτοις κατέλυσε τὴν ἱστορίαν, διετίαν ὅλην ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημηνάμενος. Τότε μὲν οὖν ἀπολογησάμενον, αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον, δεύτερον δ' ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει, τῷ κατ' αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ* [2]). *Ἐν ᾧ δεσμοῖς ἐχόμενος, τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν συντάττει, ὁμοῦ σημαίνων τήν τε προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολογίαν, καὶ*

---

tionem, qua Iosephus et Lucas de illa re tradiderant. Vere enim non dissentiunt. Hoc moneri posse puto contra *Möller*. de fide Euseb. p. 86. et *Kestner*. de Euseb. p. 72. *H.*] Ceterum non assentior Eusebio, qui haec sub Nerone gesta esse scribit. Nam in cap. 21. actor. Aegyptius ille magus fusus fuisse dicitur paulo ante adventum Pauli Hierosolyma. Venit autem illuc Paulus anno Claudii ultimo. Quod ex eo colligitur quod in cap. 24. actorum scribit Lucas, successorem missum esse Felici Porcium Festum. Cum ergo Festus in Iudaeam missus fuerit anno Neronis secundo, strages Aegyptii illius in extremum Claudii annum cadat necesse est. Fefellit Eusebium Iosephi narratio qui haec sub Nerone referre videtur. Sed animadvertere debuerat Eusebius, Iosephum eo loco cuncta simul et acervatim commemorare quae a Felice gesta essent, tam sub Claudio, quam sub Nerone. [Cf. interpretes ad Act. 24, 27. *Pearson*. Annall. Paull. p. 17. *Usser*. Annall. p. 676., quae laudat Reading. ad h. l. *H.*]

Cap. XXII. 1) *Ἀποκαλεῖ* cf. Col. IV, 10. *H.* — 2) *Δεύτερον — μαρτυρίῳ.* Ab hac Eusebii sententia quam ipse tum scripturae sacrae tum traditioni vel scriptae vel non scriptae (*λόγος εἶχεν*) debet, constat nostro tempore V. V. D. D. plures recedere. Vide scriptores introductionum in libros N. T. et maxime *E. F. R. Wolf. de altera Pauli apostoli captivitate diss. II.*, Lipsiae 1819. 1820. 8. cf. Euseb. H. E. II, 1. 18. *Reuterdahl.*

τὴν παραπόδας τελείωσιν. Δέχου δὴ καὶ τούτων τὰς αὐτοῦ μαρτυρίας· „ἐν τῇ πρώτῃ μου, φησὶν, ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο [3]), ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· Μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος.“ Σαφῶς δὴ παρίστησι διὰ τούτων, ὅτι δὴ τὸ πρότερον, ὅπως ἂν τὸ κήρυγμα τὸ δι' αὐτοῦ πληρωθείη, ἐῤῥύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸν Νέρωνα ταύτῃ, ὡς ἔοικε, διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών. Οὐκ οὖν ἑξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι [4]), τὸ, ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος. Ἑώρα γὰρ

---

de fontt. p. 30. *H.* — 3) Pro οὐδείς μοι συμπαρεγένετο quod legitur in editt. N. T., apud Nic. et Valesium, Stroth. scripsit cum Cph. Cod. Alex. et nonnullis aliis, quos vide apud *Wetstenium* et *Millium* ad 2. Tim. IV, 16., ο. μ. παρεγένετο. Steph. legit οὐδείς παρεγένετο. *H.* — 4) Οὐκοῦν ἑξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τό. Ita quidem codex Regius. Sed in Maz. Med. ac Fuk. codice scribitur παραπλήσιόν τι τῷ. Certe hic locus valde obscurus est, et idcirco a Musculo praetermissus. Re tamen diu multumque perpensa, tandem verum huius loci sensum deprehendi. Ait igitur Eusebius, ex verbis Pauli in secunda ad Timotheum epistola id colligi, ipsum in prima quidem defensione, sententia iudicum absolutum fuisse, postea vero in secunda accusatione fuisse damnatum. Prius quidem illud aperte designat his verbis: *In prima mea defensione nemo mihi adfuit.* Et cum ait: *Liberatus sum ab ore leonis.* Quod idem est ac si diceret: *Ereptus sum ex Neronis faucibus.* De secunda autem accusatione longe aliter loquitur Paulus. Neque enim dicit: *Liberabit me deus de ore leonis,* sicut antea locutus fuerat. Quippe praevidebat Paulus, deo id ipsi revelante, se nequaquam persecutoris gladio ulterius subtractum iri, sed glorioso martyrii exitu consummatum. Proinde cum de prima accusatione dixisset: *Liberatus sum ex ore leonis*, de secunda qua tunc maxime premebatur, haec subiungit: *Liberabit me dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regno suo coelesti:* mortem suam his verbis aperte designans. Hic est sensus huius loci, quem nec interpretes, nec ego ipse prius animadverteram. Quare in Eusebii verbis distinctis vocibus scribendum est οὐκ οὖν, vel mutato accentu οὔκουν. Certe in Maz. codice distinctis vocibus οὐκ οὖν scribitur. [Strothius scripsit οὐκ οὖν, quem secutus sum. *H.*] Porro hunc Eusebii locum descripsit Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ubi de Paulo loquitur: sed Eusebii sensum minime est assecutus, ut patebit legenti. Quare et Sophronius dum locum illum Hieronymi in Graecum sermonem verteret, aliquot verba praetermisit, quae scilicet sensui obesse videbantur. Eusebii sensum quem dixi, expressit Theodoretus in epistolam 2. ad Timotheum ad illa verba: *Liberabit me dominus ab omni opere malo.*

τῷ πνεύματι τὴν ὅσον οὔπω μέλλουσαν αὐτοῦ τελευτήν. Διό φησιν ἐπιλέγων τῷ, καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, τό· „ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον," σημαίνων τὸ παραυτίκα μαρτύριον, ὃ καὶ σαφέστερον ἐν τῇ αὐτῇ προλέγει γραφῇ φάσκων· „ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν." Νῦν μὲν οὖν ἐπὶ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῶν πρὸς Τιμόθεον, τὸν Λουκᾶν μόνον γράφοντι αὐτῷ συνεῖναι δηλοῖ, κατὰ δὲ τὴν προτέραν ἀπολογίαν οὐδὲ τοῦτον. Ὅθεν εἰκότως τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις ἐπ' ἐκεῖνον ὁ Λουκᾶς περιέγραψε τὸν χρόνον, τὴν μέχρις ὅτε τῷ Παύλῳ συνῆν ἱστορίαν ὑφηγησάμενος. Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται παρισταμένοις, ὅτι μὴ καθ' ἣν ὁ Λουκᾶς ἀνέγραψεν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐπιδημίαν τοῦ Παύλου, τὸ μαρτύριον αὐτῷ συνεπεράνθη. Εἰκὸς γέτοι κατὰ μὲν ἀρχὰς ἠπιώτερον τοῦ Νέρωνος διακειμένου, ῥᾷον τὴν ὑπὲρ τοῦ δόγματος τοῦ Παύλου καταδεχθῆναι ἀπολογίαν. Προελθόντος δὲ εἰς ἀθεμίτους τόλμας, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχγειρισθῆναι [5]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ.

Ὡς ἐμαρτύρησεν Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου χρηματίσας ἀδελφός.

(Nic. H. E. II, 38.)

Ἰουδαῖοι γεμὴν τοῦ Παύλου καίσαρα ἐπικαλεσαμένου, ἐπί τε τὴν Ῥωμαίων πόλιν ὑπὸ Φήστου παραπεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος

Οὐκ εἶπεν ὅτι ῥύσεταί με πάλιν ἀπὸ λέοντος, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ. Ἤθει γὰρ ὡς δέξεται πάντως τοῦ βίου τὸ τέλος. — 5) Ἐγχειρισθῆναι. In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. ac Savil. scriptum est ἐπιχειρῆσαι. Quam lectionem in quibusdam codicibus se reperisse testatur Stephanus. Verum si ita legamus, necessario scribendum erit προελθόντα δὲ εἰς ἀθεμίτους τόλμας, etc. Certe Nicephorus in lib 2. cap. 34. ita videtur legisse. Sic enim hunc Eusebii locum interpolavit: εἰς δ' ἀθεμίτους ἐξοκείλαντα πράξεις, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἐπιτολμῆσαι σφαγάς.

καθ' ἣν ἐξήρτυνον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἀποπεσόντες, ἐπὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ κυρίου τρέπονται ἀδελφὸν, ᾧ πρὸς τῶν ἀποστόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκεχείριστο θρόνος. Τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ κατὰ τούτου τολμᾶται [1]). Εἰς μέσον αὐτὸν ἀγαγόντες, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ παντὸς ἐζήτουν τοῦ λαοῦ. Τοῦ δὲ παρὰ τὴν ἁπάντων γνώμην ἐλευθέρᾳ φωνῇ καὶ μᾶλλον ἢ προσεδόκησαν ἐπὶ τῆς πληθύος ἁπάσης παῤῥησιασαμένου, καὶ ὁμολογήσαντος υἱὸν εἶναι τοῦ θεοῦ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, μηκέθ' οἷοί τε τὴν τοῦ ἀνδρὸς μαρτυρίαν φέρειν, τῷ δικαιότατον αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσι δι' ἀκρότητα ἧς μετῄει, κατὰ τὸν βίον φιλοσοφίας τε καὶ θεοσεβείας πιστεύεσθαι, κτείνουσι, καιρὸν εἰς ἐξουσίαν λαβόντες τὴν ἀναρχίαν, ὅτι δὴ τοῦ Φήστου κατ' αὐτὸ τοῦ καιροῦ ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας τελευτήσαντος, ἄναρχα καὶ ἀνεπιτρόπευτα τὰ τῆς αὐτόθι διοικήσεως καθειστήκει. Τὸν δὲ τῆς τοῦ Ἰακώβου τελευτῆς τρόπον, ἤδη μὲν πρότερον αἱ παρατεθεῖσαι τοῦ Κλήμεντος φωναὶ δεδηλώκασιν, ἀπὸ τοῦ πτερυγίου βεβλῆσθαι, ξύλῳ τε τὴν πρὸς θάνατον πεπλῆχθαι αὐτὸν ἱστορηκότος. Ἀκριβέστατά γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ Ἡγήσιππος [2]) ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς [3]), ἐν τῷ πέμπτῳ

Cap. XXIII. 1) *Τὰ κατὰ τούτου τολμᾶται.* Quatuor nostri codices Maz. Med. Fuk. et Savil. pro *τολμᾶται* scriptum exhibent *τολμήματα.* [Ita Str. *H.*] Quod equidem magis probo. Nam si *τολμᾶται* legerimus, superfluum erit *τὰ*, cum sufficiat dixisse *τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς κατὰ τούτου τολμᾶται.* Paulo ante iidem codices Maz. Med. ac Fuk. pro *ἐγκεχείριστο* scriptum habent *ἐγκεχείρισται.* — 2) *Ἡγήσιππος.* Cf. Ioseph. Antiqq. XX, 8. unde, quae de mortis Iacobi genere tradit Hegesippus, satis suspecta esse intelligitur. Ulterius etiam progressus Epiphan. haer. XXIX, 4. LXVIII, 13. *H.* — 3) *Ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς.* Rufinus legisse videtur *ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαδοχῇ.* Sic enim vertit: *Hegesippus qui post ipsos statim primas apostolorum successiones fuit, etc.* Vulgata tamen lectio minime repudianda est, cum Hegesippi aetas in primam apostolorum successionem inciderit. Prima enim apostolorum successio usque ad tempora Marci Antonini producitur. Eo namque imperante, Polycarpus Ioannis apostoli discipulus coronam martyrii reportavit. Recte igitur Hegesippus in prima apostolorum successione vixisse dicitur, quippe qui floruit Antoninorum principatu, cumque Romam venisset pontificatu Aniceti, ibidem permansit usque ad pontificatum Eleutheri. In chronico Alexandrino, quod quidem Antiochenum libentius vocaverim, Hegesippus mortuus esse dicitur principatu Commodi

αὐτοῦ ὑπομνήματι τοῦτον λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· „διαδέχεται δὲ τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων [4]), ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος [5]) ἀπὸ τῶν τοῦ κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. Οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε. Ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφα-

---

Augusti. Aequalis igitur fuit Irenaeo: quem etiam primae apostolorum successioni contiguum fuisse testatur Eusebius in lib. V. cap. 20. ubi de libro eius agit qui inscriptus erat de Ogdoade. Ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων κατειληφέναι ἑαυτὸν διαδοχήν. — 4) Μετὰ τῶν ἀποστόλων. Hieronymus in catalogo hunc locum ita vertit: *Suscepit ecclesiam Hierosolymu, post apostolos frater domini Iacobus.* Quasi legeretur μετὰ τοὺς ἀποστόλους. Longe rectius adversarius Hieronymi Rufinus interpretatus est, *cum apostolis.* Nam apostoli una cum Iacobo episcopo Hierosolymitanam rexerunt ecclesiam. Quare perperam Rufinus in cap. 2. huius libri, Iacobum apostolorum episcopum nominavit. Atqui Clemens cuius verba illic interpretatur Rufinus, Iacobum non apostolorum, sed Hierosolymorum episcopum factum esse dicit. Porro Rufinus id hausisse videtur ex Clementis recognitionibus, quas vel ipse, vel Paulinus latine vertit. Nam in lib. 2. eius operis Clemens, Iacobum fratrem domini, quem ipse archiepiscopum nominat et principem episcoporum, episcopali auctoritate apostolis omnibus praecipientem inducit. [Cf. quae monui supra I, 10 not. 14. *H.*] — 5) Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος. Post haec verba in codice Mazarino ac Fuk. apposita est distinctio. Quam quidem interpunctionem secutus videtur Rufinus. Sic enim vertit: *Suscepit ecclesiam cum apostolis frater domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est iustus, ab ipsis domini temporibus perdurans usque ad nos.* Verum in codice Regio ac Med. et apud Nicephorum nulla est adscripta distinctio post vocem δίκαιος; sed totus locus uno spiritu continuatur hoc modo: ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Id est: *qui ab ipsis Christi temporibus usque ad nostram aetatem iustus ab omnibus cognominatus est.* Et hanc quidem distinctionem in interpretatione mea sequi malui, post Musculum et Christophorsonum: quippe quae certior et sequentibus Hegesippi verbis magis congruere mihi videretur. Subiicit enim Hegesippus ἐπεὶ πολλοὶ μὲν Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο, etc. Quae verba sine dubio referuntur ad ea quae praecesserunt, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος. Reddit enim rationem Hegesippus, cur Iacobus iustus ab omnibus cognominatus sit. Quippe, inquit, multi fuere Iacobi; sed hic prae ceteris iustitia excelluit, ut multis argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde si priorem distinctionem sequamur cum Rufino, falsum erit illud quod sequitur, Iacobum scilicet episcopum a temporibus domini usque ad Hegesippi aetatem permansisse. Nam Iacobus quidem iustus caesus est Neronis principatu, Hegesippus vero Antoninorum temporibus floruit, ut superius

λὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν 6) εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. Οὐδὲ

---

observavi. — 6) *Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν*, etc. Totum hunc Hegesippi locum iampridem examinavit *Scaliger* in animadversionibus Eusebianis pag. 178. multaque in eo reprehendit, quae operae pretium erit legere. Adde etiam quae adversus Scaligeri censuram scripsit *Dionysius Petavius* in notis ad haeresim 78. Epiphanii, et *P. Halloixius* in notationibus ad vitam Hegesippi cap. 3. [Nemo acerbius perstrinxit Hegesippum quam *Strothius deutsche Uebersetzung* T. I. p. 123. not. 3., cuius verba ad nostrum locum iuvat adscribere: „*Wer hier Zusammenhang und Menschenverstand vermisst, der rechne es dem Uebersetzer nicht zu; wo keiner ist, da lässt sich keiner hineinschieben. Es würde unnützes Papierverderben seyn, über alles abgeschmackte dieser Erzählung, welche eher der Erzählung eines alten Weibes, als eines vernünftigen Mannes ähnlich sieht, oder welches einerlei ist, die ganz jüdisch ist, zu glossiren.*“ In observationibus autem latinis ad H. E. IV, 22. *Strothius* haec addit: „*Sed vix dignae sunt huius hominis nugae, quibus immoremur,*“ et paulo ante: „*cuius adeo male cohaeret sermo, ut sutoris meditationes, Scythae vero verba legere putes.*“ At facile intelligitur una alterave inepta narratione et sermone Hegesippi inconcinno ac male fluente nondum fidem eius historicam latefactari. Rectius itaque de Hegesippo iudicarunt *Möllerus* p. 61. 67. 84. *Danzius* p. 119. et *Kestnerus* in *Excurs.* I. p. 29. sqq., qui in eo certe consentiunt iusto cupidius de fide Hegesippi historica a multis esse indicatum. Verum autem unice vidisse puto *Möllerum*, cuius de Hegesippi iudicii quasi-summa eo continetur, ut statuamus, Hegesippum nugatorem sane esse saepius quam historicum, et Iudaeum Apellam, maioris adeo quam par erat, ab Eusebio (cf. III, 16. ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος IV, 22.) Hieronymo de script. eccles. II. Epiphan. haer. 78. et Chrysostomo homil. in Mtth. V, 1. aestimatum, neque tamen semper esse Hegesippum lapsum, quia Cretes non omnia fingunt, denique voluisse semper, raro potuisse verum dicere. Neque recte puto pro recto patrum de Hegesippo iudicio pugnasse *Tillemontium* in *diss. sur ce que raconte Hegesippe de St. Jacques*, Paris. 1701. 8. *Anonymum* in progr. *de fratribus Domini κατὰ σάρκα*, Regiom. 1737. 4. p. 11. sqq. *I. M. Faber*, progr. *quo Eusebianae de Iacobi fratris Iesu vita et morte narrationis partes quaedam explicantur et defenduntur*, Ansp. 1793. 4. Neque equidem possum assentiri *Danzio*, qui l. l. „*Nobis*, inquit, *vix datum est, ex tam paucis et inter se tam parum cohaerentibus fragmentis iustum Hegesippo historico statuere pretium.*“ Datum enim nobis sane est. Neque recte vituperat Moellerum l. l. *Kestnerus*, Hegesippo iusto magis patrocinatus, nimium tribuens testimoniis Eusebii, Hieronymi et Chrysostomi, male verba, quae inferius nostro loco leguntur: ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων ita interpretans: *ascendentes vero depellebant*. (?)

γὰρ ἔρεον ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. Καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν, ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ 7) προσκυνοῦντα τῷ θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. Διά γέτοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ ὠβλίας 8).

(*sive ita fortasse: d e i i c e r e c o n a b a n t u r*) (?) *atque lapidabant; ille vero lapidibus percussus* (*κ ω ν ω β λ η θ ε ί ς; quod non verteris: a t e m p l o d e i e c t u s*); (?) male denique traditionem illam minime futilem esse declarans. Neque vere *Danzius* l. l. p. 119.: *Strothius*, inquit, *et* (Hegesippo) *inequitasse omnino dicendus est, qui — eum male inter se cohaerentium nugarum accusat.*“ Hoc enim negari nequit, nugas *saepius* tradere Hegesippum easdemque male cohaerentes. Neque vero ego aliud quidquam de Iacobo ex *Hegesippo* quidem puto sumi posse, nisi Iacobum fuisse virum probum, Iudaeis invisum et trucidatum, id quod monendum puto contra *R e u t e r d a h l. de fontibus histor. eccles. Euseb.* p. 23., qui „*Restant quaedam*, inquit, *de quibus in utramque partem disputari potest. In nostra narratione huc referimus cognomen ὤβλιας Iacobo datum, verba eius de θύρᾳ τοῦ Ἰησοῦ et alia quaedam. Pro veris ea profiteri vix audemus: altera autem ex parte vix dici potest, si vera non essent et antiqua traditione conservata*, [an hoc unum idemque?] *unde orta haberentur.*“ An dici potest unde reliqua manifesto falsa orta sint? Sed manifestus error est *Reuterdahlii* l. l. p. 40., ubi Eusebium in iis quae de Christo eiusque apostolis undecunque attulerit, nunquam attulisse contemnenda contendit. Praeterea de iis quae h. l. de Iacobo traduntur, cf. *I. C l e r i c i Hist. eccles. duorum primorum seculorum* p. 414. *Moshem. de rebus Christ. a. C. M.* p. 94 — 96. *S t a r k. Geschichte der christlichen Kirche des ersten Jahrh.* Tom. II. p. 163. sqq., qui Christianum ex Iudaeis Hegesippiana commenta finxisse putat, *A u g u s t i Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie* Tom. III. p. 205. et *W i n e r. biblisches Realwörterbuch* p. 309. *H.* — 7) *Διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ.* Duae postremae voces absunt a codice Fuk. et apud Nicephorum. Verum in codice Maz. ac Med. totus hic locus ita legitur: *διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνοῦντα τῷ θεῷ τὰ γόνατα.* — 8) *Ἐκαλεῖτο δίκαιος καὶ ὤβλιας.* *Nicolaus Fullerus* in lib. III. Miscellaneorum Sacrorum, hunc locum sic emendat: *ἐκαλεῖτο σαδδὶκ καὶ ὤζλιάμ, ὅ ἐστιν δίκαιος καὶ περιοχὴ λαοῦ.* Quam doctissimi viri emendationem libenter amplector. Tamen cum Epiphanius in haeresi 78. et Iovius monachus quem vulgo male Iobium vocant, Iacobum Obliam dictum esse testentur, retinenda est vulgaris lectio; maxime cum Ophlias hebraice arcem populi significet. Sed et Rufinus atque Nicephorus vulgatam lectionem tuentur. [Male putat Val. *ὤβλιας* significare *arcem populi*, quod potius esset *ὤφλιαμ*, עֹפֶל עָם ut recte dicit Strothius et legendum quoque putat. Equidem tamen prae-

ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. Τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ, τῶν προγεγραμμένων μοι [9]) ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ [10]). Καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. Ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός. Αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι, οὐκ ἐπίστευον [11]) οὔτε ἀνάστασιν, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον [12]). Πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ γραμματέων καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾷν. Ἔλεγον οὖν συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ· παρακαλοῦμέν σε. Ἐπίσχες τὸν λαὸν ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ. Παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα περὶ Ἰησοῦ. Σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα. Ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ ὅτι πρόσωπον οὐ λαμβάνεις. Πεῖσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. Καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαὸς καὶ πάντες πειθόμεθά σοι. Στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ῇς ἐπιφανὴς, καὶ ᾖ

---

fero Fulleri ex Psalm. XXI, 14. emendationem. Cf. *Reinesii* Varr. Lectt. III. *Suicer.* Thes. T. II. p. 1593. *Augusti* l. l. legit Ὀλβίας, nescio an solo typothetae errore. *H.*] — 9) Τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν προγεγραμμένων μοι. Locus Hegesippi, in quo de septem Iudaicis populi sectis se scripsisse testatur, exstat in libro 4. Eusebii nostri cap. 22. Ad quem locum deo iuvante, plura dicturi sumus de septem illis sectis. — 10) Τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ. Ostium hoc loco est introductio, seu institutio atque initiatio. Ostium igitur Christi nihil est aliud, quam fides in deum patrem et in filium ac spiritum sanctum. De hoc ostio dicitur in psalmis: Haec est porta domini et iusti intrabunt per eam, ut explicat Clemens in lib. 6. στρωματέων. Et ostium quidem Ioannis baptistae erat poenitentia: Christi vero ostium est remissio peccatorum quae fit per baptismum. [Vid. *Excursus* III. *H.*] — 11) Οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν. Male Rufinus eumque secutus Christophorsonus vertit: *non crediderunt*: quasi legeretur οὐκ ἐπίστευσαν. Longe melius Musculus vertit: *non credunt*. Nam Graeca vox hanc habet significationem. Falsum tamen est eas sectas non credidisse resurrectionem. Nam Pharisaei eam credebant. — 12) Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον. Vox ἐπίστευσαν iterum repetenda est: quod virgula illa quae in manuscriptis etiam codicibus appicta est, satis declarat. In vetustissimo codice Mazarino post ἐπίστευσαν punctum adscriptum est ad pedes literae, quod virgulae nostrae respondet, et Graece quidem vocatur ὑποστιγμὴ, a Latinis autem

εὐήκουστά σου τὰ ῥήματα παντὶ τῷ λαῷ. Διὰ γὰρ τὸ πάσχα συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν [13]). Ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκραξαν αὐτῷ καὶ εἶπον· Δίκαιε ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. Καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ· τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων, καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, καὶ λεγόντων [14]) ὡς ἀννὰ [15]) τῷ υἱῷ Δαβὶδ, τότε πάλιν οἱ αὐτοὶ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· κακῶς ἐποιή-

---

subdistinctio. — 13) Μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. Merito Scaligerum hic reprehendit Dionysius Petavius, quod negasset licuisse ulli gentili, interesse festis diebus Iudaeorum. Nam praeter locum illum quem citat Petavius ex evangelio Ioannis cap. 12., plurima suppetunt Iosephi testimonia, e quibus discimus, gentiles asymorum solemnitati saepius interfuisse. Certe Vitellius legatus Syriae, festo paschae ingressus est Hierosolyma et a Iudaeis honorifice exceptus, ut legitur in lib. 18. originum Iudaicarum cap. 6. Idem de Quadrato legato Syriae in lib. 20. scribit. — 14) Καὶ λεγόντων ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. Scaliger in animadversionibus Eusebianis haec de Iacobo dicta esse existimavit: cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Iacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Iacobus filius Iosephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse. Cuius rei illustre exemplum est in itinerario Hierosolymitano Antonini monachi pag. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut episcopis ac presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris causa, acclamarent Osanna. *Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo: et prostratae pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Aegyptiaca psallentes antiphonam: Benedicti vos a domino, benedictusque adventus vester, Osanna in excelsis.* Idem testatur etiam Hieronymus in cap. 21. Matthaei. *Videant ergo episcopi et quantum libet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur: si domino, cui vere hoc dicebatur (quia necdum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur.* Ceterum voces illas *Osanna filio David*, quas a quibusdam Iudaeis acclamatas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius quam de Iacobo intelligi oportere. Nam cum Iacobus in fastigio templi positus, Iesum revera Christum esse ac redemptorem

σωμεν τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντος τοῦ Ἰησοῦ· ἀλλὰ ἀναβάντες, καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. Καὶ ἔκραξαν λέγοντες· ὢ ὤ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη. Καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ 16) γεγραμμένην· ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις· λιθάσωμεν Ἰάκωβον τὸν δίκαιον. Καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων· παρακαλῶ κύριε θεὲ πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι. Οὕτω δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν, εἷς τῶν ἱερέων τῶν

[illegible]

generis humani praedicasset, Iudaei quidam Christi fidem amplectentes, acclamare coeperunt Osanna filio David, id est, *Iesu Christo palma et victoria.* [Ad Christum pertinere illam acclamationem, idem ego satis certum puto verbis proxime praecedentibus καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου. Nihilominus dubius hac de re est ipse Augusti *Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie* Tom. V. p. 218., qui praeterea de formula illa ὡς ἀννὰ est conferendus. *H.*] — 15) Ὡς ἀννά. In omnibus nostris exemplaribus duo sunt vocabula ὡς ἀννά. [Ita quoque Stroth. *H.*] Ita etiam apud Hieronymum in interpretatione nominum Hebraicorum: *Osanna, salvifica, quod graece dicitur* ὡς ἀννά. *Utrumque autem nomen per extensam literam legendum.* Id est, Osanna tam in Hebraea quam in Graeca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in lib. 6. originum, Osanna ex duobus vocabulis Osi et Anna compositum esse testatur, elisa scilicet una litera, sicut in versibus cum scandimus. *Osi enim salvifica interpretatur. Anna interiectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu.* Quae Isidori verba descripta sunt ex Hieronymi epistola 145. ad Damasum. Eadem fere habet Augustinus in lib. 2. de doctrina Christiana cap. 11. — 16) Ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ. Memoria lapsum esse Hegesippum affirmat Scaliger. Neque enim hunc locum apud Esaiam exstare, sed in libro qui inscribitur Sapientia Salomonis cap. 2. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. Revera enim hic locus legitur in Esaia cap. 3. δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ita quidem legitur in editione Romana. Verum Iustinus in dialogo adv. Tryphonem diserte testatur, in editione LXX. interpretum scriptum fuisse ἄρωμεν τὸν δίκαιον, pro quo Iudaici interpretes δήσωμεν verterunt. Iustini lectionem confirmat etiam Tertullianus contr. Marc. III, 22. *Venite, inquiunt, auferamus iustum, quia inutilis est nobis.* Sed et in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Esaia Hieremiam scribi dicit. Porro Hegesippus hunc Esaiae locum quem dixi, in mente habebat paulo supra, cum diceret, Iacobum a prophetis iustum esse appellatum. 17) [illegible] ὡς οἱ προ-

υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ [17]) τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, ἔκραζε λέγων· παύσασθε· τί ποιεῖτε [18]); εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν ὁ δίκαιος. Καὶ λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν κναφέων τὸ ξύλον [19]) ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια [20]), ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου. Καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν. Καὶ

φῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. — 17) Υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ. Merito Nicephorus haec duo vocabula expunxit, ut iampridem notavit Scaliger, tum in animadversionibus Eusebianis, tum in Elencho Trihaeresii cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, et in omnibus nostris exemplaribus exstent, ferri commode possunt. Ac si rem attentius expendamus, non sunt ita inepta atque insulsa ut putavit Scaliger. Εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ. Unus ex sacerdotibus de filiis Rechab filii Rechabim: idem enim est ac si diceret: unus ex sacerdotibus, filius Rechab de genere Rechabitarum. Quae postrema verba consulto addita sunt, ut Rechab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechab, verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Hieremias. [Χαραβεὶμ Genev. (Steph. ?) H.] — 18) Παύσασθε· τί ποιεῖτε. Epiphanius in haeresi 78. non a Rechabita sacerdote haec dicta esse scribit, sed a Symeone Clopae filio, qui Iacobi iusti frater patruelis erat. — 19) Λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν κναφέων, τὸ ξύλον. Haec verba duobus modis construi possunt: nempe hoc modo εἷς τις ἀπ' αὐτῶν, λαβὼν τὸ τῶν κναφέων ξύλον. Id est: unus ex illis arrepto fullonis vecte. Aut in hunc modum, τὶς ἀπ' αὐτῶν, εἷς τῶν γναφέων, λαβὼν τὸ ξύλον. Quam distinctionem secutus est Rufinus. Ita enim vertit: Et unus ex ipsis fullo, arrepto fuste, in quo res exprimere solent. Neque aliter ceteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clemens Alexandrinus in libro 7. Hypotyposeon, ubi Iacobum a fullone interemptum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1. huius libri. Apollonius Collatius in lib. I. de excidio Hierosol. Iacobum non fullonis vecte, sed securi percussum interiisse scribit. — 20) Ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια. Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis hunc locum ita expressit: Fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Hieronymi verba Graece ita vertit Sophronius: τῷ τε κναφικῷ μοχλῷ ᾧ ἱμάτια ἐκπιέζειν εἰώθασι. Musculus quidem Eusebii locum ita vertit: unus ex fullonibus arrepto instrumento quo vestimenta excutiunt ac purgant. Langus vero Nicephori interpres sic reddidit: Et fullonum quidam ligno quo vestes complanabat arrepto. Mihi quidem magis placet Rufini et Christophorsoni expositio, qui vestes premere seu exprimere interpretati sunt. Id enim significat vox πιέζειν, ex qua fit πιεστήριον, quod est latine pressorium seu praelum. Duplex fuit fullonum officium. Nam et maculas eluebant e vestibus, et eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant. Utebantur autem ad id pressoriis seu praelis, ut notavi ad lib. 28. Amm. Marcellini pag. 366. Petro in ma-

ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ [21]), *καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ* [22]). *Μάρτυς οὗτος ἀληθὴς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι γεγένηται, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστιν. Καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν, αἰχμαλωτίσας αὐτούς.*" [23]) *Ταῦτα διὰ πλάτους συνῳδὰ τῷ γε Κλήμεντι καὶ ὁ Ἡγήσιππος. Οὕτω δὲ ἄρα θαυμάσιός τις ἦν, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπὶ δικαιοσύνῃ βεβόητο ὁ Ἰάκωβος, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίων ἔμφρονας δοξάζειν, ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς παραχρῆμα μετὰ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ πολιορκίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἣν δι' οὐδὲν*

---

nuscriptis nostris Maz. Med. ac Fuketii scriptum est *ἀπέπλεξε.* — 21) *Ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ.* Ita quidem codex Regius quem secutus est Stephanus. Verum reliqui tres, Maz. scilicet Med. ac Fuk. aliquot vocalis auctiores sunt hoc modo: *καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ.* Quam quidem lectionem confirmat Nicephorus ac Rufinus. [Retinuit eandem Stroth. *H.*] — 22) *Ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ.* Quomodo fieri potest, ut hic cippus (id enim significat *στήλη*, ut supra notavimus) et hoc Iacobi sepulcrum adhuc permanserit post urbem a Romanis excisam? Sed neque verisimile est, quod ait Hegesippus, Iacobum iuxta templum sepultum fuisse. Nam Iudaei extra urbem corpora condebant, ut colligere est tum ex evangelio, tum ex sepulchro Helenae Adiabenorum reginae, de quo superius locuti sumus. Merito igitur Rufinus totam hanc pericopem in versione sua praetermisit. Hieronymus vero in libro de scriptoribus ecclesiasiasticis, cuius maxima pars ex historia ecclesiastica Eusebii nostri desumpta est, haec Hegesippi verba interpretans ita emollivit: *Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit.* Ubi tamen illud probare non possum, quod de ultima Hadriani obsidione dicit. Nam in eo secutus est errorem Eusebii, quem iampridem alii confutarunt. Porro Hieronymus *titulum* dixit; pro eo quod in Graeco est *στήλη*. Eodem sensu *στήλη* dicitur in lib. 2. Regum cap. 18., ubi vetus interpres *titulum* vertit. Ad quam vocem in vetustissimo codice Mazarino hoc scholium adscriptum inveni: *Ἰστέον ὅτι ἡ στήλη αὕτη λίθος ἦν ἄμορφος, ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου Ἰακώβου: ἐξ οὗ καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἱστῶσιν, καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν. Sciendum est columnam hanc nihil aliud fuisse quam lapidem informem, in quo nomen Iacobi illic sepulti erat incisum. Unde et Christiani in sepulcris suis etiamnum lapides statuunt: in quibus aut literas inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt.* — 23) *Πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν, αἰχμαλωτίσας αὐτούς.* Ita quidem codex Regius. Verum tres reliqui Maz. Med. ac Fuketii, voces illas *τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας* non agnoscunt. Ac meo quidem iudicio prorsus superfluae sunt et insulsae. Neque enim Graece dici potest *πολιορκεῖν τὴν Ἰουδαίαν*; cum id verbum de urbibus dicatur, non autem de gentibus. Rufi-

ἕτερον αὐτοῖς συμβῆναι, ἢ διὰ τὸ κατ᾽ αὐτοῦ τολμηθὲν ἄγος. Ὁ γοῦν Ἰώσηπος 24) οὐκ ἀπώκνησε καὶ τοῦτ᾽ ἐγγράφως ἐπιμαρτύρασθαι, δι᾽ ὧν φησι λέξεων· „Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ᾽ ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ· ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν.“ Ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐν εἰκοστῷ τῆς ἀρχαιολογίας δηλοῖ διὰ τούτων· „Πέμπει δὲ καῖσαρ Ἀλβῖνον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἔπαρχον, Φήστου τὴν τελευτὴν πυθόμενος. Ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην εἴπομεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον καὶ τολμητὴς διαφερόντως. Αἵρεσιν δὲ μετήει τὴν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσι περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν. Καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ λεγομένου, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. 25). Ὅσοι

---

nus quoque et Nic. eas voces non habent. [Nec Ven. et Str. *H.*] — 24) Ὁ γοῦν Ἰώσηπος. Haec est scriptura codicis Regii, a qua paululum dissentiunt nostri codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii. Sic enim habent: ἀμέλει γέτοι καὶ ὁ Ἰώσηπος. [Ita quoque Stroth. *H.*] — 25) Παρέδωκε λευσθησομένους. Quid magis contrarium esse potest, quam haec Iosephi et illa Hegesippi narratio? Nam Iosephus quidem Iacobum damnatum esse scribit in publico Iudaeorum consilio, Hegesippus vero per seditionem ac tumultum populi occisum. Et Hegesippus quidem fuste fulonis necatum in media urbe, Iosephus autem lapidatum occubuisse narrat. Fiebat autem lapidatio extra portas civitatis, ut notum est. Porro Iosephus annum quo mortuus est Iacobus, duabus notis nobis designavit, pontificatu scilicet Anani, et adventu Albini in Iudaeam. Eusebius in chronico, Albinum Festo successisse scribit anno 6. imperii Neronis. Idem tamen Iacobi martytium confert in annum sequentem. Quod manifeste pugnat cum Iosepho, qui diserte testatur Iacobum necatum, priusquam Albinus in provinciam venisset. Eodem igitur anno initium Albini et Iacobi caedis Eusebius includere debuerat. Verum reclamat Baronius, et Iacobi martyrium anno septimo Neronis contigisse probat, cum ex consensu omnium veterum, tum ex Iosephi libro secundo de bello Iudaico, capite duodecimo. Ego vero Hieronymum, Nicephorum et alios qui Eusebii chronicon secuti sunt et exscripserunt, non discussa eius sententia, haud numerandos puto. Iosephi autem locus nihil aliud probat, quam Albinum quarto anno antequam bellum inchoaretur Iudaicum, et septimo antequam urbs caperetur, fuisse praesidem Iu-

δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ. Καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα, παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ [26]) μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν· μὴ δὲ γὰρ τὸ πρῶτον

---

daeae. Verum ex eo colligi non potest, Albinum septimo anno ante expugnationem Hierosolymorum, Iudaeam administrare coepisse. Immo verius mihi videtur, eum anno 4. Neronis in Iudaeam venisse. Nam Porcius Festus biennii spatio Iudaeam administravit, ut ex eius gestis apparet, quae pauca admodum a Iosepho referuntur. Huic successit Albinus anno Neronis quarto, mansitque usque ad annum decimum, ut ex Iosepho recte ponit Eusebius. Anno igitur Neronis quarto caesus est Iacobus. Coniecturam porro nostram confirmat Epiphanius in haeresi 78., ubi Iacobum hunc ait praefuisse ecclesiae Hierosolymitanae annos circiter quatuor et viginti ab ascensu domini. [Addenda puto ea, quae ex *Pagi* Crit. Vol. I. p. 46. ad h. l. attulit *Reading*. Iosephus Antiqq. XX, 8. narrata Iacobi fratris Iesu Christi lapidatione, et Albini Iudaeae procuratoris in eam regionem adventu, ait: *Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomoeriis Caesareae, quae Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocavit eam Nerodiada: et theatrum apud Berytios impendiis magnis exaedificatum ornavit spectaculis annuis, assignata in eum usum ingenti vi pecuniae — — totamque eam urbem ornavit statuis passim dispositis — — et omnia paene sui regni ornamenta in eam civitatem transtulit.* Factam esse hanc Caesareae Philippi ampliationem currenti anno decennalium Neronis occasione, indeque desumtam epocham nummorum Domitiano imperante cusorum, qui L. KA. id est, *annum* XXI, usque ad *annum* KZ, id est, XXVII, praeferunt. Inter illos Trinardum secum communicasse dicit *Pagi* nummum, in quo legeretur: IM. CA. VES. F. DOM. AU. GER. COS. XII. in postica: *ΕΠΙ ΒΑ. ΑΓΡΙ. ΕΤ. Κϛ.* infra S. C. id est: *Imperator Caesar Vespasiani Filius, Domitianus Augustus, Germanicus Consul XII. Sub Rege Agrippa anno XXVI. Senatus consulto.* Domitianus autem anno C. 80. consulatum 12. iniit. Quare, si tunc Agrippa 26. regni annum ingressus erat, sub huius anni finem Caesaream ampliarat. Itaque annus 21. Agrippae post diem 13. Septembris anni C. 81., quo die Domitianus Tito successit, inchoatus fuit. Posticam partem nummi Domitiani habere: *ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ ΕΤ. ΚΑ* id est: *Agrippa rex anno* 21. Ex his sequi, Iacobum currenti anno morte affectum et Albinum praesenti etiam anno in Iudaeam venisse, licet *Baronius* utrumque in sequentem annum differat, neque audiendum esse *Valesium*, qui h. l. Iacobum anno quarto Neronis occisum esse contendat. *H.*] — 26) Τῷ Ἀνάνῳ. Nicephorus in libro secundo cap. 4. hunc Ananum eundem esse existimavit cum Anania illo qui Paulum colaphis caedi iussit, de quo Lucas in actibus apostolorum. Sed in eo longe fallitur. Nam Ananias Nebedaei filius, de quo loquitur Lucas, pontifex fuit principatu Claudii, ab anno eius septimo usque ad Neronis initia, vir omnium aetatis suae Iu-

ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντα, καὶ διδάσκουσιν, ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν Ἀνάνῳ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γνώμης καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις, γράφει μετ' ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ, λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν. Καὶ ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀγρίππας διὰ τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος αὐτοῦ ἄρξαντος μῆνας τρεῖς, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Δαμμαίου 27) κατέστησεν." Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκωβον, οὗ ἡ πρώτη τῶν ὀνομαζομένων καθολικῶν ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται. Ἰστέον δὲ ὡς νοθεύεται μὲν 28)· οὐ πολλοὶ γοῦν τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς οὐδὲ τῆς λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς καὶ αὐτῆς οὔσης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν. Ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας ἐκκλησίαις.

---

daeorum potentissimus, teste Iosepho in libro vicesimo. Sed et series illa pontificum quae ibidem recensetur a Nicephoro, ex Iosephi libris supplenda est, et post Iosephum Camae filium ponendus est Ananias Nebedaei filius, de quo Iosephus capite tertio libri vicesimi. Post hunc fuit Ismaelus Phabaei filius, ab Agrippa iuniore factus. Iosephus pagina 696. Cui successit Iosephus cognomento Cabi, Simonis filius. Post quem Ananus Anani filius, de quo hic sermo est. — 27) Δαμμαίου. Apud Iosephum et Nicephorum scribitur Δαμναίου. [De hoc Iosephi Antiqq. XX, 8. et praecedenti loco vid. *Clericus* Art. Crit. P. III. S. I. c. XV. 9. sq. qui eos spurios esse pronuntiat. Contra *Reuterdahl.* de fontibus eccl. Eus. p. 22. contextum certe hunc esse genuinum demonstrare dicit. *H.*] — 28) Νοθεύεται μέν. Hunc locum Rufinus et Christophorsonus ita verterunt, quasi haec quorundam esset opinio. Quem sensum nos etiam in interpretatione nostra secuti sumus. Sed nunc re attentius perpensa, aliter sentimus, Eusebium scilicet absolute hanc Iacobi epistolam spuriam pronuntiare. Hieronymus de Iacobo: *Unam*, inquit, *scripsit epistolam, quae et ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore praecedente obtinuerit auctoritatem.* [Imo recte vertit Val.: „*Quam quidem nonnulli spuriam ac supposititiam esse existimant.*" vid. *Hug.* *Einl.* T. I. p. 119. *H.*]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ.

Ὡς μετὰ Μάρκον πρῶτος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀννιανὸς κατέστη.

(Nic. H. E. II, 15.)

Νέρωνος δὲ ὄγδοον ἄγοντος τῆς βασιλείας ἔτος, πρῶτος μετὰ Μάρκον τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγελιστὴν [1]), τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας, Ἀννιανὸς τὴν λειτουργίαν διαδέχεται, ἀνὴρ θεοφιλὴς ὢν καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος [2]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ.

Περὶ τοῦ κατὰ Νέρωνα διωγμοῦ, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καὶ Πέτρος, τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μαρτυρίοις κατεκοσμήθησαν.

(Nic. H. E. II, 34 — 37.)

Κραταιουμένης δὲ ἤδη τῷ Νέρωνι τῆς ἀρχῆς, εἰς ἀνοσίους ἐξοκείλας [1]) ἐπιτηδεύσεις, κατ' αὐτῆς ὡπλίζετο τῆς εἰς τὸν τῶν

Cap. XXIV. 1) *Μάρκον τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστήν.* Ita codex Regius. Verum in reliquis codicibus Maz. Med. Fuk. ac Saviliano desunt hae voces *ἀπόστολον καὶ*, quae etiam in interpretatione Rufini non leguntur. Scio quidem Marcum merito apostolum dici posse, quippe qui primus Christi fidem Alexandrinis nuntiaverit. [Cf. *Gieseler. Lehrbuch der Kirchengeschichte* T. I. p. 81. sq. supra Cap. XVI. infra III, 1 not. 1. *H.*] Sane Athanasius in synopsi Marcum et Lucam apostolos vocat. In fastis quoque Idetii Timotheus et Lucas apostoli dicuntur. Vide quae supra notavi ad caput ultimum libri primi, ubi de Thaddaeo et Abgaro agitur. Verum hoc loco non quaerimus quem titulum mereatur Marcus, sed tantum quid Eusebius scripserit. — 2) *Ἀνὴρ θεοφιλὴς ὢν καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος.* Tota haec pericope in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac. Fuketiano, et in interpretatione Rufini desideratur. Quia tamen in codice Regio habebatur, ipsam retinui. [Eiecit Stroth. *H.*] Sed et ipsum Anniani nomen per duplex *ν.* restituimus ex auctoritate codicis Maz. ac Medic., quibus Rufinus ac Hieronymus aliique subscribunt. Quippe nomen Latinum est Annianus, et ab Annio deducitur. [Contra *Reuterdahl.* de fontt. p. 58. *Ammianus* scribit; qua de causa, nescio. *H.*]

Cap. XXV. 1) *Ἐξοκείλας* i. e. delapsus. Cf. infra VI, 16. Est enim *ἐξοκέλλειν* verbum proprium de iis qui ad turpe vitae genus de-

ὅλων θεὸν εὐσεβείας. Γράφειν μὲν οὖν οἷός τις οὗτος γεγένηται τὴν μοχθηρίαν, οὐ τῆς παρούσης γένοιτ' ἂν σχολῆς. Πολλῶν γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβεστάταις παραδεδωκότων διηγήσεσι, πάρεστιν ὅτῳ φίλον, ἐξ αὐτῶν τὴν σκαιότητα τῆς τἀνδρὸς ἐκτόπου καταθεωρῆσαι μανίας, καθ' ἣν οὐ μετὰ λογισμοῦ, μυρίων ὅσων ἀπωλείας διεξελθὼν, ἐπὶ τοσαύτην ἤλασε μιαιφονίαν, ὡς μὴ δὲ τῶν οἰκειοτάτων τε καὶ φιλτάτων ἀποσχέσθαι, μητέρα δὲ ὁμοίως καὶ ἀδελφοὺς [2]) καὶ γυναῖκα σὺν καὶ ἄλλοις μυρίοις τῷ γένει προσήκουσι, τρόπον ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, ποικίλαις θανάτων ἰδέαις διαχρήσασθαι [3]). Ἐνέδει δὲ ἄρα τοῖς πᾶσι καὶ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι αὐτῷ, ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων, τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας πολέμιος ἀναδειχθείη. Τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς, ὧδέ πως λέγων μνημονεύει· „Ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν. Ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας [4]), ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα. Τοιούτῳ

---

flectunt. vid. Plutarch. de puerorum educ. VII, 19. οἱ δὲ εἰς κύβους καὶ κώμους ἐξοκέλλουσι. Metaphora autem petita ab iis qui in syrtes navem impingunt. Vid. anonymus Atticista in *Villoison. anecdot. Graec.* T. II. p. 65. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἐξεῤῥίφη ἡ ναῦς ἐν ταῖς πέτραις, προσώκειλεν ἡ ναῦς λέγουσιν (οἱ Ἀττικοὶ) cf. Hesych. s. v. Athen. XII. p. 543. *Orell.* ad Nicol. Damasc. p. 126. et supplem. nott. p. 60. *H.* — 2) Verba καὶ — ἀδελφ. quae aperte solo errore typothetae aberant ex Valesii editione, cum ipse illa verterit: *cum fratribus*, imprimenda curavi. Ceteri omnes libri et edd. ea habent. *H.* — 3) Διαχρήσασθαι i. e. *interficere*. Videtur autem illud primum quidem εὐφήμως dictum fuisse a Graecis, ut esset: *vita alicuius abuti*. Vid. *Hemsterh.* ad Poll. IX, 153. unde Thomas Mag.: διαχρῶμαι — κρεῖττον ἢ φονεύω. Sed deinde mitior illa vocis significatio prorsus, ut facile intelligitur, oblitterata est. cf. II, 7. *H.* — 4) Τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας. Quisquis Tertulliani apologeticum latine vertit, sive is Eusebius sit, quod non puto, sive quis alius, Tertulliani verba non intellexerit. Neque id in hoc uno Tertulliani loco ei contigit, sed etiam in aliis pluribus Tertulliani locis, qui ab Eusebio graece in hoc opere proferuntur. [Verba Tertulliani haec sunt: *Consulite commentarios vestros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae orientem, Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostrae etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, nonnisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum.* Patet inde sane, quod dicit *Stroth. Uebersetz.* T. I. p. 496. not. 3., interpretis Graeci ignorantia. Conf. *Dodwell.* in supplement. Pears. cap. III. *Valesius* ad Euseb. de vita Const. II, 48. *Kestner.* p. 75. *Reuterdahl.* de fontt. p. 80. *Münter.* in actis litterar. dioec. Seland. T. I. p. 500. *H.*] —

τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. Ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον, νοῆσαι δύναται, ὡς οὐκ ἂν εἰ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν, ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι.“ 5) Ταύτῃ γοῦν οὗτος θεομάχος ἐν τοῖς μάλιστα πρῶτος ἀνακηρυχθεὶς, ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. Παῦλος δὴ οὖν ἐπ᾽ αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι 6), καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι 7) κατ᾽ αὐτὸν ἱστοροῦνται. Καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις 8). Οὐδὲν δ᾽ ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ 9) Γάϊος ὄνομα, κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπι-

---

5) Ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι. Nicephorus hunc Tertulliani locum ex Eusebio citans, addit verbum εἶχε. Quod quidem necessarium videtur ad explendam totius loci sententiam. — 6) Ἀποτμηθῆναι. Paulum ultimo Neronis anno cum Petro et quidem sub praefectis urbi absente Nerone die 22. Februarii martyrium subiisse, refert Clemens Romanus. vid. *Pearson*. Ann. Paull. p. 25. ad ann. C. 68. Neronis 14. *Pagi* Crit. V. I. ad a. C. 65. Ner. 12. qui ibid. p. 51. sq. diem martyrii non posse definiri recte fassus est, monente *Readingo* ad h. l. *H.* — 7) Καὶ — ἀνασκολοπισθῆναι. Et quidem capite deorsum verso. Ita Orig. lib. III. expositionum in Genesim, quem locum infra habes, in lib. III. in., Petrus quoque Alexandrinus in sermone de poenitentia cap. 9. οὕτως ὁ πρόκριτος τῶν ἀποστόλων Πέτρος πολλάκις συλληφθεὶς καὶ φυλακισθεὶς καὶ ἐτιμασθεὶς, ὕστερον ἐν Ῥώμῃ ἐσταυρώθη. Sed et Eusebius noster in sermone de eo quod ait dominus, *non veni pacem mittere:* „et unde mihi hoc? Supra dignitatem est meam, ut vel iniuriam pro Christo sustineam. Cruci autem figi, et inverso capite, Petri magis est quam aliorum hominum.“ Palladius in vita Chrysostomi sub finem. — 8) Κοιμητηρίων πρόσρησις. Post has voces in manuscriptis codicibus Medicaeo et Fuketiano leguntur haec verba ταῦτα μὲν οὗτος. Quae in Mazarino etiam codice adduntur ad marginem. Verum haec prorsus aliena sunt ab hoc loco. Videntur autem addita fuisse ab imperito scholiaste, qui putavit cuncta illa quae de Petro et Paulo praemisit Eusebius, desumpta esse ex Tertulliani apologetico; quod tamen verum non est. — 9) Ἐκκλησιαστικὸς ἀνήρ. Tribus modis dicitur ecclesiasticus. Interdum enim accipitur pro Christiano, et opponitur gentili, ut apud Hieronymum in praefatione libri de scripteribus ecclesiasticis. Atque ita sumpsisse videtur Cyrillus in catechesi 15. cum ait: σημεῖον ἐκκλησιαστικὸν ζητοῦμεν οἱ ἐκκλησιαστικοί. Interdum vero ecclesiusticus designat catholicum, et opponitur haeretico, ut apud Hieronymum in praefatione in Matthaeum, et in commentariis in ecclesiastem pag. 27. et in cap. 13. Ezechielis. Ita Origenes in tomo 19. explanationum in Ioannis evangelium: *Dicet profecto Heracleon, et secum fortassis sentiens alius ecclesiasticus.* Et Cyrillus in catechesi 15. supra citatata, ubi dicit ταύτην δὲ εἶναι τῶν Ῥω-

σκοπον· ὃς δὴ Πρόκλῳ [10]) τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων ἔνθα

μαίων οἱ ἐκκλησιαστικοὶ παραδεδώκασιν ἐξηγηταί. Epiphanius in haeresi Audianorum pag. 821. Denique ecclesiasticus interdum denotat eum, qui in clero est constitutus: et opponitur saeculari seu laico, ut apud eundem Hieronymum in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi, et in epistola 46. ad Rusticum. Item in praefat. commentariorum in Danielem, et in libro secundo apologiae adversus Rufinum. Atque ita sumit hoc nomen Cyrillus in catechesi 17. cum ait: καθὼς μέχρι σήμερον βλέπομεν ἄρχοντας κοσμικοὺς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀγομένους καὶ διδασκομένους. Auctor quaestionum veteris et novi Testamenti cap. 121. et imperatores in lege 20. codice Theod. de episcopis et clericis: *Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari*, etc. et in lege 21. eodem titulo: *Hi qui ecclesiae iugo obsequium deputarunt, curiis habentur immunes*, etc. Et paulo post: *ceteri revocentur, qui se post id tempus ecclesiasticis congregarunt*. Cum igitur haec vox triplicem habeat significationem, quaeri non immerito potest, quomodo hic accipienda sit. Equidem in secunda significatione malim accipere hoc loco, tum quia haec frequentior huius vocabuli significatio est, tum quod Eusebius de Caii libro adversus Proclum loquens, utrumque proprio epitheto designavit. Caium enim ecclesiasticum hominem appellat, Proclum vero Cataphrygarum sectae patronum, id est haereticum. Ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατα Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, etc. Quippe Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. Alterius princeps fuit Proclus, alterius vero Aeschynes. Qui Proclum sequebantur, dicebantur οἱ κατὰ Πρόκλον, qui Aeschyni favebant, dicebantur οἱ κατὰ Αἰσχήνην, ut docet Tertullianus in libro de praescriptione haereticorum. [Equidem Valesio assentior, nolim tamen vertere simpliciter: *vir catholicus*, sed accuratius, cum de Caio sermo sit: *doctor* vel *scriptor catholicus*. Minus recte Strothius reddit: *Ein Kirchenschriftsteller*. Hoc sensu legitur illa vox infra III, 25. τῶν ἄλλων ἀποστόλων πράξεις ὧν οὐδὲν οὐδαμῶς ἐν συγγράμμασι τῶν κατὰ διαδοχὰς ἐκκλησιαστικῶν τις ἀνὴρ κ. λ. ubi non magis recte Strothius vertit: *Kein Kirchenlehrer*. cf. V, 1. III, 3. ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεύς. Semper enim contexta oratio docere potest, utrum de scriptore an doctore ecclesiastico sermo sit. Cf. IV, 7. Ita l. l. παρὰ πλείστων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, quae verba paulo ante priora illa leguntur, de doctoribus ecclesiasticis accipiendum. Cf. *Hug. Einleitung ins Neue Testament* T. I. p. 114., qui recte vituperat *Vogelium Comment. de can. Euseb.* part. I. p. 8., quod de Christianis catholicis ibi cogitavit. Ipse tamen *Hugius* non recte nostro loco de doctore ecclesiastico nulla eius ὀρθοδοξίας habita ratione cogitat, et nec III, 25. τῶν κατὰ διαδ. ἐκκλησιαστ. κ. λ. de scriptore accipit. III, 39. utrosque tum doctores tum scriptores ecclesiasticos in mente habet Eusebius. Primam autem et tertiam vocis ἐκκλησιαστικὸς significationem, quam

τῶν εἰρημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν· „ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια [11]) τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν [12]), ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν." Ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν, ὧδέ πως παρίστησιν· „ταῦτα καὶ ὑμεῖς [13]) διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας [14]), τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν [15]) Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμ-

---

recte statuit Valesius, omisit *Suicer*. in Thes. T. I. p. 1062. Insolentiorem denique vocis ἐκκλησ. usum deprehendisse mihi videor apud Gregor. Nyss. contra Eunom. Lib. I. T. II. p. 330. Οὐκοῦν ἡ πᾶσα μάχη καὶ ἀμφιβολία τοῦ δόγματος τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πρὸς τοὺς ἀνομοίους ἐστὶ περί τε τοῦ δεῖν ἢ κτιστὸν νοεῖν τὸν υἱὸν — ἢ τῆς ἀκτίστου φύσεως καθὼς ἡ ἐκκλησία πεπίστευκε. Ipsa enim vox ἐκκλησία et rei ratio indicat, non de solis doctoribus vel scriptoribus ecclesiasticis iisdemque ὀρθοδόξοις loqui Gregorium, sed simul laicos eum habuisse in mente. *H.*] — 10) Πρόκλῳ — διαλεχθείς. Eundem esse hunc librum cum illo qui commemoratur infra III, 28. 31. VI, 20. cf. Phot. cod. 48., defendit post *Lardnerum Glaubwürdigkeit der evang. Gesch.* T. III., *Paulus Histor. Cerinthi* P. I. p. 56. *H.* — 11) Τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων. Hieronymus in epistola ad Marcellam: *Est quidem ibi sancta ecclesia; sunt tropaea apostolorum et martyrum.* — 12) Ἐπὶ τὸν Βατικανόν. Mirum est in omnibus nostris codicibus uno consensu haberi Βασικανὸν; nec aliter legitur in chronico Georgii Syncelli. In sequentibus verbis ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν omnes nostri codices Οστίαν habent. Verum in hoc dissentiunt, quod Maz. quidem et Med. codex cum leni spiritu scriptum habent Ὀστίαν; [Ita Str. *H.*] Regius autem et Fuketianus asperum adhibent spiritum. Porro Vaticanus quidem ad b. Petrum referri debet, qui sepultus est in Vaticano. Ostiensis autem via Paulum denotat, qui sepultus est in via Ostiense. — 13) Ταῦτα καὶ ὑμεῖς. Scribendum puto ταύτῃ. Quam lectionem interpretatio nostra expressit. Atque ita videtur legisse Rufinus, qui sic vertit: *Sed et habentes commonitionem a Petro et Paulo, plantationem Romanae et Corinthiorum ecclesiae coniunxistis.* — 14) Διὰ τοσαύτης νουθεσίας. Id est, per huiusmodi vestram cohortationem. Respondet Dionysius epistolae Soteris et cleri Romani, qui missis ad Corinthios literis, eos benevole admonuerat, ut infra docet Eusebius in lib. 4. cap. 22. Quod iam antea Clemens Romanus episcopus fecerat, datis ad Corinthios literis. Ait igitur Dionysius Soteri: *Vos per vestram hanc commonitionem, plantationem Romanae et Corinthiorum ecclesiae a Petro Pauloque olim factam, nunc denuo coniunxistis.* Haec ideo fusius exposui, quia interpretes ac praecipue Christophorsonus, in huius loci versione magnopere aberrarunt. — 15) Γεν-

φω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες [16]) ἡμᾶς, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν

νηθεῖσαν. Ita quidem scribitur in chronico Georgii Syncelli. Sed nostri codices Regius, Maz. Med. ac Fuk. habent γενηθεῖσαν per simplex ν. quod equidem magis probo. — 16) Φυτεύσαντες. Georgius Syncellus in chronico habet φοιτήσαντες, rectius. [Minime vero. *Valesium* satis refutavit *Pearson.* de successione primorum Romae episcoporum p. 36. citante *G. Lowthio.* Totum locum praeterea Dionysii inde a verbis ταῦτα καὶ — — καιρὸν male reddidit *Valesius* sic: *Ita et vos tanta admonitione vestra, sementem quae Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet et Corinthios commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthiorum ingressi, sparso doctrinae evangelicae semine nos instituerunt, et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt.* Rectius *Pearsonus* vertit: *Ita et vos ex tanta admonitione plantationem Romanorum et Corinthiorum a Petro et Paulo factam commiscuistis. Ambo enim in urbe nostra Corintho plantantes nos similiter docuerunt, similiter autem et in Italia audacter docentes circa idem tempus martyrium passi sunt.* Idem *Pearsonus* formulam ὁμόσε ἰέναι a Valesio aut male translatam aut penitus omissam illustravit loco Platonis in Eutyphrone ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν χρὴ φροντίζειν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι et ex Hyperidis oratione contra Athenogenem ἀλλ' ὁμόσε βούλομαι τῷ λόγῳ τούτῳ ἐλθεῖν. Cf. Euseb. H. E. VI, 3. ὁμόσε χωρῶν τοῖς κινδύνοις. *Sturz. Lexic. Xenoph.* T. III. p. 284. *H.*] Sed et in his quae sequuntur ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες. Sane in codice Regio et Med. post Ἰταλίαν virgula ponitur. [Minime supplendum φοιτήσαντες. Vid. *Hermann. de emendanda ratione Graec. Gramm.* p. 151. *ad Viger.* p. 857. 876. *Matthiae ausführliche Grammatik* p. 1141. sq. cf. *Wesseling.* ad Diodor. Tom I. p. 551. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 456. *Duker.* ad Thucyd. p. 230. *Valcken.* ad Herod. I, 21. II, 56. *Niedner. dissertatio de loco Commentarr. Lucae XVI,* 1—13. Lips. 1826. p. 68. sqq. not. 32. *Passow.* s. v. εἰς 6. s. v. ἐν 6. Aelian. V. H. VII, 8. ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε, ubi *Perizonius* male glossema suspicatus est. Ibid. IX, 30. IV, 18. Lucian. Tim. §. 50. εἰς Ὀλυμπίαν θεωρεῖν. Plat. Sympos. VII, 1. Chrysost. Tom. XII. p. 391. C. τοὺς εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπαντας, πῶς διορθώσομεν; *Lobeck.* ad Phryn. p. 43. sq. *H.*] — 17) Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paulum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum eodem tempore; quod de plurium dierum intervallo explicari potest. Prudentius περὶ στεφάνων eodem quidem die caesos ait, sed non eodem anno: verum inter utriusque necem anni spatium intercessisse. Cum Prudentio consentit Augustinus in sermone 28. de sanctis, et in sermone nuper edito Parisiis in supplemento operum Augustini, Arator lib. 2. hist. apost. Symeon tamen metaphrastes haec Dionysii verba ita accepit, quasi dicere voluisset, Petrum ac Paulum eodem die simul subiisse martyrium. Verba eius sunt in commentario de peregrinationibus

κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.“ 17) Καὶ ταῦτα δὲ, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον πιστωθείη τὰ τῆς ἱστορίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ.

Ὡς μυρίοις κακοῖς περιηλάθησαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὡς τὸν ὕστατον πρὸς Ῥωμαίους ἤραντο πόλεμον.

(Nic. H. E. III, 3.)

Αὖθις δ' ὁ Ἰώσηπος [1]) πλεῖστα ὅσα περὶ τῆς τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος καταλαβούσης διελθὼν συμφορᾶς, δηλοῖ κατὰ λέξιν

Petri ac Pauli apud Surium in Tomo 3. *Caius vero quidam vir ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanorum episcopus, et Dionysius Corinthius scribunt, uno tempore et simul Petrum et Paulum subiisse martyrium.* Sed primo falsum est, quod ait metaphrastes de Caio. Quod si quis obiiciat, Caium forte id dixisse alio in loco quem non adduxit Eusebius, respondeo Eusebii nostri eam fuisse diligentiam, ut nunquam id omissurus fuerit, si a Caio dictum fuisset. Id enim agit in hoc capite, ut doceat Petrum ac Paulum Romae passos esse eodem tempore. Ac prius quidem probat Caii testimonio; alterum vero verbis Dionysii. Quod si Caius de tempore martyrii apostolorum idem dixisset quod Dionysius, cur Eusebius id tacuisset hoc loco? Fallitur etiam metaphrastes, dum Zephyrinum eius rei citat auctorem. Videtur enim legisse in Eusebio, καὶ Ζεφυρῖνος Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπος. In synodo Rom. sub Gelasio pontifice haec leguntur de Petro: *Cui data est etiam societas b. Pauli; qui non diverso sicut haeretici garriunt, sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Nerone agonicans coronatus est.* [De martyrio Petri Romae Eusebius quoque infra agit III, 1. 30. cf. *Reuterdahl.* de fontibus historiae eccl. Euseb. p. 20. *Quis non largitur in testimoniis hisce falsi aliquid posse contineri? Quis vero ideo statuere audeat, nihil nisi falsa in iis contineri?* De sepulcris apostolorum illorum idem V. D. conferri iubet *Münterum* in *historia persecutionis antiquiss. Christian.*, inserta *Actis dioeces. Seland. litterariis* T. I. Fasc. 3. p. 519. sqq. Praetera cf. *Cramer. Fortsetzung des Bossuet* T. II. p. 501. sq. *H.*]

Cap. XXVI. 1) *Αὖθις δ' ὁ Ἰώσηπος.* Ab his verbis caput inchoavi, secutus auctoritatem codicis Regii. In codice autem Mazarino aliam lectionem ac distinctionem reperimus. Caput enim orditur ab his verbis, quae paulo antea leguntur, καὶ ταῦτα δὲ, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον, etc. Et

ἐπὶ πλείστοις ἄλλοις μυρίοις, ὅσους τῶν παρὰ Ἰουδαίοις τετιμημένων, μάστιξιν αἰκισθέντας, ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνασταυρωθῆναι ὑπὸ Φλώρου. Τοῦτον δὲ εἶναι τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπον, ὁπηνίκα τὴν ἀρχὴν ἀναῤῥιπισθῆναι τοῦ πολέμου, ἔτους δωδεκάτου τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας συνέβη· „εἶτα δὲ καὶ καθ' ὅλην τὴν Συρίαν ἐπὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀποστάσει, δεινὴν φησὶ κατειληφέναι ταραχὴν, πανταχόσε τῶν ἀπὸ τοῦ ἔθνους πρὸς τῶν κατὰ πόλιν ἐνοίκων, ὡς ἂν πολεμίων, ἀνηλεῶς πορθουμένων· ὥςτε ὁρᾷν τὰς πόλεις μεστὰς [2]) ἀτάφων σωμάτων, καὶ νεκροὺς ἅμα νηπίοις γέροντας ἐῤῥιμμένους, γύναιά τε μὴ δὲ τῆς ἐπ' αἰδῷ σκέπης μετειληφότα. Καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἐπάρχιον [3]) μεστὴν ἀδιηγήτων συμφορῶν, μείζονα δὲ τῶν ἑκάστοτε τολμωμένων τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις ἀνάτασιν." [4]) Ταῦτα

---

totum locum ita legit ac distinguit: *καὶ ταῦτα δὲ ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον πιστωθείη τὰ τῆς ἱστορίας, αὖθις ὁ Ἰώσηπος πλεῖστα ὅσα περὶ τῆς*, etc. Et post verba illa quae sequuntur *δηλοῖ κατὰ λέξιν* apposita est distinctio. Eandem lectionem servat codex Medicaeus ac Fuketianus. Verum codicis Regii lectio atque distinctio, longe rectior mihi videtur, quam secuti sunt etiam Nicephorus ac Rufinus. Pene omiseram monere, in titulo huius capitis scribendum videri *τὸ ὕστατον* adverbialiter. Sic enim vertit Rufinus: *Ut innumeris Iudaei malis afflicti sint, ac novissime contra Romanos arma moverint.* [Valesio in eo assentitur Strothius, sed temere. Neque enim ex Rufini interpretatione h. l. sequitur, scribendum esse *τὸ* pro *τόν*. Cf. supra Cap. XVIII. not 1. *H.*] — 2) *Τὰς πόλεις μεστάς.* Verba sunt Iosephi ex lib. 2. de bello Iudaico pag. 814. editionis Genevensis. — 3) *Τὴν ἐπάρχιον.* Apud Iosephum et Nicephorum scriptum est *τὴν ἐπαρχίαν.* Nostri tamen codices nihil mutant. Sic etiam in lib. 3. cap. 33. de Plinio secundo *ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίου.* Provinciam autem hoc loco intelligimus Iudaeam, quae post obitum maioris Agrippae in provinciae formam redacta fuerat, et a procuratoribus caesaris regebatur. — 4) *Τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις ἀνάστασιν.* Apud Iosephum legitur *μετάστασιν*, quod sensu caret. Itaque Iosephi interpres Gelenius divinavit potius quam vertit. Nicephorus in libro 3. habet *ἀναστάτωσιν*: quam scripturam reperi etiam in codice Fuketiano et Saviliano. Est autem *ἀναστάτωσις* fuga seu migratio, ut supra notavi ad caput 21. Hinc in glossis veteribus recte exponitur *ἀνάστατος γίγνεται solum vertit.* Verum in optimis codicibus Mazarino ac Medicaeo diserte scriptum est *ἀνάτασιν.* Quae quidem scriptura rectior mihi videtur. Sane Rufinus non aliter legisse mihi videtur. Sic enim vertit: *Sed tamen tam diro hoc et tam atroci spectaculo, multo gravius eos futurorum et per dies augescentium malorum metus et formido terrebat.* Adde

κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Ἰουδαίους, ἐν τούτοις ἦν.

Τέλος τοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου β'.

---

quod Iosephus eandem usurpat sententiam in lib. 20. antiquitatum, ubi de sicariis agit, καὶ τῶν συμφορῶν τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον. Quae Iosephi verba retulit Eusebius supra cap. 20. Certe non ovum ovo similius est, quam sunt inter se similia haec duo Iosephi loca. Tantum pro eo quod φόβον dixit in lib. 20. Antiquitatum, hic ponit ἀνάτασιν, quod eandem habet significationem. [Ἀνάτασιν cum Vales. habet Venet. et Stroth. Iosephi lectionem dedit Cph. *H.*]

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας

Λόγος γ'.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Ὅποι γῆς ἐκήρυξαν τὸν Χριστὸν οἱ ἀπόστολοι.

(Nic. H. E. II, 39 — 44. III, 1.)

Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἰουδαίους, ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δὲ ἱερῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἐφ' ἅπασαν κατασπαρέντων τὴν οἰκουμένην, Θωμᾶς μὲν [1]) ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, τὴν Παρθίαν εἴληχεν, Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν, Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ, κεκηρυχέναι τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις [2]) ἔοικεν·

Cap. I. 1) *Θωμᾶς μὲν τὴν Παρθίαν.* Idem scribit Clemens in lib. 9. recognitionum, apud quem Petrus ita loquitur: *Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui apud illos evangelium praedicat, scripsit, non multi iam erga plurima matrimonia diffunduntur.* Fortunatus in carmine primo libri quinti:

Bellica Persidis Thomae subiecta vigori;
Fortior efficitur victa tiara deo.

Vide notationes Baronii ad martyrologium Romanum. Innominatus auctor in homilia 2 in Matthaeum, de magis Persicis loquens ita scribit: *Denique cum post resurrectionem domini, Thomas apostolus isset in provinciam illam, adiuncti sunt et baptizati ab eo, facti sunt adiutores praedicationis illius.* [Vid. *Reuterdahl. de fontt. hist. eccles. Eus.* p. 28. sq. cf. *Thilo ad Acta Thomae apostoli* p. 86. sqq. 97. sqq. *Pagi* Crit. Vol. I. p. 421. *Augusti Denkwürdigkeiten* T. III. p. 219. sqq. p. 222. *H.*] — 2) *Τοῖς ἐκ διασπορᾶς Ἰουδαίοις.* Codex Maz. et Med. cum Fuk. ac Savil. τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις scriptum habent: rectius, ut opinor. In

ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος; Ταῦτα Ὠριγένει [3]) κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν ἐξηγητικῶν σαφῶς [4]) εἴρηται.

---

epistola catholica b. Petri legitur παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, etc. Verum in epistola Iacobi scribitur δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Porro Iudaei per totum orbem dispersi sunt variis temporibus et varias ob causas. Primo quidem cum abducti sunt ab hostibus in Babylonem et in Aegyptum ac Syriam: cumque a Romanis duce Pompeio victi et in servitutem redacti sunt. Deinde spontanea migratione; ut contigit temporibus Machabaeorum, cum quidam sponte ex Iudaea in Aegyptum sedes transtulerunt. Lex enim non vetabat ne Iudaei in alias terras migrarent, ut ex libro Ruth colligere est. Tertio id contingebat ob proselytos: quos cum ex omnibus gentibus admitterent Iudaei, hinc fiebat ut per totum orbem dispergerentur. Sperabant autem Iudaei, venturum quandoque Messiam, qui ipsos ita ut diximus dispersos ac dissipatos, in unum colligeret. Ita in cantico Aggaei et Zachariae qui est psalmus 146. Οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ κύριος, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. — 3) Ταῦτα Ὠριγένει. Cum Eusebius hic dicat, superiora ex libro 3. explanationum Origenis in Genesim esse desumpta, dubitare merito potest, unde incipiant Origenis verba: an a vocibus illis Θωμᾶς μὲν, ὡς ἡ παράδοσις, etc., an potius ab istis Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ, etc. Neque enim Eusebius satis distincte nobis notavit, quodnam esset initium Origenis verborum. [Cf. *Reuterdahl.* de fontt. hist. eccl. Eus. p. 24., qui non definire audet, utrum quae de Iohanne h. l. et eius exilio Pathmico III, 18. et de diuturna quam gesserit ecclesiarum Asiae minoris, procuratione et morte eius Ephesina leguntur, ex sola traditione manaverint an ex biblicis quibusdam simul orta sint. Sed Apoc. I, 9. certe non omisisset laudare Eusebius, si inde confirmari sua posse crederet. *H.*] In codice Mazarino ac Med. ad latus huius lineae hanc notam appositam inveni φ. De qua nota iam multa dixi ad initium libri primi. Verum quid hic significet, difficile est affirmare. Neque enim ὡραῖον denotat, cum nulla venustas et elegantia in hoc loco possit reperiri. Forte igitur haec nota est, quam Isidorus vocat φ. et ρ. Qua monemur intendendum esse sollicite, undenam incipiant Origenis verba. — 4) Σαφῶς, quod legit ante εἴρηται Strothius, in textu Val. non legebatur, ipse tamen vertit: *disertis verbis.* Itaque non dubitavi illud restituere. *H.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

Τίς πρῶτος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προέστη.

(Nic. H. E. III, 2.)

Τῆς δὲ Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν, πρῶτος κληροῦται τὴν ἐπισκοπὴν Λίνος. Μνημονεύει τούτου, Τιμοθέῳ γράφων ἀπὸ Ῥώμης ὁ Παῦλος, κατὰ τὴν ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς πρόσρησιν „ἀσπάζεταί [1]) σε, λέγων, Εὔβουλος καὶ Πούδης καὶ Λίνος [2]) καὶ Κλαυδία."

Cap. II. 1) *Ἀσπάζεταί σε λέγων Εὔβουλος καὶ Πούδης καὶ Λίνος καὶ Κλαυδία.* Haec verba non habentur in codicibus nostris Maz. Med. ac Fuketiano, nec apud Nicephorum. Certe non valde necessaria sunt. [Omisit Stroth. *H.*] — 2) *Λίνος.* Hunc post mortem Petri episcopum Romae factum esse cum Eusebio statuunt Syncellus et Theodoretus ad 2 Tim. 4., ac plerique recentiores ex Latinis annos ei undecim aut duodecim tribuentes. Contra aut vivo adhuc Petro Linum Romae episcopum nec post illius mortem in vivis fuisse, aut eodem anno quo Petrum passum esse cum Onuphrio aut etiam priori, veri similius esse dicit *Pearson,* de annis primorum Romae episcoporum p. 154., laudante *Readingo* ad h. l. Irenaeum enim ita diserte tradere ordinationem: *fundantes igitur et instruentes beati apostoli ecelesiam Lino episcopatum administrandae ecclesiae tradiderunt.* Consentire praeterea Epiphan. haer. XX et veterem indiculum, qui Linum mortuum esse tradat Capitone et Rufo Coss. s. anno C. 67. cum Petrus et Paulus passi non sint ante a. 68. Italico et Turpiliano Coss. Chronicon quoque Metense haec habere: *Nisi tempora pontificatus Lini atque Cleti sub spatio praesulatus b. Petri comprehenderis, non sibi consone respondebunt anni pontificum Romanorum annis Imperatorum.* Cletum tamen aut ex pontificum numero esse eliminandum, aut Anencletum in eius locum substituendum, a quo male distinguatur. Quanquam contra Pearsonum disputantem cf. *Cave* Hist. T. I. p. 16. ad a. C. 64. Praeterea Romanorum episcoporum indices ad manum fuisse Eusebio, recte coniicit *Reuterdahl. de fontt. hist. eccles. Eus.* p. 58. 60. 61. vid. Euseb. V, 6. 7. cf. IV, 22. Satis autem lubrica est ea coniectura (p. 59.) qua duplicem illorum catalogum cognovisse Eusebium inde colligit V. D., quod de prioribus tantum episcopis Romanis praeter annorum numerum, quibus episcopi fuerunt, etiam quo imperatorum anno munere suo fungi coepissent, Eusebius retulit. Cf. quoque *Cramer. Fortsetzung des Bossuet* Tom. II. p. 628. sq. *H.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Περὶ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἀποστόλων.

(Nic. H. E. II, 45. 46.)

Πέτρου μὲν οὖν ἐπιστολὴ μία ἡ λεγομένη αὐτοῦ προτέρα, ἀνωμολόγηται [1]· ταύτῃ δὲ καὶ οἱ πάλαι πρεσβύτεροι ὡς ἀναμφιλέκτῳ ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν κατακέχρηνται συγγράμμασι. Τὴν δὲ φερομένην αὐτοῦ δευτέραν, οὐκ ἐνδιάθηκον μὲν εἶναι παρειλήφαμεν. Ὅμως δὲ πολλοῖς χρήσιμος [2]) φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη γραφῶν. Τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων, καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν [3]),

---

Cap. III. 1) Ἀνωμολόγηται i. e. *sine controversia* pro authentico et genuino libro habetur. Eadem significatione ἀνομολογεῖσθαι legitur infra c. 24. 25. 38. IV, 7. extr. Sed veteres plane contrariam tribuunt passivo illius vocis significationem et probabiliter solo participio passivi ita utuntur. Vid. *Heindorf.* ad Plat. Gorg. p. 495. A. cf. *Passow.* s. h. v. Omisit verbum Suicer. in Thes. Similiter autem ἀνάπυστος, quod vulgo dicitur de homine vel re notissima et omnium sermone decantata (vid. *Abresch. ad Aristaenet.* p. 130. cf. Herodot. VI, 64. Hom. Od. XI, 247.), in Orphei Argonaut. v. 1166. p. 212. ed. *Hermann.* dici videtur de re *inaudita*, *vix credenda.* cf. Pausan. Boeot. cap. 9. p. 721. Neque tamen hanc significationem agnoscit *Passow.* s. v. ἀνάπυστος. Latini vero verba cum praepositione *in* coniuncta utraque ratione, tum affirmativo tum negativo sensu usurpare certum est. Cic. de invent. II, 53, 30. *immutata* i. e. haud mutata. de nat. deor. II, 40, 25. Terent. Andr. I, 5, 7. Contra Terent. Eunuch. II, 1, 19. Adeon' homines *immutari* ex amore? i. e. mutari. Hecyr. III, 3, 9. *H.* — 2) Χρησίμη scripsit Strothius. *H.* — 3) Τότε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν. Miror quod hic Eusebius dicit, Petri librum qui κήρυγμα dicebatur, eiusque apocalypsim a nemine veterum presbyterorum citari. Certe Clemens in libris hypotyposeon, Petri apocalypsim laudat, teste ipso Euseb. in cap. 14. libri 6. Quod spectat ad librum qui κήρυγμα, seu praedicatio Petri dicebatur, citatur etiam ab eodem Clemente in libris hypotyposeon, sive in excerptis Thedoti, ut dicemus ad cap. 14. lib. 6. Origenes quoque in tomo 13. expositionum in Ioannis evangelium, mentionem facit huius libri, et ex eo profert testimonium. Sed utrum liber ille genuinus sit, an nothus, an mixtus, alibi se dicturum pollicetur. Vetus auctor in tractatu de haereticis non re-

οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς [4]) ἴσμεν παραδεδομένα, ὅτι μή τε ἀρχαίων μή τε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. Προϊούσης δὲ τῆς ἱστορίας [5]), προὔργου ποιήσομαι σὺν ταῖς διαδοχαῖς ὑποσημήνασθαι, τίνες [6]) τῶν κατὰ χρόνους ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ὁποίαις κέχρηνται τῶν ἀντιλεγομένων, τίνα τε περὶ τῶν ἐνδιαθήκων καὶ ὁμολογουμένων γραφῶν, καὶ ὅσα περὶ τῶν μὴ τοιούτων αὐτοῖς εἴρηται. Ἀλλὰ τὰ μὲν ὀνομαζόμενα Πέτρου, ὧν μίαν μόνην γνησίαν ἔγνων ἐπιστολὴν, καὶ παρὰ τοῖς πάλαι πρεσβυτέροις [7]) ὁμολογουμένην, τοσαῦτα. Τοῦ δὲ Παύλου πρόδηλοι καὶ σαφεῖς, αἱ δεκατέσσαρες. Ὅτι γε μήν τινὲς ἠθετήκασι, τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας [8]) ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐ-

---

baptizantibus, quem Nicolaus Rigaltius edidit in notis suis ad Cyprianum, hunc librum ab haereticis confictum esse testatur. *Est autem adulterini huius, immo internecivi baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab iisdem ipsis haereticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur Petri praedicatio.* Denique Lactantius in lib. 4. cap. 20. huius libri mentionem facit. [Epiphan. haeres. XXX. apud Ebionitas invenit περιόδους Πέτρου. Cf. *Cave* Hist. litt. T. I. p. 5. *Moshem.* Diss. sertt. ad historiam eccles. pertt. Vol. I. p. 174. sq. *Neander. Entwickelung der gnostischen Systeme* p. 361. sqq. *H.*] — 4) Ἐν καθολικοῖς i. e. in epistolarum reliquarum (non Paulinarum) classe s. summa. Vid. *Pott. epist. cathol. Prolegom.* p. 26. sq. ed. II. *Hug. Einleitung ins Neue Testam.* T. II. p. 451 — 456. cf. Euseb. H. E. III, 23. VI, 14. VII, 25. *Suicer.* Thes. T. II. p. 15. *Storr. über den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe des Iohannes* p. 114. *H.* — 5) Προϊούσης δὲ τῆς ἱστορίας. Pessime hunc locum interpretati sunt Rufinus et Christophorsonus, ut eruditus lector facile deprehendet, si utriusque versionem consulere voluerit. — 6) Τίνες — ὁποίαις ita h. l. sunt inter se connexa, ut nonnisi una existat interrogatio, id quod ipsis antiquis Graecis haud infrequens est. v. c. Xen. Apol. I, 4, 14. ὅταν τί ποιήσωσιν ibid. II, 2, 3. τίνας οὖν ὑπὸ τίνων εὕροιμεν ἂν μείζονα εὐεργετημένους; vid. *Wyttenb. epist. crit.* p. 181. cf. *Sturz. Lex. Xenoph.* T. IV. p. 305. k. sq. Statim post contra apud Eusebium legitur τίνα τε — καὶ ὅσα. Sed V, 18. τίς οὖν τίνι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; Neque aliter loquitur Luc. XIX, 15. ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο. *H.* — 7) Παρὰ τοῖς πάλαι πρεσβυτέροις ὁμολογουμένην. Codex Mazarinus ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent ὡμολογημένην. — 8) Πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας. Rufinus vertit: *Scio tamen apud Latinos de ea quae ad Hebraeos inscribitur, haberi dubitationem.* Optime meo quidem iudicio. Nam Eusebius Ῥωμαίους vocare solet omnes Latinos; ut in lib. 2. cap. 25. ubi Tertullianum vocat Romanum: τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος

τὴν ἀντιλέγεσθαι φήσαντες, οὐ δίκαιον ἀγνοεῖν. Καὶ τὰ περὶ ταύτης 9) *δὲ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰρημένα, κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ πράξεις, ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα. Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ* 10)*, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον, ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν* 11) *ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη, ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται. Ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.*

Τερτυλλιανὸς, etc. Et in cap. 2. eiusdem libri de eodem Tertulliano ita loquitur: *ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν.* Si quis tamen Romanae urbis ecclesiam hoc loco intelligere maluerit, equidem non valde repugnabo. Id enim sensisse videtur Caius in disputatione quam scripsit Romae adversus Proclum. Eius verba habes infra in lib. 6. cap. 20. Porro hunc Eusebii locum innuit Theodoretus in prooemio commentariorum in epistolam ad Hebraeos, ubi ait Eusebium hanc epistolam Paulo apostolo adiudicasse. — 9) *Τὰ περὶ ταύτης* vid. infra VI, 14. 20. *H.* — 10) *Ἑρμᾶ οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ ποιμένος βιβλίον.* Quidam existimant hunc librum, qui dicitur pastor, non ab Herma illo cuius meminit Paulus in epistola ad Romanos, sed ab alio Herma multo recentiore scriptum fuisse, qui Pii Romani pontificis frater fuit, ut tradit auctor libri de pontificibus Romanis. [Cf. *Muratori Antiqq. Italic. medii aevi* Tom. III. p. 853. Pseudo-Tertullian. carmen contra Marcionitas Lib. III. c. 9. p. 366. ed Venet. Opp. Tert. *Cave* Hist. T. I. p. 20. *Du Pin* auctorum eccles. biblioth. nov. Vol. I. s. v. *Hermas. Moshem. Commentt. de rebus Christ. a. C. M.* p. 162. sqq. p. 163. ubi Moshemius de Herma: „*Aut*, inquit, *mente captus fuit et fanaticus, aut, quod verisimilius est, licitum sibi duxit colloquia cum deo et angelis fingere, quo dogmata et praecepta quae vera et popularia fratribus putabat, faciliores aures et animos invenirent.*" *Eiusd. Dissertt. ad hist. eccles. pertt.* Vol. I. p. 262. *Schröckh. christl. Kirchengesch.* T. II. p. 274. sq. Recentissimo tempore scripsit *Gratz. disquisitionum in Pastorem Hermae* part. I. Bonnae 1820. 4. Ibi pag. 9. haec leguntur: „*Scriptorem quendam anonymum seculo secundo composuisse hunc librum, fingendo colloquia et visa divina, quibus plebem erudiat, piisque fabulis percellat animos. Nec minus induisse personam Hermae, ut faciliores et aures et animos inveniat; quae omnia apprime ingenio seculi secundi correspondere, neminem historiae chr. peritum praeterit.*" *H.*] Exstat hodie hic pastoris liber in Latinum sermonem translatus. Eiusque testimoniis utuntur Origenes, Irenaeus et Athanasius. Ru-

Ταῦτα εἰς παράστασιν τῶν τε ἀναντιῤῥήτων καὶ τῶν μὴ παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμένων θείων γραμμάτων, εἰρήσθω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Περὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων διαδοχῆς.

(Nic. H. E. III, 1. 2.)

Ὅτι μὲν οὖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν κηρύσσων ὁ Παῦλος, τοὺς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῶν ἐκκλησιῶν καταβέβληται θεμελίους, δῆλον ἐκ τῶν αὐτοῦ γένοιτ᾽ ἂν φωνῶν, καὶ ἀφ᾽ ὧν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσιν ἱστόρησεν. Καὶ ἐκ τῶν Πέτρου δὲ λέξεων, ἐν ὁπόσαις καὶ οὗτος ἐπαρχίαις τοὺς [1]) ἐκ περιτομῆς τὸν Χριστὸν εὐαγγελιζόμενος, τὸν τῆς καινῆς διαθήκης παρεδίδου λόγον, σαφὲς ἂν εἴη, ἀφ᾽ ἧς εἰρήκαμεν ὁμολογουμένης αὐτοῦ ἐπιστολῆς, ἣν [2]) τοῖς ἐξ Ἑβραίων οὖσιν ἐν διασπορᾷ Πόντου καὶ Γαλα-

---

finus in interpretatione symboli, inter libros qui in ecclesia quidem leguntur, auctoritatem tamen sacrae scripturae non habent, memorat librum pastoris seu Hermetis, qui dicitur duae viae vel iudicium Petri. [Cf. Iren. IV, 3. *H.*] — 11) *Οὐκ ἂν* pro *οὐκ ἐν*, quod legit Stroth., nulla codicum, unde hauserit, mentione facta scripsit Val. *H.*

Cap. IV. 1) *Τοὺς — τὸν Χριστὸν εὐαγγελιζόμενος* i. e. *Christum annuncians* (tanquam Messiam) *Iudaeis.* Constructio autem verbi *εὐαγγελίζεσθαι* h. l. est paulo notabilior. Namque in N. T. certe illud cum accusativo personae coniungitur nonnisi ita, ut significet: *ad doctrinam divinam aliquem instituere*, hoc contra loco duplici accusativo iunctum significari eo patet: *annunciare alicui aliquid*, quo sensu in N. T. semper dativus personae vocem illam sequitur. Nihilo tamen minus praeferendam puto cum Valesio et Strothio lectionem *τοὺς* lectioni *τοῖς*, quam exhibent Ion. Cast. Cph. Quamvis enim nesciam, an non fides habenda sit *Lobeckio ad Phryn.* p. 268., ubi *εὐαγγελίζεσθαί τινά τι* eo sensu ut sit: annunciare alicui aliquid, legi quoque dicitur apud Alciphr. epist. III, 12. et Heliod. II, 16., id quod non agnoscit *Winer. neutest Gramm.* p. 83. c., tamen non video, cur eandem significationem non obtinere censeat *Winerus* apud Euseb. Vit. Const. III, 26., quem locum idem laudavit *Lobeckius.* Recte enim ibi verba: *εὐαγγελιζόμενος τὰς γυναῖκας* vertisse Valesium: *felicem nuntium afferens mulieribus*, tum praecedentia tum sequentia docent, in quibus de institutione quadam plane non sermo est. Itaque ad scriptores tantum N. T. restringendum erit, quod l. l.

κίας Καππαδοκίας τε καὶ Ἀσίας καὶ Βιθυνίας, γράφει. Ὅσοι δὲ τούτων, καὶ τίνες γνήσιοι ζηλωταὶ γεγονότες, τὰς πρὸς αὐτῶν ἱδρυθείσας ἱκανοὶ ποιμαίνειν ἐδοκιμάσθησαν ἐκκλησίας, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, μὴ ὅτι γε ὅσους ἂν τις ἐκ τῶν Παύλου φωνῶν ἀναλέξοιτο. Τούτου γὰρ οὖν μυρίοι συνεργοί, καὶ ὡς αὐτὸς ὠνόμασε συστρατιῶται γεγόνασιν, ὧν οἱ πλείους ἀλήστου πρὸς αὐτοῦ μνήμης ἠξίωνται, διηνεκῆ τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς ἐγκαταλέξαντος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ καταλέγων, ἐξ ὀνόματος αὐτῶν μνημονεύει. Τιμόθεός γε μὴν τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἱστορεῖται πρῶτος τὴν ἐπισκοπὴν εἰληχέναι, ὡς καὶ Τίτος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐκκλησιῶν. Λουκᾶς δὲ τὸ μὲν γένος ὢν τῶν ἀπ' Ἀντιοχείας, τὴν δὲ ἐπιστήμην ἰατρὸς, τὰ πλεῖστα συγγεγονὼς τῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ οὐ παρέργως τῶν ἀποστόλων ὡμιληκὼς, ἧς ἀπὸ τούτων προσεκτήσατο ψυχῶν θεραπευτικῆς, ἐν δυσὶν ἡμῖν ὑποδείγματα θεοπνεύστοις [3]) καταλέλοιπε βιβλίοις· τῷ τε εὐαγγελίῳ, ὃ καὶ χαράξαι μαρτύρεται, καθὰ παρέδοντο αὐτῷ οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, οἷς καὶ φησὶν ἐπάνωθεν ἅπασι παρηκολουθηκέναι, καὶ ταῖς τῶν ἀποστόλων πράξεσιν, ἃς οὐκέτι δι' ἀκοῆς, ὀφθαλμοῖς δὲ αὐτοῖς παραλαβὼν συνετάξατο. Φασὶ [4]) δὲ ὡς ἄρα τοῦ κατ'

Winerus dicit: *In der Bedeutung annunciare aliquid regiert εὐαγγ. natürlich blos den Dativ der Person.* Ceterum miror, nostrum locum qui si quis alius, probat illam insolentiorem constructionem verbi εὐαγγελίζεσθαι, a *Lobeckio* et *Winero* fuisse neglectum. cf. Eus. H. E. II, 1. extr. Rom. I, 15. *H.* — 2) Ἣν τοῖς ἐξ Ἑβραίων. Ita codex Regius. Verum quatuor reliqui diserte scriptum habent ἐν ᾗ τοῖς ἐξ Ἑβραίων etc. Quam scripturam confirmat etiam Rufinus. *Sed et Petrus in quibus etiam ipse provinciis his qui ex circumcisione sunt, praedicaverit Christum, propriis vocibus in ea epistola quam ipsius nomine absque ambiguitate claruit esse, designat: in qua ad eos qui in dispersione sunt, scribit, sine dubio Hebraeos. Ipsi etenim dispersi dicuntur, tanquam propriis sedibus pulsi, et positi in dispersione ut ipse ait, Ponti, Galatiae,* etc. [Ἐν ᾗ legit Stroth. *H.*] — 3) Θεοπνεύστοις cf. quae disputavi ad I, 7. et Exc. II. ac *Kestner.* p. 65. *H.* — 4) Φασὶ — ἰδίου τινὸς εὐαγγελίου γράφων. Satis hoc explosit *Semler. additt.* ad *Towson Abhandlung über die vier Evangelien* T. I. p. 21. cf. *Storr. über den Zweck der evangelischen Geschichte und der Briefe des Johannes* p. 253. sq. Natam puto opinionem istam, Lucam evangelium monente et adiuvante Paulo scripsisse, primum quidem ex falsa interpretatione vocis εὐαγγέλιον (2. Tim. II, 8.)

αὐτὸν εὐαγγελίου μνημονεύειν ὁ Παῦλος εἴωθεν, ὁπηνίκα ὡς περὶ ἰδίου τινὸς εὐαγγελίου γράφων ἔλεγε· „κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου.“ Τῶν δὲ λοιπῶν ἀκολούθων τοῦ Παύλου, Κρίσκης μὲν ἐπὶ τὰς Γαλλίας [5]) στειλάμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ μαρτυρεῖται, Λίνος δὲ οὗ μέμνηται συνόντος ἐπὶ Ῥώμης αὐτῷ κατὰ τὴν δευτέραν πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολήν, πρῶτος μετὰ Πέτρον τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἤδη πρότερον κληρωθεὶς δεδήλωται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης τῆς Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς ἐκκλησίας τρίτος ἐπίσκοπος [6]) καταστάς, Παύλου συνεργὸς καὶ συναθλητὴς γεγονέναι

quae satis mature sensu angustiori de vitae Iesu Christi commentariis usurpari coepta est. vid. Iustin. M. Apol. II. p. 98. ed. *Cotel.* Hieronym. praef. in Matthaeum et catalog. scriptt. eccles. s. v. *Lucas.* Accedebat, quod Lucas τὰ πλεῖστα συγγεγονὼς τῷ Παύλῳ, ut dicit antea Eusebius. Iam vero hic ipse nullo modo vulgari illi opinioni adhaesisse videtur, quamvis hoc contenderit *Reuterdahl.* de fontt. p. 35. Obstant enim verba, ὃ καὶ χαράξαι μαρτύρεται — — παρηκολουθηκέναι et ἃς οὐκέτι δι᾽ ἀκοῆς κ. λ. Ceterum καθὰ — — παρηκολουθηκέναι non satis recte vertit Valesius: prout ab ipsis verbi divini ministris — — *acceperat*, *quos* etiam omnes se iam dudum *assectatum esse* profitetur. Vid. *Hug. Einleitung ins Neue Testam.* T. II. p. 120 — 128. De Luca medico ibid. p. 131. sq. Col. IV, 14. *H.* — 5) Κρίσκης μὲν ἐπὶ τὰς Γαλλίας. Locus Pauli exstat in posteriore epistola ad Timotheum [cap. 4. *H.*]; ubi hodie quidem legitur: Κρίσκης εἰς Γαλατίαν. Sed veteres quidam, atque in his Eusebius, legisse videntur εἰς Γαλλίαν. Et sic scribendum esse in epistola Pauli, contendit Epiphanius in haeresi Alogorum numero XI. [cf. *Petav.* animadvers. ad h. l. p. 90. *H.*] Eusebii scripturam secutus est Hieronymus in catalogo, eiusque interpres Sophronius, et alii recentiores. Verior tamen est altera lectio εἰς τὴν Γαλατίαν [Ita Cph. *H.*] quam confirmat Clemens in constitutionibus apostolicis. [Cf. *Kestner.* p. 74. §. 64. *H.*] Theodoretus in loco illo b. Pauli legit quidem Γαλατίαν; sed eo nomine Gallias ait significari ad quas missus erat Crescens. Certe Galli Crescentem sibi vindicant, Viennenses et Moguntini. Vide Serarium in lib. 2. Moguntinarum antiquitatum. — 6) Τρίτος ἐπίσκοπος. Tertium post Linum et Anencletum Romae episcopum fuisse Clementem non solum iterum tradit infra cap. 15. Eusebius, sed cum eo etiam Epiphanius haer. XXVII, 6., Irenaeus III, 3. et Hieronymus de vir. illustr. c. 15. ita ut anno fere 91. Clemens episcopus factus sit. Cf. *Schröckh. christl. Kirchengeschichte* T. II. p. 234. 267. At Tertullianus de praescript. haer. c. 32. scriptor constitutionum apostolicarum ac teste Hieronymo plures alii illud potius affirmant, Petrum munus episcopale ad Clementem detulisse. Has discrepantes sententias ita conciliare studuit *Cave* hist. litt. T. I. p. 17., ut putemus duos diversos Romae fuisse coetus Christianorum ex paganis et Iudaeis et illorum quidem coetui Paulum praefecisse Linum, horum

πρὸς αὐτοῦ μαρτυρεῖται. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Ἀρεοπαγίτην ἐκεῖνον, Διονύσιος 7) ὄνομα αὐτῷ, ὃν ἐν πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν, πρῶτον πιστεῦσαι 8) ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς τῆς ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον, ἀρχαίων τις ἕτερος Διονύσιος τῆς Κορινθίων παροικίας ποιμὴν ἱστορεῖ γεγονέναι. Ἀλλὰ γὰρ ὁδῷ προβαίνουσιν, ἐπὶ καιροῦ τὰ τῆς κατὰ χρόνους τῶν ἀποστόλων διαδοχῆς ἡμῖν εἰρήσεται. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν τῆς ἱστορίας.

Petrum Clementem, qui vero mox mortuo Lino et Anencleto alterius quoque coetus curam nactus sit. Cf. cap. II. not. 2. Errasse autem Eusebium contendit *I. Vossius* in epistola secunda ad Rivetum vindic. Pearson. adiecta in eo, quod initium episcopatus Clementis contulerit ad annum C. 93. cum recte in chronico Damasi statuatur a. 67. cf. *Pagi* Critic. Vol. I. p. 70. *Pearson*, ac *Dodwell*, de successione primorum Romae episcoporum. *H.* — 7) Διονύσιος cf. quos citat *Reading*. ad. h. l., *Cave* Hist. T. I. p. 15. *Halloixius* de illustr. eccles. Orient. scriptor., *Pearson*. vind. epist. Ignat. part. I. c. 10. 4. *Pagi*. Crit. T. I. p. 88. sqq. *H.* — 8) Πρῶτον ἐπίσκοπον πιστεῦσαι. [Reg. Stephan. (Sax.) *H.*] In codice Moraeano [et Venet. *H.*] priora duo verba lineolis subnotata sunt, et ad marginem scriptum est ea superflua esse. Certe Christophorsonus in interpretatione sua utramque vocem praetermisit. Ego vero posteriorem duntaxat expungendam, priorem vero esse retinendam puto. Idque confirmat versio Rufini, qui hunc locum ita interpretatus est: *Sed et Dionysium Areopagitam apud Athenas, quem Lucas scripsit primum Paulo praedicante credidisse*, etc. Coniecturam nostram plane confirmat codex Maz. Med. et Fuk., in quibus diserte scribitur πρῶτον πιστεῦσαι. Porro hunc Eusebii locum in mente habuit Maximus cum ait in prologo commentariorum in Dionysium Areopagitam: μνημονεύει δὲ τοῦ Ἀρειοπαγίτου καὶ Διονύσιος ἀρχαῖος Κορινθίων ἐπίσκοπος, καὶ Πολύκαρπος ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῇ. Ubi delenda puto haec verba καὶ Πολύκαρπος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Περὶ τῆς μετὰ τὸν Χριστὸν ὑστάτης Ἰουδαίων πολιορκίας.

(Nic. H. E. III, 3 — 8.)

Μετὰ Νέρωνα δέκα πρὸς τρισὶν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσαντα, τῶν ἀμφὶ [1]) Γάλβαν καὶ Ὄθωνα ἐνιαυτὸν ἐπὶ μησὶν ἓξ διαγενομένων, Οὐεσπασιανὸς ταῖς κατὰ Ἰουδαίων παρατάξεσι λαμπρυνόμενος, βασιλεὺς ἐπ᾽ αὐτῆς ἀναδείκνυται τῆς Ἰουδαίας, αὐτοκράτωρ πρὸς τῶν αὐτόθι στρατοπέδων ἀναγορευθείς. Τὴν ἐπὶ Ῥώμης οὖν αὐτίκα στειλάμενος, Τίτῳ τῷ παιδὶ τὸν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίζει πόλεμον. Μετά γε μὴν τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν, Ἰουδαίων πρὸς τῷ κατ᾽ αὐτοῦ τολμήματι, ἤδη καὶ κατὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ πλείστας ὅσας ἐπιβουλὰς μεμηχανημένων, πρώτου τε Στεφάνου λίθοις ὑπ᾽ αὐτῶν ἀνῃρημένου, εἶτα δὲ μετ᾽ αὐτὸν Ἰακώβου, ὃς ἦν Ζεβεδαίου μὲν παῖς, ἀδελφὸς δὲ Ἰωάννου, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, ἐπὶ πᾶσί τε Ἰακώβου τοῦ τὸν αὐτόθι τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον πρώτου μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν κεκληρωμένου, τὸν προδηλωθέντα τρόπον μεταλλάξαντος, τῶν τε λοιπῶν ἀποστόλων μυρία εἰς θά-

Cap. V. 1) Τῶν ἀμφὶ — Ὄθωνα i. e. Galba et Othone. Constat ipsis Atticis scriptoribus haud infrequentem esse eum locutionis οἱ ἀμφὶ, περί τινα usum, quo ea nihil exprimitur nisi: *aliquis.* cf. Aechin. diall. III, 12. 20. Bene autem quomodo ille usus exstiterit, docet *Passow.* s. ἀμφὶ C. 2. et περὶ C. 2. b. cf. *Herm.* ad Vig. p. 700. *Winer.* neutest. Gramm. p. 53. 6. Eus. H. E. VIII, 6. Contra V, 3. significari potius puto Montanum, Alcibiadem, et Theodotum cum suis sodalibus, non cum Val. illos solos. *H.* — 2) *Κατά τινα χρησμόν.* Vid. *Paulus Commentar über das Neue Testam.* Tom. III. p. 429. „*Man denkt gew. bei diesen Worten J.* (Matth. XXIV, 16. τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη) *an das Fliehen der Christen nach Pella. Euseb. K. G.* 3, 5. τοῦ λαοῦ — — — Πέλλαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν. *Wenigstens als eine Voraussagung jenes Zufluchtortes aber kann man Jesu Worte nicht ansehn; denn Pella lag nicht* ἐπὶ τὰ ὄρη (Ἰουδαίας). *Euseb. selbst deutet darauf, dass erst eine andere begeisterte Aufforderung* (χρησμος) *sie nach Pella zu fliehen veranlasst habe.*" Cf. ibid. p. 414. 434. 453. 459. Ioseph. B. I. V, 4. τὸ ἐπᾶραν αὐτοὺς μάλιστα πρὸς τὸν πόλεμον ἦν χρησμὸς ἀμφίβολος (?) ὁμοίως ἐν τοῖς ἱεροῖς εἰρήμενος γράμμασιν (Dan. VII, 12 — 15. 27. 28.?) ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον

νατον ἐπιβεβουλευμένων, καὶ τῆς μὲν Ἰουδαίας γῆς ἀπεληλαμένων, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ κηρύγματος διδασκαλίᾳ τὴν εἰς σύμπαντα τὰ ἔθνη στειλαμένων πορείαν σὺν δυνάμει τοῦ Χριστοῦ φήσαντος αὐτοῖς· „πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου", οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ λαοῦ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας, κατά τινα χρησμὸν[2]) τοῖς αὐτόθι δοκίμοις δι' ἀποκαλύψεως δοθέντα, πρὸ τοῦ πολέμου μεταναστῆναι τῆς πόλεως, καί τινα τῆς Περαίας πόλιν οἰκεῖν κεκελευσμένου, Πέλλαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν [3]), ἐν ᾗ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ μετῳκισμένων, ὡσὰν πάντελῶς ἐπιλελοιπότων ἁγίων ἀνδρῶν αὐτήν τε τὴν Ἰουδαίων βασιλικὴν μητρόπολιν καὶ σύμπασαν τὴν Ἰουδαίαν γῆν, ἡ ἐκ θεοῦ δίκη λοιπὸν αὐτοὺς ἅτε τοσαῦτα εἴς τε τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ παρηνομηκότας μετῄει, τῶν ἀσεβῶν ἄρδην τὴν γενεὰν αὐτὴν ἐκείνην ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσα. Ὅσα μὲν οὖν τηνικάδε κατὰ πάντα τόπον ὅλῳ τῷ ἔθνει συνεῤῥύη κακὰ, ὅπως τε αὖ μάλιστα οἱ τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορες εἰς ἔσχατον περιηλάθησαν συμφορῶν, ὁπόσαι τε μυριάδες ἡβηδὸν γυναιξὶν ἅμα καὶ παισὶ, ξίφει καὶ λιμῷ καὶ μυρίοις ἄλλοις περιπεπτώκασιν εἴδεσι θανάτου, πολεών τε Ἰουδαϊκῶν ὅσαι τε καὶ οἷαι γεγόνασι πολιορκίαι, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα οἱ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡσὰν ἐπὶ μητρόπολιν ὀχυρωτάτην καταπεφευγότες, δεινὰ καὶ πέρα δεινῶν ἑωράκασι, τοῦ τε παντὸς πολέμου τὸν τρόπον, καὶ τῶν ἐν τούτῳ γεγενημένων ἐν μέρει ἕκαστα, καὶ ὡς ἐπὶ τέλει τὸ πρὸς τῶν προφητῶν ἀνηγορευμένον βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἐν αὐτῷ κατέστη τῷ πάλαι τοῦ θεοῦ περιβοήτῳ νεῷ, παντελῆ φθορὰν καὶ ἀφανισμὸν ἔσχατον τὸν διὰ πυρὸς ὑπομείναντι, πάρεστιν ὅτῳ φίλον ἐπ' ἀκριβὲς ἐκ τῆς τῷ Ἰωσήπῳ γραφείσης ἀναλέξασθαι ἱστορίας. Ὡς δὲ αὐτὸς οὗτος τῶν ἀθροισθέντων ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης ἐν ἡμέραις τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ ῥήμασιν αὐτοῖς, ἀποκλεισθῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀμφὶ τριακοσίας μυριάδας τὸ

ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν ἄρξει τῆς οἰκουμένης κ. λ. *H.* — 3) *Πέλλαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν.* Idem tradit Epiphanius in haeresi Nazaraeorum cap. 7. Christianos scilicet qui Hierosolymis habitabant, de imminente obsidione a Christo praemonitos, Pellam se contulisse. In libro autem de ponderibus et mensuris, [§. XV. p. 171. *H.*] Christi discipulos ab angelo admonitos, Pellam migrasse scribit: postea vero cum Hadrianus Hierosolyma instaurasset, et ex suo nomine Aeliam coloniam appellasset, eo reversos esse. Porro cum Eusebius nullum huius rei citet auctorem,

πλῆθος ἱστορεῖ, ἀναγκαῖον ὑποσημήνασθαι. Χρὴν γοῦν, 4) ἐν αἷς ἡμέραις τὸν πάντων σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τὸν Χριστὸν τὸν τοῦ θεοῦ τὰ κατὰ τὸ πάθος διατέθεινται, ταῖς αὐταῖς ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ κατακλεισθέντας, τὸν μετελθόντα αὐτοὺς ὄλεθρον πρὸς τῆς θείας δίκης καταδέξασθαι. Παρελθὼν δὴ τὰ τῶν ἐν μέρει συμβεβηκότων αὐτοῖς, ὅσα διὰ ξίφους καὶ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ κατ᾽ αὐτῶν ἐγκεχείρηται, μόνας τὰς διὰ τοῦ λιμοῦ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι συμφορὰς παραθέσθαι, ὡς ἂν ἐκ μέρους ἔχοιεν οἱ τῇδε τῇ γραφῇ ἐντυγχάνοντες εἰδέναι, ὅπως αὐτοὺς τῆς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ παρανομίας οὐκ εἰς μακρὸν ἡ ἐκ θεοῦ μετῆλθε τιμωρία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς.

Περὶ τοῦ πιέσαντος αὐτοὺς λιμοῦ.

(Nic. H. E. III, 6.)

Φέρε δὴ οὖν τῶν ἱστοριῶν τὴν πέμπτην τοῦ Ἰωσήπου μετὰ χεῖρας αὖθις ἀναλαβὼν, τῶν τότε πραχθέντων δίελθε τὴν τραγῳδίαν· „Τοῖς γε μὴν εὐπόροις, φησὶ, καὶ τὸ μένειν πρὸς

---

satis apparet illum ex veterum traditione ista scripsisse, cum alioqui ipse vicinus esset iis locis. — 4) Χρὴν γοῦν. Ante haec verba Christophorsonus locum integrum Iosephi inseruit ex lib. 6. de bello Iudaico, contra fidem manuscriptorum codicum, et absque ulla necessitate. Certe nec Rufinus nec Nicephorus illum Iosephi locum inseruerunt; et Eusebius satis habuit illum indicare, et verba quaedam ex eo depromere, ut sunt illa ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ. Quae quidem ipsamet verba Iosephi esse, satis indicavit Eusebius, cum dixit: ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ ῥήμασιν αὐτοῖς ἀποκλεισθῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀμφὶ τριακοσίας μυριάδας τὸ πλῆθος ἱστορεῖ. [Cf. *Stroth. Uebersetz.* T. I. p. 142. not. 9. *Uebrigens hat Eusebius hier die gerade Zahl angenommen, denn Iosephus sagt nur, dass es* 2700200 *gewesen, ohne die Aussätzigen, Befleckten und andre unreine Männer und Weiber, die das Pascha nicht mitessen durften. H.*] In vulgatis editionibus deerant hae voces ῥήμασιν αὐτοῖς, quas nos ex vetustis codicibus Maz. Med. et Fuk. supplevimus. Easdem etiam voces reperi in codice Regio, quo usus est Rob. Stephanus. Qui profecto nimis indulsit coniecturae suae, dum has voces expunxit hinc, et paulo infra restituit, hoc modo: ἀναγκαῖον δὲ ῥήμασιν αὐτοῖς ὑποσημήνασθαι, contra fidem omnium exemplarium. [Ῥήμασιν αὐτοῖς voluit tantum recte collocare Val., ipse cum Ven. Cast. Stroth. vere illud feci. *H.*]

ἀπωλείας ἴσον ἦν. Προφάσει γὰρ αὐτομολίας ἀνῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν. Τῷ λιμῷ δὲ ἡ ἀπόνοια τῶν στασιαστῶν συνήκμαζε, καὶ καθημέραν ἀμφότερα προσεξεκάετο τὰ δεινά. Φανερὸς μὲν γε, οὐδαμοῦ σῖτος ἦν, ἐπεισπηδῶντες δὲ, διηρεύνων τὰς οἰκίας. Ἔπειθ᾽ εὑρόντες μὲν, ὡς ἀρνησαμένους ᾐκίζοντο, μὴ εὑρόντες δὲ, ὡς ἐπιμελέστερον κρύψαντας ἐβασάνιζον. Τεκμήριον δὲ τοῦ τ᾽ ἔχειν καὶ μὴ, τὰ σώματα τῶν ἀθλίων ἦν. Ὧν οἱ μὲν ἔτι συνεστῶτες, εὐπορεῖν τροφῆς ἐδόκουν, οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη, παρωδεύοντο [1]), καὶ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει τοὺς ὑπ᾽ ἐνδείας τεθνηξομένους αὐτίκα. Πολλοὶ δὲ λάθρα τὰς κτήσεις ἑνὸς ἀντικατηλλάξαντο [2]) μέτρου, πυρῶν μὲν, εἰ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες, οἱ δὲ πενέστεροι, κριθῆς. Ἔπειτα κατακλείοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ μυχαίτατα τῶν οἰκιῶν, τινὲς μὲν ὑπ᾽ ἄκρας ἐνδείας, ἀνέργαστον τὸν σῖτον ἤσθιον, οἱ δὲ ἔπεσσον, ὡς ἥ τε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρῄνει. Καὶ τράπεζα μὲν οὐδαμοῦ παρετίθετο, τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντες [3]), ἔτ᾽ ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον. Ἐλεεινὴ δ᾽ ἦν ἡ τροφὴ καὶ δακρύων ἄξιος ἡ θέα, τῶν μὲν δυνατωτέρων πλεονεκτούντων, τῶν δὲ ἀσθενῶν ὀδυρομένων. Πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμός· οὐδὲν δ᾽ οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδῶ [4]). Τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖται. Γυναῖκες γοῦν ἀνδρῶν, καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτρότατον, μητέρες νηπίων ἐξήρπαζον ἐξ αὐτῶν τῶν στομάτων τὰς τροφάς. Καὶ τῶν φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων, οὐκ ἦν φειδὼ τοὺς τοῦ ζῆν

Cap. VI. 1) Ἤδη παρωδεύοντο. Prava huius loci interpunctio quae habetur in editione Stephani, Christophorsonum in errorem induxit. Atqui facile erat eam restituere in hunc modum, οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη, παρωδεύοντο. Ut scribitur apud Nicephorum, et in codice Maz. et Med. — 2) Pro ἀντικατηλλάξαντο ex Ios. Nic. Steph., Stroth. scripsit ἀντηλλάξαντο. Cph. ἀντικατάξαντο solo, ut videtur, errore typographico. *H.* — 3) Τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντες. Nicephorus habet ὑφέλκοντες. Sed vulgata lectio magis placet, quippe quae violentiam famis clarius designat. Singuli, inquit Iosephus, crudos adhuc et semicoctos cibos ad sese attrahebant ac diripiebant. Id enim significant voces illae ἐφέλκοντες διήρπαζον. Quod tamen nec Rufinus nec Christophorsonus intellexerunt, ut ex utriusque versione apparet. Nam Christophorsonus vertit, *avide ore abripiebant:* quod a mente Iosephi longe abest. Significat enim Iosephus, miseros illos cibaria sibi mutuo rapuisse. Idque ex sequentibus Iosephi verbis manifeste convincitur. In codice Maz. et Med. legitur ἀφέλκοντες. Sic etiam in codice Fuk. et Savil. [Retinuit ἀφελκ. Stroth., quod legitur etiam apud Rufinum, Venet. Ion. Bong. *H.*] — 4) Pro αἰδῶ ex Ios. MG. Ion. Venet. αἰδὼς scripsit Stroth. Ad sententiam cf. Prov. X,

phanius in haeresi 78. cap. 7. Proinde emendenda est interpretatio doctissimi viri D. Petavii, qui locum Epiphanii in eadem haeresi cap. 14. ubi Symeon Clopae filius, Iacobi iusti ἀνεψιὸς dicitur, vertit *e sorore nepos*;] cum *patruelem* vertere debuisset. Porro hunc Symeonem Clopae filium, quidam cum Simone apostolo confuderunt, inter quos est Isidorus in libro de vitis patrum veteris et novi testamenti, auctor chronici Alexandrini, et Dorotheus in libello de apostolis ac discipulis domini. Idem scriptum inveni in veteribus schedis quae cum historia ecclesiastica Rufini compactae sunt in codice Parisiensis ecclesiae. *Ioseph qui interpretatur augmentum, filius Iacob filii Mathan de tribu Iuda, et de familia David ortus, in civitate sua Nazareth natus, faber arte. Frater Cleopae; vir Mariae adiutorio non carne. Cleophas vero pater apostoli Symeonis Cananaei: Ioseph autem pater Iacobi fratris domini, qui aliter dicitur Iacobus Alphaei.* Nicephorus Constantinopolitanus in chronologia tripertita Symeonem hunc Clopae filium, Iacobi iusti fratrem facit. Sic enim ait in catalogo episcoporum qui Hierosolymis sedere: Συμεὼν Κλέωπας, ἀδελφὸς αὐτοῦ καὶ μάρτυς. Ita iuxta Nicephori sententiam, Symeon Iosephi filius fuit, perinde ac Iacobus iustus. Cleopae tamen seu Clopae filius dicitur ex adeptione legali. Nam cum Cleopas sine liberis decessisset, Iosephus frater ducta eius vidua semen ei suscitavit, sicut scribit Nicephorus in libro 1. cap. 33. Quanquam Nicephori Constantinopolitani locus aliter etiam explicari potest: ut scilicet Symeon et Iacobus iustus fratres dicantur, Clopae nimirum filii. Certe Chrysostomus et Theodoretus in epistolam ad Galatas, Iacobum Iustum Clopae filium fuisse scribunt. Verum in hac tanta scriptorum discrepantia Hegesippi et Epiphanii sententiam sequi malim, et Symeonem Clopae filium qui episcopus fuit Hierosolymorum, a Symeone seu potius Simone Iosephi filio distinguere. Certe Beda hanc tandem sententiam utpote certiorem amplexus est, cum Isidori sententiam antea secutus fuisset, ut ipse fatetur in retractationibus in acta apostolorum cap. I. Isidori autem locus quem intelligit Beda, est in libro de vitis patrum utriusque testamenti. Ex quo] etiam libro desumtum est fragmentum illud quod supra citavi sine auctoris nomine.

Cap. XII. 1) Verba καὶ ἐπὶ τούτοις, *Kestner*. p. 45. ostendere putat, sequentia verba alicunde medio ex contextu erepta esse. Negligentius enim

τὶς παρὰ Ἰουδαίοις τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς φυλῆς, ἀναζητεῖσθαι προστάξαι, μέγιστόν τε Ἰουδαίοις αὖθις ἐκ ταύτης διωγμὸν ἐπαρτηθῆναι τῆς αἰτίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Ὡς δεύτερος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Ἀνέγκλητος.

Ἐπὶ δέκα δὲ τὸν Οὐεσπασιανὸν ἔτεσι βασιλεύσαντα αὐτοκράτωρ Τίτος ὁ παῖς διαδέχεται, οὗ κατὰ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας, Λίνος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας δυοκαίδεκα τὴν λειτουργίαν ἐνιαυτοῖς κατασχὼν Ἀνεγκλήτῳ [1]) ταύτην παραδίδωσι. Τίτον δὲ Δομετιανὸς ἀδελφὸς διαδέχεται, δύο ἔτεσι καὶ μησὶ τοῖς ἴσοις βασιλεύσαντα.

---

omisisse Eusebium indicare fontem cf. III, 27. Sed quomodo illud probetur eo quod ad προστάξαι non addidit φασὶ vel λέγει, non video, cum solus infinitivus sufficiat, quo Hegesippi esse illa, quae cap. XII. leguntur, commonefias. Male vertit ipse Valesius: *fama est Vespasianum etc.* Ad meam sententiam accedit *Reuterdahl.* de fontt. p. 81. not. *H.*

Cap. XIII. 1) Ἀνακλήτῳ. Nescio cur Rob. Stephanus hanc lectionem praetulerit, cum omnes nostri codices, nullo excepto, scriptum habeant Ἀνεγκλήτῳ. Atque ita Nicephorus Constantinopolitanus, eiusque interpres Anastasius bibliothecarius in chronologia tripertita. Sic etiam Nicephorus Callistus in lib. 3. cap. 2. et Georgius Syncellus et manuscripti codices Rufini. Sed et Irenaeus in lib. 3. ubi Rom. episcoporum seriem recenset, Anencletum nominat; omisso Cleti nomine, qui ex mutilato Anencleti vocabulo fictus mihi videtur. Certe nec Optatus, nec Augustinus in epistola 165. ubi Romanos episcopos recenset, Cletum agnoscit. Contra vero in duobus vetustissimis indicibus seu catalogis episcoporum Rom. quorum alter exstat in monasterio sancti Germani, alter in collegio Claromontano societatis Iesu; nulla fit Anencleti mentio, sed solius Cleti, qui post Linum sedisse dicitur annis xj. mense uno, diebus ii. Ex quo patet unum eundemque esse Cletum et Anencletum. Plura vide apud P. Halloixium in notationibus ad cap. 7. vitae Irenaei. [Cf. *Pagi* Crit. T. I. p. 97. quem laudat *Reading.* ad h. l. et supra Cap. II. not. 2. *H.*]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ.

Ὡς δεύτερος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Ἀβίλιος.

Τετάρτῳ μὲν οὖν ἔτει Δομετιανοῦ, τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικίας ὁ πρῶτος Ἀννιανὸς [1]), δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἀποπλήσας ἔτη [2]) τελευτᾷ, διαδέχεται δ' αὐτὸν δεύτερος Ἀβίλιος [3]).

Cap. XIV. 1) Ὁ πρῶτος Ἀννιανός. Primus scilicet post Marcum. Sic Eusebius supra dixit de Lino Romae urbis episcopo in principio huius libri μετὰ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν, πρῶτος κληροῦται τὴν ἐπισκοπὴν Λίνος. Marcus enim Alexandrinorum apostolus fuit, ut supra dixi. Apostoli vero extra ordinem erant, nec in episcoporum numero censebantur. Itaque nihil opus erat suplere hic μετὰ Μάρκον, ut fecit Nicephorus. Vide Seldeni notas ad Eutychium patriarcham Alexandrinum. [Cf. Euseb. II, 24. ubi initium Anniani ex octavo Neronis anno repeti ostendit *Dodwell.* in supplem. ad *dissert. Pearson. de annis Rom. episcop.* p. 56. citante *Readingo* ad h. l. *H.*] — 2) Δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἀποπλήσας ἔτη. Nostri codices Maz, Med. ac Fuk. scriptum habent, δύο πρὸς εἴκοσιν ἀναπλήσας ἔτη. Praeterea in optimo codice Maz. εἴκοσι scribitur absque ν. Atque ita semper hoc nomen in eo codice perscriptum esse observavi, quamvis seqnens dictio incipat a vocali. Ac mihi quidem huiusmodi scriptura magis probatur. — 3) Δεύτερος Ἀβίλιος. Hunc Abilium vocant Rufinus et reliqui interpretes; ipseque adeo Hieronymus in chronico, minus recte ut equidem sentio. Avilium enim dici oportuit: quod nomen Romanum est; perinde ac Anniani, qui ante Avilium episcopus fuerat. Avilius Flaccus praefectus Aegypti memoratur a Philone. Porro capitum ordo hoc loco perturbatus erat in editionibus. Nam priore loco positum erat capus illud de successione Avilii Alexandrinorum episcopi: sequebatur deinde caput de pontificatu Anencleti. Nos ex cod. Maz. et Fuk. verum ordinem restituimus. Est autem hic error antiquissimus. Nam et in indice capitum qui praefixus est lib. 3. in interpretatione Rufini, et in omnibus Graecis exemplaribus praeterquam in Fuk. idem error admissus est. Sed in corpore ipso libri, Maz. codex qui capitum titulos suis locis diligenter appositos habet, errorem hunc emendavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ.

Ὡς τρίτος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Κλήμης.

Δωδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Ἀνέγκλητον ἔτεσιν ἐπισκοπεύσαντα δεκαδύο, διαδέχεται Κλήμης. Ὃν συνεργὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων· „Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.“

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ.

Περὶ τῆς Κλήμεντος ἐπιστολῆς.

Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος [1]) ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι κατὰ τὸν δηλούμενον τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ.

Περὶ τοῦ κατὰ Δομετιανὸν διωγμοῦ.

(Nic. H. E. III, 9.)

Πολλήν γε μὴν [1]) εἰς πολλοὺς ἐπιδειξάμενος ὁ Δομετιανὸς ὠμό-

---

Cap. XVI. 1) *Κλήμεντος*, quod expressit quoque Rufinus, omisit Stroth. *H.*

Cap. XVII. 1) *Πολλήν γε μήν.* Male Rufinus haec verba esse putavit Hegesippi, quem in fine superioris capitis laudavit Eusebius. Ex

τητα, οὐκ ὀλίγον τε τῶν ἐπὶ Ῥώμης εὐπατριδῶν [2]) καὶ ἐπισήμων ἀνδρῶν πλῆθος οὐ μετ' εὐλόγου κρίσεως ἀποκτείνας, μυρίους τε ἄλλους ἐπιφανεῖς ἄνδρας ταῖς ὑπὲρ τὴν ἐνορίαν ζημιώσας φυγαῖς καὶ ταῖς τῶν οὐσιῶν ἀποβολαῖς ἀναιτίως, τελευτῶν τῆς Νέρωνος θεοεχθρίας τε καὶ θεομαχίας διάδοχον ἑαυτὸν κατεστήσατο. Δεύτερος δῆτα τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεκίνει διωγμὸν, καίπερ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ μηδὲν καθ' ἡμῶν ἄτοπον ἐπινοήσαντος.

---

quo patet Rufinum ita legisse, ut habetur in nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος λέγων. Πολλήν γε μὴν etc. Quin etiam in optimo codice Rufini, cap. 17. incipit ab his verbis: *Verum de seditione facta apud Corinthios*, quemadmodum in Maz. ac Fuk. codice factum observavi. Vulgarem tamen scripturam ac distinctionem magis probo. [Recte animadvertit Stroth., si ea quae sequuntur, essent Hegesippi verba, Eusebium haud dubie additurum fuisse post λέγων: κατὰ λέξιν, αὐτοῖς ῥήμασι aut tale quid. Hegesippi tamen esse videntur καίπερ τοῦ πατρὸς κ. λ. cf. cap. 19. extr. *H.*] — 2) Τῶν ἐπὶ Ῥώμης εὐπατριδῶν. Christophorsonus *patricios* vertit magno errore. Qui tamen error communis est ipsi cum plerisque interpretibus graece doctissimis. Gregorius Nazianzenus in oratione 18. Παρθένος τις ἦν τῶν εὐπατριδῶν. Billius interpretatur *patricio genere ortam*, pari errore. Idem Gregorius in oratione quadragesima: Μὴ ἀπαξιώσῃς συμβαπτισθῆναι πένητι, πλούσιος ὢν, ὁ εὐπατρίδης τῷ δυςγενεῖ. Hic etiam Billius *patricius* vertit. Pari errore vertit Christophorsonus Socratis locum in lib. 6. ubi Iohannes Chrysostomus oriundus fuisse dicitur ἐξ εὐπατριδῶν. In his omnibus locis *nobilem* verti oportuit, non *patricium*. Et sic Rufinus optime vertit hunc Eusebii locum, et Hieronymus in chronico anno 8. Domitiani. *Domitianus plurimos nobilium in exsilium mittit atque occidit.* Εὐπατρίδης enim idem est ac εὐγενής, ut docet Gregorius Naz. tum in oratione supra citata, tum in carmine iambico 19. Quod si quis existimat patricios et nobiles nihil inter se differre, is vehementer fallitur. Patricius enim apud Romanos dicebatur, qui erat ex gente patricia, et opponebatur plebeio, non autem nobili. Itaque patricii quidam fuerunt apud Romanos, qui non erant nobiles, ut docuit Sigonius in libro de nominibus Romanorum. Observavi autem nobilem apud Romanos dictum esse, respectu habito ad familiam, non ad gentem. Proinde ex eadem gente alii erant nobiles, alii ignobiles. Nobiles quidem, quorum pater et avus magistratum curulem gessissent, ignobiles contra.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ.

Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου καὶ τῆς ἀποκαλύψεως.

(Nic. H. E. III, 9.)

Ἐν τούτῳ κατέχει λόγος τὸν ἀπόστολον ἅμα καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἔτι τῷ βίῳ ἐνδιατρίβοντα, τῆς εἰς τὸν θεῖον λόγον ἕνεκεν μαρτυρίας, Πάτμον οἰκεῖν καταδικασθῆναι τὴν νῆσον. Γράφων γέτοι ὁ Εἰρηναῖος περὶ τῆς ψήφου τῆς κατὰ τὸν ἀντίχριστον προσηγορίας φερομένης ἐν τῇ Ἰωάννου λεγομένῃ ἀποκαλύψει, αὐταῖς συλλαβαῖς ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου φησίν· „εἰ δὲ ἔδει ἀναφανδὸν ἐν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεσθαι τοὔνομα αὐτοῦ, δι᾽ ἐκείνου ἂν ἐῤῥέθη τοῦ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἑωρακότος. Οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἑωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς.“ Εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα κατὰ τοὺς δηλουμένους ἡ τῆς ἡμετέρας πίστεως διδασκαλία διέλαμπεν, ὡς καὶ τοὺς ἄποθεν τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς [1]) μὴ ἀποκνῆσαι ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις τόν τε διωγμὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ μαρτύρια παραδοῦναι. Οἵγε καὶ τὸν καιρὸν ἐπ᾽ ἀκριβὲς ἐπεσημήναντο, ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ Δομετιανοῦ μετὰ πλείστων ἑτέρων καὶ Φλαβίαν Δομετίλλαν ἱστορήσαντες, ἐξ ἀδελφῆς γεγονυῖαν Φλαβίου Κλήμεντος [2]), ἑνὸς τῶν τηνικάδε ἐπὶ Ῥώμης

Cap. XVIII. 1) *Οἱ — συγγραφεῖς* qui sint, quomodo nescire potuerit *Kestner.* p. 33., miror, cum bene docuerit *Danz.* p. 122. not. 22. de uno *Bruttio* s. *Brettio* esse cogitandum, cuius mentio fit in Euseb. chron. ad a. Chr. 98. ubi eadem fere de Domitiano et Domitilla leguntur. Dubium sane, qui sint Cap. XX. scriptores Nervae aequales et *Ἑλλήνων — παραδόντες.* *H.* — 2) *Ἐξ — Κλήμεντος* vid. *Scaliger.* animadversion. in Chron. Eus. p. 188. quas laudavit *Lowth.* Ceterum Flavium Clementem eiusque coniugem Domitillam Christianos fuisse, unde interdum certe unus alterve genere nobilior ad ecclesiam Christianam illo tempore accesserit, satis probabile esse censet *Tzschirner.* *Graeci et Rom. scriptt. cur rerum Christian. raro meminerint* Comment. III. p. 6. ubi V. D. *Nam*, inquit, *τα ἠδη των Ἰουδαιων, ad quae aberasse eos tradit Dio Cassius* (Lib. LXVII, cap. 14.), *de Christianis pariter ac de Iudaicis sacris intelligi possunt et quod της ἀθεοτητος accusati esse dicuntur, non de his sed de illis cogitare suadet, quoniam hoc crimen Christianis saepe, non facile autem Iudaeis obiiciebatur. H.*

ὑπάτων, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν, εἰς νῆσον Ποντίαν κατὰ τιμωρίαν δεδόσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ. (19.)

Ὡς Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προστάττει.

(Nic. H. E. III, 10.)

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ Δομετιανοῦ τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προστάξαντος, παλαιὸς κατέχει λόγος τῶν αἱρετικῶν τινας κατηγορῆσαι τῶν ἀπογόνων Ἰούδα· τοῦτον δὲ εἶναι ἀδελφὸν κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος· ὡς ἀπὸ γένους τυγχανόντων Δαβὶδ, καὶ ὡς αὐτοῦ συγγένειαν τοῦ Χριστοῦ φερόντων. Ταῦτα δὲ δηλοῖ κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγων ὁ Ἡγήσιππος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ.

Περὶ τῶν πρὸς γένους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

„Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου υἱωνοὶ Ἰούδα [1]), τοῦ κατὰ σάρκα λογομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, οὓς ἐδηλατόρευσαν,

Cap. XX. 1) Υἱωνοὶ Ἰούδα. In codice Regio ac Med. et apud Georgium Syncellum legitur υἱῶν Ἰούδα levi discrimine. Ceterum miror Scaligerum, qui in animadversionibus Eusebianis pag. 187. tam Eusebium, quam Hegesippum immerito reprehendit. Nam neque Hegesippus posteritatem Davidis ad duos tantum homines tunc esse redactam dixit, ut falso ei obiicit Scaliger, sed posteritatem Iudae qui erat frater domini; nec Eusebius Hegesippi verba aliter accepit. Certe Hegesippus diserte testatur Symeonem Clopae filium, qui tunc erat episcopus Hierosolymorum, ortum fuisse ex gente Davidica. Verba eius habes infra cap. 32. Itaque nec Hegesippus erravit, nec Eusebius. Ipse potius Scaliger reprehendendus est, qui adversus auctoritatem Hegesippi, vetustissimi scriptoris et apostolicis temporibus proximi, obstinate contendit, nullum unquam Iudam fratrem domini exstitisse. Sed contra est Epiphanius in haeresi 78. qui Iosephum ex priore coniugio quatuor ait suscepisse liberos, Iacobum,

ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. Τούτους δ᾽ ὁ Ἰουόκατος [2]) ἤγαγε πρὸς Δομετιανὸν καίσαρα· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ Ἡρώδης. Καὶ ἐπηρώτησεν αὐτούς, εἰ ἐκ Δαβὶδ εἰσι. Καὶ ὡμολόγησαν. Τότε ἠρώτησεν αὐτούς, πόσας κτήσεις ἔχουσιν, ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. Οἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι, ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεως. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ᾽ ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων τριάκοντα ἐννέα

Symeonem, Iosetem et Iudam. Cui consentit Hippolytus Portuensis episcopus apud Nicephorum in libro II. cap. 3. nisi quod pro Symeone Simonem dicit, rectius ut supra notavi, et filias aliter nominat. His accedit Hieronymus in libro adversus Helvidium. Dicet fortasse aliquis id quod a Scaligero dictum est, nullam in evangelio mentionem eius Iudae fieri. Immo vero Matthaeus in cap. 13. de illo sic loquitur: *Nonne mater eius dicitur Maria; et fratres eius Iacobus, Ioseph, Simon et Iudas?* Idem legitur in Marci cap. 6. Vides ut Scaliger nimio reprehendendi studio abreptus, merito ipse in reprehensionem incurrit. Porro hic Iudas uxorem a nonnullis dicitur habuisse Mariam, teste Nicephoro in lib. I. cap. 33. Ex hac igitur liberos suscepit; a quibus propagati sunt δεσπόσυνοι, de quibus Africanus in epistola ad Aristidem. Hos porro Scaligeri errores iam dudum reprehendit P Halloixius in notationibus ad vitam Hegesippi; quod quidem serius et absolutis iam animadversionibus meis didici. — 2) Ὁ Ἰόκατος. Sic ex codice Medicaeo edidit Rob. Steph. In codice Regio [MSt. MG. *H.*] scriptum inveni ὁ Ἰκούβατος, quod monuerat etiam idem Stephanus in variis lectionibus quas ad calcem editionis suae coniecit. In chronico Georgii Syncelli legitur ὁ Ιουόκατος. Nos ex tribus nostris codicibus Maz. Fuk. et Saviliano, veram huius loci scripturam restituimus: τούτους δ᾽ ὁ Ἰουόκατος ἤγαγε. Confirmat hanc lectionem Nicephorus et Rufinus. Nam in Rufino quidem dicitur Revocatus. *Hos Revocatus quidam nomine qui ad hoc missus fuerat, perduxit ad Domitianum.* Nicephorus vero in lib. III. cap. 10. scriptum habet ὁ Ἠουόκατος. Qui sint Evocati, notum est ex Dione, milites scilicet honoratioris loci, qui confectis iam stipendiis dimissi, ad militiam evocabantur a principe. [Verba ex lib. XLV adscripsit Stroth. haec: ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠουοκάτων σύστημα (οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατιᾶς, ἐπ᾽ αὐτὸν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη. vid *Irmisch.* ad Herodian. I, 15. ubi dicuntur ἐκκαλούμενοι. cf. *Baumgarten-Crusius* ad Sueton. Galb. X. *Held.* ad Caes. de B. C. I, 3. *H.*] Horum mentio fit in vetustis inscriptionibus, EVOK. AUG. Id est, Evocatus Augusti. Ne quis autem miretur, Hegesippum Graecum scriptorem, Romano vacabulo usum fuisse. Non id novum aut infrequens Hegesippo, quippe qui δηλατορεύειν et δηνάρια usurpat in hac narratione quam prae manibus habemus, et plebeio ser-

μένων, ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν [3]), καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι. Εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν ἐπιδεικνύναι, μαρτύριον τῆς αὐτουργίας τὴν τοῦ σώματος σκληρίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας ἐναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν τύλους [4]) παριστάντας. Ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁποία τὶς εἴη καὶ πότε καὶ ποῖ φανησομένη, λόγον δοῦναι, ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνει, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν δόξῃ κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκροὺς [5]), καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. Ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανὸν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμόν. Τοὺς δὲ ἀπολυθέντας ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ κυρίου, γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ παραμεῖναι αὐτοὺς τῷ βίῳ.“ Ταῦτα μὲν ὁ Ἡγήσιππος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Τερτυλλιανὸς [6]) τοῦ Δομετιανοῦ τοιαύτην πεποίηται μνήμην· „πεπειράκει ποτὲ καὶ Δομετιανὸς ταὐτὸ ποιεῖν ἐκείνῳ, μέρος [7]) ὢν τῆς τοῦ Νέρωνος ὠμότητος. Ἀλλ' οἶμαι ἅτε ἔχων τὶ συνέσεως [8]), τάχιστα ἐπαύ-

---

mone utitur. — 3) Ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν. Male Chsistophorsonus vertit *vectigalia*, quasi vectigalia agrorum solverentur. Atqui φόροι tributa sunt, quae ex agris solvebantur, atque in ipsis speciebus fere pendebantur, id est in tritico, hordeo, vino et similibus, ut patet ex codice Theodosiano. Vectigalia vero sunt quae Graece dicuntur τέλη, quae a publicanis conducebantur et exigebantur; cum tributa a susceptoribus vel ab apparitoribus praesidum ac praefectorum exigi solerent. — 4) Τύλους. Cum initio vertissem *callos*, dubitare postea coepi, an callus masculino genere diceretur. Tandem vero callos a Rufino dici comperi in lib. 2. ubi de morte Iacobi fratris domini. — 5) Κρινεῖ ζῶντας. In codice Maz. Med. ac Fuk. nec non apud Nicephorum legitur κρίνειν. Sed et codex Regius ita diserte scriptum habet. Quare mendum est typographicum, quod in Rob. Stephani editionem irrepsit. [Hoc negat Stroth. *H.*] — 6) Τερτυλλιανὸς vid Apol. V. „*Tentaverat et Domitianus*, *portio Neronis de crudelitate, sed qua et homo, facile coeptum repressit, restitutis etiam, quos relegaverat. H.* — 7) Μέρος cf. quae monui ad II, 24 not. 3. *Held.* ad Caes. B. C. II, 44. *H.* — 8) Ἅτε ἔχων τι συνέσεως. Quisquis Tertulliani apologeticum Graece vertit, verba illius minime est adsecutus. Ait enim Tertullianus, post Neronem qui primus saeviit in Christianos, Domitianum quoque utpote alterum Neronem, idem

σατο, ἀνακαλεσάμενος καὶ [9]) οὓς ἐξηλάκει." Μετὰ δὲ τὸν Δομετιανὸν [10]) πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐπικρατήσαντα, Νερούα τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου, καθαιρεθῆναι μὲν τὰς Δομετιανοῦ τιμὰς, ἐπανελθεῖν δὲ ἐπὶ τὰ οἰκεῖα μετὰ τοῦ καὶ τὰς οὐσίας ἀπολαβεῖν τοὺς ἀδίκως ἐξεληλαμένους, ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος βουλὴ ψηφίζεται· ἱστοροῦσιν οἱ γραφῇ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους παραδόντες. Τότε δὴ οὖν καὶ τὸν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν νῆσον φυγῆς τὴν ἐπὶ τῆς Ἐφέσου διατριβὴν ἀπειληφέναι, ὁ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχαίων παραδίδωσι λόγος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ.

Ὡς τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τρίτος ἡγεῖται Κέρδων.

Μικρῷ δὲ πλέον ἐνιαυτοῦ βασιλεύσαντος Νερούα, διαδέχεται Τραϊανός. Οὗ δὴ πρῶτον ἔτος ἦν, ἐν ᾧ τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικίας, Ἀβίλιον δέκα πρὸς τρισὶν ἔτεσιν [1]) ἡγησάμενον, διαδέχεται Κέρδων. Τρίτος οὗτος τῶν αὐτόθι μετὰ τὸν πρῶτον Ἀννιανὸν προέστη. Ἐν τούτῳ δὲ Ῥωμαίων εἰσέτι Κλήμης ἡγεῖτο, τρίτον καὶ αὐτὸς ἐπέχων, τῶν τῇδε μετὰ Παῦλόν τε καὶ

tentavisse, sed ut homines levi ac mobili sunt ingenio, cito ab incepto destitisse. At Eusebius seu quis alius fuit interpres apologetici, verba illa Tertulliani, *sed qua et homo* ita accepit, quasi Tertullianus dicere voluisset, Domitianum quidem aliquatenus hominem fuisse, Neronem vero belluam potius fuisse quam hominem. — 9) *Καὶ* non habet Stroth. *H.* — 10) *Μετὰ δὲ τὸν Δομετιανὸν* cf. Sueton. Domit. 17. *Pagi* Crit. T. I. p. 88. 92. ad a. C. 96 et 98. laudante *Readingo* ad h. l. Ceterum a voce *μετὰ* Steph. inchoat cap. XXI. *H.*

Cap. XXI. 1) *Δέκα πρὸς τρισὶν ἔτεσιν.* Observatu sane dignum est, Eusebium priores Alexandrinos episcopos inde ab Avilio octo vel decem singulos, fere duodecim annos episcopali munere functos esse tradere, unde conclusit *Reuterdahl. de fontt. hist. eccl. Eus.* p. 58. horum episcopatus, cum catalogus conficeretur, quo probabiliter ipse Eusebius usus est, adeo obsoletae fuisse memoriae, ut rotundus quidam numerus qui tamen variis de causis paulum immutatus cogitari possit, pro exacto ederetur. Cf. IV, I. 4. 5. 11. 19. V, 9. 22. VI, 26. 29. 35. VII, 28. *H.* —

Πέτρον [2]) *ἐπισκοπευσάντων βαθμόν. Λίνος δὲ ὁ πρῶτος ἦν, καὶ μετ' αὐτὸν Ἀνέγκλητος* [3]).

---

2) *Μετὰ Παῦλόν τε καὶ Πέτρον.* Duo hic observanda sunt; tum quod Paulum Petro praeponit Eusebius, tum quod utrumque urbis Romae episcopum facere videtur. Quod ad primam quaestionem attinet, etiam alibi id ipsum fecit Eusebius. Non tamen existimandum est, Paulum idcirco anteferri Petro. Saepe enim honoratiores posteriore loco nominantur. Denique in sigillis ecclesiae Romanae Paulus semper a dextra ponitur, Petrus a sinistra, ut notavit Baronius in expositione concilii Nicaeni. Quod ad secundam difficultatem attinet, sciendum est Eusebium apostolos in ordine episcoporum minime numerare, ut supra notavi. Et Paulum quidem una cum Petro Romanam ecclesiam fundasse ac plantasse supra dixit ex Dionysio Corinthiorum episcopo, et infra dicet ex Irenaeo. Tamen cum de episcopatu Rom. loquitur, soli Petro eum tribuit, ut patet ex chronico Eusebiano. Vide quae in hanc rem doctissime disputata sunt a Petro Haberto Vabrensi episcopo in libro de primatu Petri. [Imo vid. *Schröckh. christliche Kirchengesch.* T. II. p. 149. p. 152—155. p. 231. 235. cf. Euseb. H. E. II, 14. III, 1, 2. V, 6. Vales. ad II, 16 not. 1. Lactant. de mortt. persec. cap. 2. *Pagi* Crit. Baron. ad a. C. 43. *H.*] Ita intelligendus est Irenaeus in libro 1. de Hygino loquens, *ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος.* Et in lib. 3. cap. 3. 4. Quippe Irenaeus, perinde ac Eusebius noster, Petrum ac Paulum apostolos Romanam quidem ecclesiam fundavisse dicit, sed eos in episcoporum ordine nequaquam recenset. Eodem sensu in haeresi Cerdonianorum Epiphanius ait Hyginum post Iacobum, Petrum ac Paulum apostolos, nonum episcopalis successionis locum tenuisse. Si quis ex hoc loco contenderet Iacobum fuisse episcopum urbis Romae una cum Petro, is profecto ridiculus haberetur. Idem quoque putandum est de Paulo. [Cf. *Pearson.* de successione prim. Rom. episcop. p. 291. citante *Reading. H.*] Alia quoque eius rei causa afferri potest. Quod enim ab uno apostolo gestum est, id ab omnibus apostolis simul gestum esse dicitur, ob collegium et consortium apostolatus. Quemadmodum in edicto unius praefecti praetorio iubere dicebantur etiam caeteri propter auctoritatem eiusdem potestatis, sicut scribit auctor quaestionum veteris ac novi Testamenti cap. 97. Ecclesia itaque ab uno apostolo fundata, ab omnibus simul apostolorum recte dicitur constituta. Certe Eusebius in his libris apostolicarum sedium successores enumerans, episcopos illarum semper vocat successores apostolorum. Verbi gratia, Alexandrinae ecclesiae episcopos enumerans, non solius Marci, sed generaliter apostolorum successores eos nominat. Idem quoque observat in episcopis Antiochiae. Sed et Latinos eodem modo locutos invenimus. Certe Rufinus de adulteratione librorum Origenis ita dicit: *Clemens apostolorum discipulus, qui Romanae ecclesiae post apostolos episcopus et martyr praefuit.* [Vid. quae monui infra ad cap. 36. not. 2. *H.*] — 3) *Λίνος δὲ ὁ πρῶτος ἦν, καὶ*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ.

Ὡς τῆς Ἀντιοχέων δεύτερος Ἰγνάτιος.

(Nic. H. E. III, 11.)

Ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Εὐοδίου πρώτου καταστάντος, δεύτερος ἐν τοῖς δηλουμένοις Ἰγνάτιος ἐγνωρίζετο. Συμεὼν ὁμοίως δεύτερος μετὰ τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀδελφὸν, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας κατὰ τούτους τὴν λειτουργίαν ἐγκεχειρισμένος ἦν [1]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ.

Ἱστορία περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου.

(Nic. H. E. III. 11. II, 42.)

Ἐπὶ τούτοις κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔτι τῷ βίῳ περιλειπόμενος, αὐτὸς ἐκεῖνος ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀπόστολος ὁμοῦ καὶ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τὰς αὐτόθι διεῖπεν ἐκκλησίας, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν νῆσον μετὰ τὴν Δομετιανοῦ τελευτὴν ἐπανελθὼν φυγῆς. Ὅτι δὲ εἰς τούτους ἔτι τῷ βίῳ περιῆν, ἀπόχρη διὰ δύο πιστώσασθαι τὸν λόγον μαρτύρων. Πιστοὶ δ' ἂν εἶεν οὗτοι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς πρεσβεύσαντες ὀρθοδοξίας. Οἳ δὴ τοιοῦτοι Εἰρηναῖος καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεύς. Ὧν ὁ μὲν πρότερος ἐν δευτέρῳ

μετ' αὐτὸν Ἀνέγκλητος. Haec verba in interpretatione sua omisit Rufinus nec sine causa. Sunt enim prorsus superflua; et a scholiaste primum addita esse, ac postea in textum videntur admissa. [Eiecit ea Stroth., sed contra omnes codd. *H.*]

Cap. XXII. 1) *Τὴν λειτουργίαν ἐγκεχειρισμένος ἦν.* Ita quidem codex Regius. Verum quatuor reliqui Maz. scilicet ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent *τὴν λειτουργίαν εἶχεν.* [Unde, quae de Antiochenis episcopis refert Eusebius, depromsit, nonnisi coniiciendo possumus assequi. Videtur enim certe, quae magis singularia de iis tradit ex catalogo quodam habere. Cf. V, 19. *λόγος εἶχεν* *Reuterdahl.* de fontt. hist. eccl. Eus. p. 56. sq. Eus. H. E. V, 12 not. 1. *H.*]

τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὧδέ πως γράφει κατὰ λέξιν· „καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι [1]) μαρτυροῦσιν, οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἰωάννῃ τῷ τοῦ κυρίου μαθητῇ συμβεβληκότες [2]), παραδεδωκέναι τὸν Ἰωάννην. Παρέμεινε γὰρ αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων.“ Καὶ ἐν τρίτῳ δὲ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ταὐτὸ τοῦτο δηλοῖ διὰ τούτων· „ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη, Ἰωάννου δὲ παραμείναντος αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων, μάρτυς ἀληθής ἐστι τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως.“ Ὁ δὲ Κλήμης ὁμοῦ τὸν χρόνον ἐπισημηνάμενος, καὶ ἱστορίαν ἀναγκαιοτάτην οἷς τὰ καλὰ καὶ ἐπωφελῆ φίλον ἀκούειν, προστίθησιν, ἐν ᾧ τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος ἐπέγραψεν αὐτοῦ συγγράμματι. Λαβὼν δὲ ἀνάγνωθι ὧδέ πως ἔχουσαν καὶ αὐτοῦ τὴν γραφήν· „ἄκουσον μῦθον οὐ μῦθον, ἀλλὰ ὄντα λόγον, περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου παραδεδομένον [3]), καὶ μνήμῃ πεφυλαγμένον. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν εἰς τὴν Ἔφεσον, ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν, ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσων, ὅπου

Cap. XXIII. 1) *Καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι.* Tres nostri codices Maz. Med. ac Fuk. vocem interserunt hoc modo, *καὶ πάντες δὲ οἱ πρεσβύτεροι.* Locus hic Irenaei exstat in lib. 2. cap. 39. ubi Irenaeus disputat, quot annos in terris vixerit Christus, et ex relatione seniorum qui cum Ioanne apostolo in Asia familiariter vixerant, asserit Christum plusquam quadraginta annorum spatio vitam prorogasse. Verba eius haec sunt ex veteri interpretatione: *Sicut evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Ioannem discipulum domini convenerunt, id ipsum tradidisse eis Ioannem. Permansit autem cum iis usque ad Traiani tempora.* — 2) Pro *συμβεβληκότες* Ion. habet *συμβεβηκότες* et post hoc Cph. addit *αὐτὸ τοῦτο*. *H.* — 3) *Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου λεγόμενον, καὶ ἡμῖν παραδεδομένον.* [Ita Reg. Steph. Sav. (Cph. MG. MSt.) *H.*] In tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuk. hic locus ita legitur: *περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου παραδεδομένον*, expunctis tribus illis vocibus, quae profecto parum necessariae videntur. [Neque illa agnovit Ruf. Clem. (T. II. p. 958. sq. ed. *Potter*. *Combefis.* auctar. noviss. bibl. P. P. T. I. p. 185.) Stroth. (Ion.) De re ipsa cf. *Reuterdahl.* de fontt. p. 25. sq. „Valet hic quod generatim de ore traditis valet: res principales verae esse possunt, quamvis ornamentis recens appositis non sint destitutae. *Nec, nisi fallor, consilium plane latet,* (?) *quo hic sint apposita: daretur μέγα παράδειγμα — — βλεπομένης.* — *Num haec verba ad aetatem narrationis eliciendam sufficiant, ego non definiam.*“ *Stroth.*

δὲ κλήρῳ ἕνα γέ [4]) τινα κληρώσων τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων. Ἐλθὼν οὖν καὶ ἐπί τινα τῶν οὐ μακρὰν πόλεων, ἧς καὶ τοὔνομα λέγουσιν ἔνιοι [5]), καὶ τἄλλα ἀναπαύσας τοὺς ἀδελφοὺς [6]), ἐπὶ πᾶσι τῷ καθεστῶτι προσβλέψας ἐπισκόπῳ, νεανίσκον ἱκανὸν τῷ σώματι, καὶ τὴν ὄψιν ἀστεῖον, καὶ θερμὸν τὴν ψυχὴν ἰδὼν, τοῦτον, ἔφη, σοὶ παρακατατίθεμαι μετὰ πάσης σπουδῆς, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρος. Τοῦ δὲ δεχομένου καὶ πάνθ᾽ ὑπισχνουμένου, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ διελέγετο καὶ διεμαρτύρετο. Εἶτα ὁ μὲν ἀπῆρεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον, ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἴκαδε τὸν παραδοθέντα νεανίσκον, ἔτρεφε, συνεῖχεν, ἔθαλπε, τὸ τελευταῖον ἐφώτισε. Καὶ μετὰ τοῦτο, ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου [7]). Τῷ δὲ ἀνέσεως πρὸ ὥρας λαβομένῳ, προσφθεί-

---

Uebersetz. T. I. p. 173. not. 5. *H.*] — 4) Ὅπου δέ γε κλῆρον ἕνα τινὰ κληρώσων. Hunc locum ex fide atque auctoritate trium codicum Maz. Med. ac Fuk. egregie restituimus, reiecta codicis Regii lectione, quae ferri omnino non potest. Quid enim sibi vult κλῆρον ἕνα τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων? At in lectione quam ex codicibus restituimus, plana sunt omnia. Sed et Rufini versio nostram emendationem confirmat. Sic enim habet: *rogabatur etiam vicinas lustrare provincias, quo vel ecclesias fundaret, in quibus non erant locis, vel in quibus erant, sacerdotibus ac ministris instrueret, secundum quod ei de unoquoque spiritus sanctus indicasset.* — 5) Ἧς καὶ τοὔνομα λέγουσιν ἔνιοι. Smyrnam vocat hanc urbem auctor chronici Alexandrini. [*Stroth. Uebers.* T. I. p. 174. not. 8. *Man glaubt, dass Clemens den Namen der Stadt deswegen nicht genannt, um dem Bischoffe Polycarpus keinen Flecken anzuhängen. H.*] — 6) *Καὶ τἄλλα ἀναπαύσας τοὺς ἀδελφούς.* Huius verbi vim ac proprietatem non intellexit Chrisostophorsonus. Vertit enim hoc modo: *Cum alia quaeque officia quae ad animos fratrum inter se dissidentium conciliandos pertinebant, obiisset,* etc. Atqui Clemens nihil dixit de fratrum discordia. Neque vero Graeca vox conciliationem significat, sed tantum consolationem. Ait igitur Clemens, Ioannem apostolum cum in illam urbem venisset, fratres adventu suo consolatum esse, cum post diuturnum exsilium quo Domitiani principatu exsulaverat, eum reducem tandem viderent. Potest etiam hoc verbum intelligi de praedicatione, qua Ioannes ecclesiam illius loci consolatus est. Utitur eadem voce Hegesippus infra lib. 4. cap. 22. Porro in codicibus nostris Maz. Med. ac Fuk. scriptum est sine apostrophe καὶ τὰ ἄλλα rectius. [Ita Reg. Str. *H.*] — 7) Τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου. Veteres Christiani ita baptismum vocabant, ut praeter ceteros docet Gregorius Nazianzenus in oratione quadragesima, ubi baptismum diversis nominibus a Christianis vocari observat. Δῶρον καλοῦμεν, χάρισμα, βάπτι-

ρονταί 9) τινὲς ἥλικες ἀργοὶ καὶ ἀπεῤῥωγότες, ἐθάδες κακῶν. Καὶ πρῶτον μὲν δι' ἑστιάσεων πολυτελῶν αὐτὸν ἐπάγονται, εἶτα

σμα, χρῖσμα, φώτισμα, ἀφθαρσίας ἔνδυμα, λουτρὸν παλιγγενεσίας, σφραγῖδα, πᾶν ὅ, τι τίμιον. Causam vero cur baptismum vocarent σφραγῖδα, idem Gregorius subiungit; quod scilicet baptismus sit conservatio et dominii nota. Male ergo Christophorsonus hunc Eusebii nostri locum de sacramento confirmationis interpretatus est. Sic enim vertit. *Postea vero ubi sigillo domini, id est sacramento confirmationis, tamquam perfecta tutaque eius animi custodia obsignasset, nonnihil de cura remisit.* Atqui Graeca id non sonant. Nam Clemens ait, episcopum cum adolescentem illum aliquando fovisset atque instituisset studiosissime, tandem illum baptizavisse. Postea vero curam illius adolescentis abiecisse; quippe cui perfectissimum custodem apposuisset, dominicum signaculum, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου. Christophorsonus illa verba ὡς ἐπιστήσας vertit, *ubi obsignasset*; cum vertere potius debuisset, *utpote qui obsignasset.* Hanc enim vim habet Graeca particula, et lectori indicat, id quod dicitur ad superiora referri debere. Cum igitur antea de baptismo locutus sit Clemens (id enim significat verbum illud ἐφώτισε), in hac etiam periodo de baptismo eum loqui necesse est. Sed et Eusebius in lib. VI. cap. 5. ubi de Basilide agit, baptismum vocat σφραγῖδα. Latini quoque eodem modo vocant *signaculum fidei.* Sic Rufinus in lib. I. adversus Hieronymum initio, et vetus auctor de haereticis non rebaptizandis a Nic. Rigaltio editus, signum fidei bis appellat baptisma, et signum simpliciter pag. 131. Clemens Alexandrinus in paedagogo pag. 41. ait baptismum multis nominibus appellari, χάρισμα, φώτισμα τέλειον. Et in excerptis Theodoti pag. 344. vocat baptismum σφραγῖδα, et σφράγισμα τῆς ἀληθείας, causamque affert nominis eandem quam Gregorius. Plura vide apud P. Halloixium in notationibus ad vitam sancti Polycarpi cap. 9. Quibus adde Epiphanium in haeresi Ebionaeorum cap. 4. et 34. [Cf. quae monuit Valesius ad Euseb. H. E. VI, 43. τοῦ τε σφαγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, et *Suicer.* Thes. T. II. p. 1198. sq. 1491. De solo baptismo nostro loco debere cogitari, equidem cum Valesio et Suicero puto esse certissimum. Docet hoc profecto satis praecedens ὡς atque ἐφώτισε, quod ad nihil aliud nisi baptismum posse referri omnes concedunt, unde ipsum τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου eo tantum pertinet, quod si tanquam aliquid a priori diversum esset cogitandum, accuratius debebat significari ab Eusebio, ut v. c. inserto vel καὶ vel ἔτι ante τὴν σφραγῖδα τ. κ. aut τὸ τέλειον φυλακτήριον, quo minime baptismus s. τὸ φωτίζειν, certe non solus tanquam τὸ τέλειον φυλακτήριον describeretur, sed alius ritus i. e. ἡ σφραγὶς τοῦ κυρίου, certe simul tanquam illud indicaretur. Similiter probant illud verba, quae inferius leguntur, βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου, quibus proprium baptismum praecessisse ostenditur; sed aliud quam illum antea factum esse ne ibi quidem et nec leviter quamvis illud esset satis opus,

τι καὶ μεῖζον συμπράττειν ἠξίουν. Ὁ δὲ κατ' ὀλίγον προσεθίζετο. Καὶ διὰ μέγεθος φύσεως, ἐκστὰς ὥσπερ ἄστομος καὶ εὔ-

---

significatur. Itaque non possum assentiri iis, quae disputavit *Augusti Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archäologie* Tom. VII. p. 16. *Es ist eine alte Streitfrage zwischen Christophorson, Bellarmin, Selden, Valesius, Dallaeus u. a.: ob das bei den Kirchenvätern oft vorkommende σφραγὶς, sigillum, signaculum u. s. w. das Zeichen des Kreuzes, — oder die Taufe, oder die Confirmation bedeute? Vgl. Bingham T. IV. p. 144 — 149. Allein dieser ganze Streit ist vergeblich und ohne eigentliches Moment.* (?) *Denn Jeder hat Recht* (quomodo hoc fieri potest?) *und kann für seine Meinung Beweise anführen, weil diese Ausdrücke das eine so gut wie das andre bezeichnen können und wirklich bezeichnen.* (Siquidem per se illas locutiones spectaveris. Sed singulis locis singulae illarum quomodo possunt significare plura?) *Bald ist es das antecedens, die der Taufe vorhergehende Vorbereitung durch Exorcisation, wobei der Täufling mit dem Kreuzeszeichen gesegnet wurde; bald die Taufhandlung selbst; bald das consequens, oder die darauf folgende Confirmation oder Einsegnung. In manchen Stellen lässt sich nicht mit Gewissheit bestimmen, in welcher Beziehung es gemeint sei.* Et hoc profecto solum possit suadere, ut putemus singulos illorum VV. DD., inter quos de hac re fuit contentio, recte ac iure suo contendisse, quia — adhuc sub iudice lis sit. Sed *Augusti* ipse concedit, illos locos, ubi non satis certa sit verbi illius significatio, nonnisi esse pauciores. Itaque certe plures alii debent docere, quid sit verius. Hoc statuendum et affirmandum puto, hoc Eusebii loco de solo baptismo illud σφραγὶς τοῦ κυρίου esse accipiendum, neque recte *Augusti* statim post illa verba, quae laudavi, inter ambiguos locos hunc ipsum retulit. Cf. p. 17. „*Hier können* ἐφώτισε *und* ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ κυρίου *allerdings zwei verschiedene Akte, Taufe und Confirmation, bezeichnen*; (ex nostra sensentia supra exposita hoc fieri nequit) *aber es ist nicht nothwendig, beides zu trennen.* (Imo utrumque debet coniungi, et idem significat h. l.) *Die Taufe heisst häufig* φωτισμος *und dieselbe heil. Handlung kann auch* σφραγις *heissen, in wiefern der Täufling für ein Eigenthum des Herrn erklärt wird.*" Φυλακτήριον vocari baptismum a Basil. M. hom. XIII. de baptism. p. 413. *Augusti* ipse (p. 21. num. 6.) commemorat. Sed nihilominus constans sibi V. D. l. l. p. 404. sq. utrum de baptismo an de confirmatione nostro loco sermo sit, incertum esse repetit, et p. 16. alios locos, ubi vis vocis σφραγὶς non satis possit definiri, laudat. Sed iustam causam non potui perspicere. In solis fortasse constitt. apostt. II, 14. ubi de Simone mago dicitur: τὴν ἐν κυρίῳ σφραγῖδα ἔλαβε, nonnihil possit dubitari de vocabuli significatione, sed semper puto illud stare ac manere, confirmationem veteri ecclesiae Graecae et Latinae prorsus fuisse inauditam, et recte Valesium hoc, quamvis catholicum, concessisse. *H.*] — 8) *Προσφθείρονται.* Huius verbi

ρωστος ἵππος ὀρθῆς ὁδοῦ, καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακὼν [9]), μειζόνως κατὰ τῶν βαράθρων ἐφέρετο. Ἀπογνοὺς δὲ τελέως τὴν ἐν θεῷ σωτηρίαν, οὐδὲν ἔτι μικρὸν διενοεῖτο, ἀλλὰ μέγα τὶ πράξας, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἀπολώλει, ἴσα τοῖς ἄλλοις παθεῖν ἠξίου [10]). Αὐτοὺς δὴ τούτους ἀναλαβὼν, καὶ ληστήριον συγκροτήσας, ἕτοιμος λήσταρχος ἦν, βιαιότατος, μιαιφονώτατος, χαλεπώτατος. Χρόνος ἐν μέσῳ, καί τινος ἐπιπεσούσης χρείας, ἀνακαλοῦσι τὸν Ἰωάννην. Ὁ δὲ, ἐπεὶ τὰ ἄλλα ὧν χάριν ἧκε κατεστήσατο, ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν παρακαταθήκην ἀπόδος ἡμῖν, ἣν ἐγώ τε καὶ ὁ Χριστός σοι παρακατεθέμεθα ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἧς προκαθέζῃ μάρτυρος. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐξεπλάγη, χρήματα οἰόμενος ἅπερ οὐκ ἔλαβε, συκοφαντεῖσθαι, καὶ οὔτε πιστεύειν εἶχεν ὑπὲρ ὧν οὐκ εἶχεν, οὔτε πιστεύειν Ἰωάννῃ. Ὡς δὲ τὸν νεανίσκον, εἶπεν, ἀπαιτῶ καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ, στενάξας κάτωθεν ὁ πρεσβύτης, καί τι καὶ [11]) ἐπιδακρύσας, ἐκεῖνος,

---

vim non intellexit Christophorsonus, ut ex versione eius apparet. *Προσφθείρεσθαι* idem est quod *προσέρχεσθαι*, nisi quod in malam partem sumitur. Eodem sensu *εἰσφθείρεσθαι* dicunt Graeci pro *εἰσέρχεσθαι*, ut notat Suidas. Quam vocem legere memini apud Gregorium Naz. in oratione 21. *ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν ταῖς ἐκκλησίαις εἰσεφθάρη.* Et paulo post de Gregorio Ariano loquens, *τῇ πολιτείᾳ παρεισφθαρέν.* Plura de hoc verbo alibi notavi, quae in praesentia non sunt ad manum. — 9) *Ἐνδακὼν* i. e. frenum mordens, reluctans dominorum suorum imperio. cf. Cic. ad Fam. XI, 23. *Ernesti* Clav. Cic. s. v. *mordere.* Sensu vero plane diverso, quo significat: servitutem subire, formula illa: *frena mordere* legitur apud Stat. Sylv. I, 2, 28. *Subiit leges et frena momordit* Martial. I, 104. cf. Tibull. Eleg. I, 3, 41. sq.

Illo non validus subiit iuga tempore taurus;
Non domito frenos ore momordit equus.

H. — 10) *Ἴσα τοῖς ἄλλοις παθεῖν ἠξίου.* Gruterus negativam particulam hic addidit *οὐκ ἠξίου.* Atque ita legisse videntur Rufinus et Musculus. Mihi magis placeret *ἀπηξίου.* Ferri tamen potest vulgata scriptura si voce illa *τοῖς ἄλλοις* non sodales adolescentes illius intelligas, sed alios latrones et sicarios. [*Ἠξίου* unice verum. *H.*] In codice Maz. Med. et Fuk. legitur *πράττειν ἠξίου.* Sed ea lectio ferri non potest, cum in eadem periodo praecedant haec verba *μέγα τι πράξας*, etc. Ubi tamen nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent *μέγα τὶ πρᾶξαι*, absque ullo sensu. — 11) *Καί τι καί.* Loquendi ratio prima specie insolentior, sed nec veteribus Graecis inaudita, et ita explicanda, ut prius *καὶ* sit copula, alterum significet *etiam.* Vid. Plat. Crit. I. *καί τι καὶ εὐ-*

ἔφη, τέθνηκε. Πῶς καὶ τίνα θάνατον; θεῷ τέθνηκεν, εἶπεν. Ἀπέβη γὰρ πονηρὸς καὶ ἐξώλης, καὶ τὸ κεφάλαιον, λῃστής. Καὶ νῦν ἀντὶ τῆς ἐκκλησίας τὸ ὄρος κατείληφε μεθ' ὁμοίου στρατιωτικοῦ. Καταῤῥηξάμενος οὖν τὴν ἐσθῆτα ὁ ἀπόστολος, καὶ μετὰ μεγάλης οἰμωγῆς πληξάμενος τὴν κεφαλὴν, καλόν γε, ἔφη, φύλακα τῆς τἀδελφοῦ ψυχῆς [12]) κατέλιπον. Ἀλλ' ἵππος ἤδη μοι παρέστω, καὶ ἡγεμὼν γινέσθω μοι τὶς τῆς ὁδοῦ. Ἤλαυνεν ὥσπερ εἶχεν, αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ χωρίον, ὑπὸ τῆς προφυλακῆς τῶν λῃστῶν ἁλίσκεται, μήτε φεύγων, μήτε παραιτούμενος, ἀλλὰ βοῶν· ἐπὶ τοῦτ' ἐλήλυθα, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα ὑμῶν ἀναγάγετέ με. Ὃς τέως ὥσπερ ὥπλιστο, ἀνέμενεν. Ὡς δὲ προσιόντα ἐγνώρισε τὸν Ἰωάννην, εἰς φυγὴν αἰδεσθεὶς ἐτράπετο [13]). Ὁ δὲ ἐδίωκεν ἀνὰ κράτος, ἐπιλαθόμενος τῆς ἡλικίας τῆς ἑαυτοῦ, κεκραγώς τί με φεύγεις τέκνον τὸν σαυτοῦ πατέρα, τὸν γυμνὸν, τὸν γέροντα; ἐλέησόν με τέκνον, μὴ φοβοῦ. Ἔχεις ἔτι ζωῆς ἐλπίδα. Ἐγὼ Χριστῷ δώσω λόγον ὑπὲρ σοῦ, ἂν δέῃ, τὸν σὸν θάνατον ἑκὼν ὑπομενῶ, ὡς ὁ κύριος τὸν ὑπὲρ ἡμῶν. Ὑπὲρ σοῦ τὴν ψυχὴν ἀντιδώσω τὴν ἐμήν. Στῆθι, πίστευσον, Χριστός με ἀπέστειλεν. Ὁ δὲ ἀκούσας, πρῶτον μὲν ἔστη κάτω βλέπων, εἶτα ἔῤῥιψε τὰ ὅπλα, εἶτα τρέμων ἔκλαε πικρῶς. Προσελθόντα δὲ τὸν γέροντα, περιέλαβεν ἀπολογούμενος ταῖς οἰμωγαῖς ὡς ἐ-

---

εργετεῖται ὑπ' ἐμοῦ ubi *Fischerus* temere scribi volebat καί τοι καὶ, quod longe aliam vim habet. Imo recte recentiores editores illo loco καί τι καὶ retinuerunt. Cf. Thucyd. II, 17. καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον διεκώλυε. IV, 5. καί τι καὶ αὐτοὺς ὁ στρατὸς ἔτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ὢν ἀπέσχε. Arrian. II, 22. Lucian. somn. c. 16. Sigillatim hac de re egit *T. S. Forbiger* in *Prolusione animadversiones ad quaedam Platonis loca continente*, Lipsiae 1824. p. 1. sq. Praeterea inde minus etiam insolens videri potest καὶ ἔτι καὶ νῦν, quod interdum usurpavit Eusebius. cf. I, 1. not. 16. ubi verborum transpositio a Steph. proposita, quia sane amat verba transponere Eusebius, alias esset admittenda, nunc autem sententiam meam ibi propositam magis etiam confirmari puto. Similiter καὶ δὴ καὶ legitur Cap. 24. init., quod non recte in καὶ δὴ mutandum videtur Valesio. Et Xenoph. Mem. III, 7, 8. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἕτεροι recte dedit Ernestius pro vulgato καὶ γὰρ οἱ ἕτ. *H.* — 12) *Καλόν γε ἔφη φύλακα τῆς τἀδελφοῦ ψυχῆς.* Codex Fuk. et Savilii vocem interserunt hoc modo: κάλον γε ἔφη φύλακά 'σε τῆς, etc. quae vox non mediocrem addit elegantiam. Porro in vetustissimo codice Maz. post vocem κατέλιπον adscriptum est punctum cum virgula, quae nota est indignationis. Haec enim verba cum vehementi quadam indignatione pronuntiari debent. — 13) *Εἰς φυγὴν αἰδεσθεὶς ἐτράπετο.* Haec est scriptura codicis Regii. Sed reliqui

ἐδύνατο, καὶ τοῖς δάκρυσι βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου [14]), μόνην ἀποκρύπτων τὴν δεξιάν. Ὁ δ' ἐγγυώμενος, ἐπομνύμενος, ὡς ἄφεσιν αὐτῷ παρὰ τοῦ σωτῆρος ηὕρηται [15]), δεόμενος, γονυπετῶν, αὐτὴν τὴν δεξιὰν ὡς ὑπὸ τῆς μετανοίας κεκαθαρμένην καταφιλῶν, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐπανήγαγε. Καὶ δαψιλέσι μὲν εὐχαῖς ἐξαιτούμενος, συνεχέσι δὲ νηστείαις συναγωνιζόμενος [16]), ποικίλαις δὲ ῥήσεσι λόγων [17]) κατεπάδων αὐτοῦ τὴν γνώμην, οὐ πρότερον ἀπῆλθεν ὥς φασι, πρὶν αὐτὸν κατέστησε [18]) τῇ

---

codices Maz. Med. Fuk. et Savil. scriptum habent ἐτρέπετο. — 14) Βαπτιζόμενος ἐκ δευτέρου. Eleganter locutus est Clemens Alexandrinus. Nam poenitentia alter baptismus est, qui lacrymarum fonte perficitur, ut ait Gregorius Naz. in oratione de baptismo. [Ad eundem βαπτισμὸν διὰ δακρύων alludit Sedulius lib. III. ubi de peccatrice, de qua Luc. VII. sermo est, ita canit:

— — — purgata recessit
Per gemitum, propriisque *lavans* in gurgite fletus
Munda suis lacrymis redit et detersa capillis.

Cf. *Suicer.* Thes. Tom. 1. p. 627. 6. p. 628. *H.*] Porro in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni βαπτιζόμενος ἐκ τοῦ ἑτέρου. Sed Regii codicis lectionem magis probo. — 15) Παρὰ τοῦ σωτῆρος εὕρηται. Rufinus et reliqui interpretes in futuro verterunt, quasi legeretur εὑρήσεται, quod non probo. Efficacius enim erat ad confirmandam iuvenis mentem, iurare se veniam scelerum illius impetrasse a deo, quam polliceri se impetraturum. Nostri codices Maz. Med. et Fuk. scriptum habent ηὕρηται. — 16) Νηστείαις συναγωνιζόμενος. In codice Regio scriptum reperi ἐξευμενιζόμενος. Vulgata tamen scriptura magis placet, quam in nostris exemplaribus invenimus. Sed et Rufinus eandem lectionem secutus est, cum ita vertit: *Et cum ipso pariter ducens crebra ieiunia.* Nicephorus quoque habet συναιρόμενος, quod idem est ac συναγωνιζόμενος. Porro verbum ἐξευμενιζόμενος videtur esse scholion seu interpretatio vocis praecedentis ἐξαιτούμενος, aut contra. — 17) Ῥήσεσι λόγων. Longe elegantior videtur lectio codicis Regii σειρῆσι λόγων, quomodo etiam legitur apud Nicephorum in lib. 2. cap. 42. Vulgatam tamen scripturam tuetur Rufinus, qui sic vertit: *Sed et variis sermonum consolationibus, velut quibusdam praecantationibus, efferos et exterritos eius animos mitigabat.* Sane σειρῆνες nimis molle hoc loco vocabulum est, ῥήσεις autem λόγων, sunt dicta vel sententiae ex sacris voluminibus excerptae, quibus Ioannes iuvenis illius poenitentiam agentis, animum atque aures demulcebat. [Σειρῆσι ex Reg. MSt. MG. Clem. Nic. Ruf., Stroth. scripsit. cf. *Combefisius* ad auct. noviss. P. P. l. l. Ῥήσεσι Steph. Val. (Maz. Med. Fuk. Ion.) *H.*] — 18) Κατέστησε τῇ ἐκκλησίᾳ. Rufinus hunc

ἐκκλησίᾳ, διδοὺς μέγα παράδειγμα μετανοίας ἀληθινῆς, καὶ μέγα γνώρισμα παλιγγενεσίας, τρόπαιον ἀναστάσεως βλεπομένης.“

---

locum ita vertit: *Nec prius abstitit quam eum in omnibus emendatum etiam ecclesiae praefeceret.* Rufinum secutus est Christophorsonus: quorum tamen interpretationem probare non possum. Neque enim convenit apostolicae disciplinae, ut homo caedis ac latrocinii reus, licet peracta poenitentia, episcopus fuerit ordinatus. Itaque magis placet scriptura quam in quatuor nostris codicibus inveni Maz. Med. Fuk. et Saviliano *ἀποκατέστησε τῇ ἐκκλησίᾳ*, quam lectionem secuti videntur Langus et Musculus. Nicephorus quidem huius loci sensum ita expressit: *πρὶν ἢ στεῤῥῶς αὐτὸν ἐπιστῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ.* Eodem verbo usus est Georgius Syncellus in huius historiae narratione, *καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιστήσας.* Sed fortasse quidam nostrorum codicum lectionem repudiabunt, eo quod Clemens iam dixerit, iuvenem illum a Ioanne apostolo in ecclesiam reductum fuisse, *ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐπανήγαγε.* Quod si hoc loco legamus *ἀποκατέστησε τῇ ἐκκλησίᾳ*, inepta erit ac superflua eiusdem rei repetitio. Respondeo restituere ecclesiae, non idem esse ac reducere in ecclesiam. Reducitur enim ad ecclesiam, qui poenitentiam acturum se esse profitetur. Restituitur autem ecclesiae is, qui peracta poenitentia reconciliatoriam manus impositionem accepit. Atque hoc sensu vocem *restituere* usurpat Tertullianus in libro de pudicitia pluribus locis. Ceterum quod hic legimus, Iohannem apostolum latroni ac homicidae post poenitentiam pacem indulsisse, id dispensatione ab eo factum intelligere debemus. *Multa enim huiusmodi fecerunt apostoli non ex disciplina, sed ex potestate,* ut loquitur Tertullianus in dicto libro cap. 21. [Ego retinendum putavi *κατέστησε* cum Reg. Steph. Clem. Ruf. (MSt. etc.) et Strothio, cum in eo non insit, quod Val. putat inductus falsa interpretatione Rufini. Fictum vero discrimen inter *ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν* et *ἀποκαθιστάναι.* Vid. Chrysost. T. XII. p. 398. B. *καὶ μὴ πρότερον ἀποστῇς, ἕως ἂν αὐτὸν (τὸν ἀπολειφθέντα, τὸν ἀποπλανηθέντα) ἐπαγάγῃς καὶ τῇ μητρὶ (τῇ ἐκκλησίᾳ) συνάψῃς.* Cf. *Matthaei homm. Chrys.* Vol. II. p. 126. not. 149. De narratione ipsa, vera a falsis lectores facile dignoscent. *H.*]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ.

Περὶ τῆς τάξεως τῶν εὐαγγελίων.

(Nic. H. E. II, 45.)

Ταῦτα τοῦ Κλήμεντος, ἱστορίας ὁμοῦ καὶ ὠφελείας τῆς τῶν ἐντευξομένων ἕνεκεν, ἐνταῦθά μοι κείσθω. Φέρε δὲ καὶ τοῦδε τοῦ ἀποστόλου τὰς ἀναντιῤῥήτους ὑποσημηνώμεθα [1]) γραφάς. Καὶ δὴ καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ἐυαγγέλιον [2]) ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν διεγνωσμένον ἐκκλησίαις [3]), πρῶτον ἀνομολογείσθω. Ὅτι γεμὴν εὐλόγως πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐν τετάρτῃ μοίρᾳ τῶν ἄλλων τριῶν κατείλεκται, ταύτῃ ἂν γένοιτο δῆλον. Οἱ θεσπέσιοι καὶ ὡς ἀληθῶς θεοπρεπεῖς, φημὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ τοὺς ἀποστόλους, τὸν βίον ἄκρως κεκαθαρμένοι, καὶ ἀρετῇ πάσῃ τὰς ψυχὰς κεκοσμημένοι, τὴν δὲ γλῶτταν ἰδιωτεύοντες, τῇ γεμὴν πρὸς τοῦ σωτῆρος αὐτοῖς δεδωρημένῃ θείᾳ καὶ παραδοξοποιῷ δυνάμει θαρσοῦντες, τὸ μὲν ἐν περινοίᾳ καὶ τέχνῃ λόγων τὰ τοῦ διδασκάλου μαθήματα πρεσβεύειν, οὔτε ᾔδεισαν οὔτε ἐνεχείρουν, τῇ δὲ τοῦ θείου πνεύματος τοῦ συνεργοῦντος αὐτοῖς ἀποδείξει, καὶ τῇ δι' αὐτῶν συντελουμένῃ θαυματουργῷ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει μόνῃ χρώμενοι, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τὴν γνῶσιν ἐπὶ πᾶσαν κατήγγελλον τὴν οἰκουμένην, σπουδῆς τῆς περὶ τὸ λογογραφεῖν μικρὰν ποιούμενοι φροντίδα. Καὶ τοῦτ' ἔπραττον, ἅτε μείζονι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐξυπηρετούμενοι διακονίᾳ. Ὁ γοῦν Παῦλος [4]) πάντων ἐν

gus et Christophorsonus *praefectum Iudaeae* vertit. Nam Romani imperatores non mittebant praefectos ad regendas provincias, sed tantum ad gentes barbaras quae Romanis foederatae erant. Sic gentes Maurorum per praefectos a Romanis imperatoribus missos regebantur, ut ex Augustino aliisque scriptoribus notavi ad Ammianum Marcellinum. Ex quo interpretari soleo locum Spartiani in Hadriano: *Marcium Turbonem post praefecturam Mauritaniae, infulis ornatum Pannoniae, Daciae quoque ad tempus praefecit.* Sola ex provinciis Aegyptus erat, quam praefecti regebant loco regum. Quare hoc loco *ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας* non est exponendus *praefectus Iudaeae*, cum Iudaea nunquam a praefectis administrata sit, sed potius *praeses* aut *legatus provinciae Palaestinae.* Nam Palaestina seu Iudaea, tunc temporis per legatos caesaris regebatur, ut superius observavi. Fuit ergo Tinius Rufus legatus Caesaris pro praetore provinciae Iudaeae seu Palaestinae, sicut antea Lusius Quietus fuerat sub Traiano. — 3) *Βαρχοχεβᾶς ὄνομα ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ.* Tres nostri codices Maz. Med. ac Fuketii hunc locum paulo aliter scriptum exhibent *Βαρχωχέβας ὄνομα, ἀστέρα δηλοῖ τοῦτο.* In Regio autem exemplari legitur *Βαρχωχεβᾶς ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ.* Atque ita plane Nicephorus in capite 24. lib. III. De hoc Barchocheba Hieronymus in apologia II. adv. Rufinum: *Tu videlicet flammeus, imo fulmineus, qui in loquendo fulminas. Atque ut ille Barchochebas auctor seditionis Iudaicae, stipulam in ore accensam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere videretur* etc. Simili quondam fraude Eunus Syrus, qui bellum civile in Sicilia concitavit, in ore abditam nucem gestans, quam sulfure et igne stipaverat, ac leniter inspirans, flammam inter verba fundebat ut scribit Florus III, 19. — 4) *Φονικὸς καὶ λῃστρικός τις ἀνήρ.* Haec est lectio codicis Regii. Verum in Maz. Med. et Fuk. ita scriptum habetur *λῃστρικὸς καὶ φονικὸς ἀνήρ.* Nicephorus tamen cum codice Regio consentit, prorsus ut illum videatur exscribere. — 5) *Οἷα ἐξ ἀνδραπόδων.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. et apud Nicephorum legitur *οἷα ἐπ᾽ ἀνδραπόδων.* Quam lectionem secuti sunt Rufinus et Christophorsonus. Iudaeos vocat *mancipia*, ob ignobilitatem atque egestatem, et quod plerique eorum ex captivis qui sub Tito venundati fuerant, originem ducebant. [Sensus loci hic est: facile decepit alios Barcochbas, ut qui potissimum eos ad partes suas traheret, qui ipsa stirpe sua vili et abiecta facilius ei obsequerentur. Miro autem modo *Stroth*, *Uebersetz.* T. I. p. 229 not. 2. verba illa *οἷα ἐξ ἀνδραπόδων* ita interpretatur: *Das ist, mit einfältigen, niedrig-*

ἐπηλυθεὶς, κακουμένοις τε ἐπιλάμψαι τερατευόμενος. Ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ κατὰ Βίθθηρα πόλιν [6]), ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ σφόδρα πόῤῥω διεστῶσα, τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας

---

denkenden und abergläubischen, die leicht aus einem Namen etwas auguriren." Quod quomodo significare possit ἀνδράποδα, me non intelligere fateor. *H.*] — 6) *Κατὰ Βήθθηρα πόλιν.* Ita legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. [Et Stroth. Legitur autem *Βήθθηρα* simul apud Sav. (MSt. etc.) et Ruf. *H.*] Verum in codice Maz. Med. ac Fuketiano, nec non apud Nicephorum *Βίθθηρα* scriptum est. Scripti codices Rufini habent *apud Betharu oppidum.* Quare videndum est an eadem sit cum Betthar, quae in itinerario Burdigalensi mutatio dicitur, quinquaginta et duobus millibus passuum distans ab urbe Hierosolymitana. Est et Bethar villa in eodem itinerario 12. millibus distans ab urbe Hierosolyma. Hieronymus in epitaphio Paulae utramque Bethoron vocare videtur. Iter enim Paulae describens a Caesarea Hierosolymam usque: *A Nicopoli*, inquit, *proficiscens adscendit Bethoron inferiorem et superiorem, urbes a Salomone conditas, sed postea varia bellorum tempestate deletas.* De hac urbe in Talmude Hierosolymitano ita scribitur folio 69. col. prima: *tradidit Rabbi Iosse. Urbs Biter condita est duobus et quinquaginta annis post dirutum templum.* Ibidem describitur, quanta in urbe ista clades Iudaeorum acciderit. Sed multa fabulosa intermixta sunt, quae referre superfluum duxi. Lubet tamen hic describere ea, quae leguntur in dicto Talmude fol. 68. col. 4. in tractatu de ieiuniis: *dixit Rabbi Iochanam: Hadrianus Caesar occidit in Biter octingenta hominum millia. Idem R. Ioshanam ait: octoginta millia tubicinum cingebant urbem Biter, quorum unusquisque maximis praeerat copiis.* Ibidem paulo infra: *Iam tres annos et menses sex Hadrianus Caesar urbem Bitter vallo circumdatam obsidebat: interea vero R. Elieser Modaus quotidie sacco indutus caput cinere conspergebat, et deum precabatur hoc modo: domine mundi, ne iudicium exerceas hodie, ne iud. exerc. hodie. Cumque Hadrianus obsidionem solvere decrevisset, Samaritanus quidam ad eum accessit, spondens se urbem ei traditurum. Ingressus igitur in urbem Samaritanus Elieserem Modaum precantem offendit finxitque se nescio quid ei in aures insusurrare; quod cum incolae urbis animadvertissent, adduxerunt Samaritanum ad Cosbam. Hic se Messiam esse praedicabat. Cosbas igitur interrogabat Samaritanum, quidnam dixisset R. Elieseri Modao, et quid ipsi respondisset Elieser. Cui ille: Si tibi dixero, inquit, occidet me Hadrianus. Nisi dixero, tu me interficies. Quare dicam. Malo enim a meo rege interfici quam abs te. R. Eliescr convenit mecum, ut traderet Biter Hadriano. Adductum illico R. Elieserem interrogavit Cosba quid ipsi dixisset Samaritanus et quid ipse dixisset Samaritano. Respondit Elieser, nec Samaritanum quidquam ipsi dixisse, nec ipsum Samaritano. Quibus auditis Cosba Elieserem uno pedis ictu interfecit, statimque capta est urbs Bither et Cosba*

χρονίου γενομένης, λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων, καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς [7]) πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νό-

---

necatus. — 7) Τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται. Idem scribitur in chronico Eusebii, anno 18. imperii Hadriani: *Bellum Iudaicum quod in Palaestina gerebatur, finem accepit, rebus Iudaeorum penitus oppressis, ex quo tempore, etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata, primum dei nutu, deinde Romanis interdictionibus.* Eiusdem interdicti meminit Tertullianus in libro contra Iudaeos cap. 15. *Et exinde quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Iudaeorum.* Et paulo post: *quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam tantum oculis vestris videre permissum est.* Idem quoque Tertullianus in apologetico cap. 16. eleganter de Iudaeis dicit: *Dispersi, palabundi, et coeli et soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine deo rege, quibus nec advenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.* Celsus quoque apud Originem lib. VIII. in fine eadem testatur de Iudaeis: οἷς οὐδ᾽ ὁποία τις βῶλος, οὐδ᾽ ἑστία καταλείπεται. Gregorius Naz. in oratione 12. p. 202. de postrema Iudaeorum dispersione loquens, testatur Iudaeis fas non fuisse patriam adire, et Hierosolymorum solo insistere, nisi unico anni die quatenus patriam prospectantes, lugere solitudinem et exsilium suum possent. Quem locum non intellexit Billius. Μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα καθ᾽ ἧς ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος, μόγις γινωσκόμενον· ἧς τοσοῦτον ἐπιβατὸν αὐτοῖς ἐπὶ μόνον, καὶ τοσοῦτον ἀπολαύουσι τῆς ποτὲ αὐτῶν δόξης, ὅσον ἐν ἡμέρᾳ φανέντες θρηνῆσαι τὴν ἐρημίαν. Id est: *unum illis monumentum calamitatis est totus terrarum orbis per quem dispersi sunt: et sublatus dei cultus, et ipsius Hierosolymae solum vix facile cognitu, quam hactenus ipsis introire licet, et vetere sua gloria hactenus fruuntur, ut uno die conspecti vastitatem et excidium eius lugeant.* Die scilicet quo capta et eversa quondam fuerant a Romanis Hierosolyma, Iudaei ex variis gentibus in Palaestinam conveniebant, et mercede militibus persoluta, introibant in eam urbis partem, ubi quondam fuerat templum Salomonis, ibique excidium templi et civitatis suae plangebant, ut ex Hieronymo et ex itinerario Burdigalensi dudum observavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis p. 198. Quibus adde locum Hieronymi in epistola ad Hedybiam quaestione 8. *Ex eo tempore Hierusalem non appellatur civitas sancta, sed sanctitatem et pristinum nomen amittens, spiritualiter vocatur Sodoma et Aegyptus: ut aedificetur pro eo civitas nova quam fluminis impetus laetificat, et de cuius medio egreditur fons, qui totius mundi amaritudinem mitigavit; ut miserabilis Israel ruinas templi nudatis plangat lacertis, et in Christo turba credentium nova quotidie videat ecclesiae tecta consurgere.* Ac mihi quidem videtur Iudaeis id permis-

μου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν 8) τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου, Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος 9) ἱστορεῖ. Οὕτω δὴ τῆς πόλεως εἰς ἐρημίαν τοῦ

---

sum fuisse per eos dies quibus mercatus solemnis fiebat ad Terebinthum. Cum enim ad eum mercatum multi ex barbaris convenirent, hac occasione etiam Iudaei eo confluebant; non quidem ob mercatum quem vel maxime vitabant, eo quod olim maiores ipsorum ibi venundati fuissent, sed ut ruinas templi inviserent ac salutarent. Idque coniicio ex militibus, quos Iudaeis plangentibus appositos fuisse testatur Hieronymus. Nam in mercatibus illis qui ad limitem fiebant, apponebatur centurio cum militibus, ut notavi ad librum XXVII. Ammiani Marcellini. Coniecturam autem nostram adiuvat Hieronymi locus in cap. 31. Hieremiae, ubi scribit execrabile fuisse Iudaeis, mercatum celeberrimum qui quotannis fiebat ad Terebinthum, invisere. Ceterum notandum est, Eusebium quidem tum hic tum in chronico id tantum dicere, a temporibus Hadriani vetitum fuisse Iudaeis in urbem Hierosolyma et in vicinum sibi agrum introire. Quod quidem confirmat Gregorii locus a nobis allatus. Alii tamen non modo in urbem sacram, sed universam Palaestinae regionem ingredi vetitos scripserunt. Ita praeter Tertullianum Eusebius ipse in libro octavo de demonstratione: πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀρχῆς καὶ πολεμίων ἄξια πεπόνθασι, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς ἐκ θεοῦ πληγήν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀλλοφύλοις ἔθνεσι παρεδόθη, καὶ τὸ ἱερὸν κατεσκάφη, αὐτοί τε τῆς ἰδίας χώρας ἐξηλάθησαν, τοῖς πολεμίοις ἐχθροῖς δουλεύοντες. — 8) Ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος. Eadem loquendi forma Philo utitur in libro quod omnis probus liber, οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῷον ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένοις. [Formula ἐξ ἀπόπτου legebatur iam I, 1. Ἄποπτον autem est specula, locus editus, unde prospici potest et circumspici. vid. Sophocl. Philoc. v. 467. Eustath. ad Hom. Od. I, 426. Suidas s. v. ἐξ ἀπόπτου. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 289. cf. Lysias p. 283. ed. Reisk. Hinc improprio sensu legitur apud Aesch. dial. III, 13. ubi est: non expertum esse, et opponitur: διὰ χειρὸς ἔχειν. cf. Plat. Apol. 20. Barth. ad Claudian. p. 407. Insolentiori significatione, qua significat: haud adspectabilis, ἄποπτος apud eosdem patres legitur. vid. Suicer. Thes. T. I. p. 469. cf. Sophocl. Aiac. v. 15. Ad rem cf. Stroth. Uebers. T. I. p. 229 not. 4. H.] — 9) Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. Id est, ex urbe Syriae Pella, quae post excisam a Tito urbem Hierosolyma, sedes fuit episcopatus Hierosolymitani, ut scribit Eusebius. Ceterum Scaliger Aristonis Pellaei verba esse existimavit quaecumque leguntur supra ab his vocibus ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, eaque passim Aristonis nomine citat, in quo tamen ei assentiri non possum. Nam et verba ipsa Eusebii stilum prorsus redolent, et Aristo Pellaeus obsidionem illam Bettherae et expugnationem Iudaeorum fusius prosecutus fuerat. Quod si ipsa essent Aristonis verba, nequaquam id tacuisset Euse-

Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ παντελῆ φθορὰν τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης, ἐξ ἀλλοφύλου τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις 10) τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν

---

bius. Nam quoties verba ipsa auctorum adducturus est, semper de eo lectorem admonet. Cum autem addit ἱστορεῖ vel ἱστοροῦσι, indicat eam rem a scriptoribus illis quos laudat, fusius commemorari. Porro hic Aristo Pellaeus auctor esse dicitur libelli cuiusdam, cui titulus erat, disputatio Iasonis et Papisci. Ita scribit Maximus in scholiis ad librum Dionysii de mystica Theologia cap. 1. ἀνέγνων δὲ τοῦτο ἑπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων, τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησὶν ἀναγράψαι. Huius libelli meminit Celsus, et Origenes in lib. IV. contra Celsum. Eundem ex Graeco in Latinum sermonem vertit Celsus quidam. Sed sola eius praefatio hodie superest inter opuscula Cypriani. [Cf. *Cave* hist. Vol. I. p. 24. vid. *Keilius* ad *Fabric.* Bibl. Graec. Vol. IV. p. 157. *H.*] — 10) Ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις. Dupliciter hic fallitur Eusebius: tum quod urbem Hierosolyma sub Hadriano penitus eversam fuisse scribit, tum quod Aeliam Capitolinam ab eodem Hadriano conditam esse existimavit post expugnationem Bettherae. Quod ad primum attinet, constat ex Iosepho Hierosolyma prorsus eversa fuisse a Tito, ita ut aratrum etiam eius solo fuerit impressum. Quomodo igitur iterum eversa sunt ab Hadriano, quae iamdudum esse desierant? Certe Eusebius hoc quidem in loco, aperte non dicit Hierusalem ab Hadriano eversam fuisse, sed id tantum obscure innuit. In libris autem de demonstratione et in chronico, diserte affirmat Hierusalem funditus ab Hadriano eversam fuisse. Ex quo obiter perspici potest, hos ecclesiasticae historiae libros longe accuratius ab Eusebio elaboratos esse quam reliqua eius scripta. Quod vero ad conditum Aeliae spectat, tantum abest ut condita fuerit ab Hadriano post partam de Iudaeis victoriam. Immo bellum Iudaicum ex Aeliae conditu originem cepit. Nam cum Iudaei urbis suae solum ab alienigenis occupatum viderent, et in eo ipso loco in quo dei templum olim fuisset, sacra fieri Iovi Capitolino animadverterent, eam iniuriam minime ferendam rati, arma corripuerunt, et initium fecerunt huius belli quod hic narrat Eusebius, quodque anno 16. Hadriani coeptum, octavodecimo aut nono finem tandem accepit. Aelia vero Capitolina diu ante condita fuerat, anno scilicet 2. Hadriani, ut scribitur in chronico Alexandrino. [Vide veriora tradita *Schröckh.* *christl. K. G.* T. II. p. 396 — 399. cf. quos laudat *Reading.* ad h. l.; *Beveregius* annot. in concil. Nic. primi can. VI. p. 61. *Pagi* Crit. T. I. p. 129. Historiam novae urbis Aeliae scripsit sigillatim *Deyling.* Observ. Sacr. T. V. *H.*] Plura Scaliger in animadversionibus, quem in hac quidem parte libenter sequor. Sed quod pag. 199. Hilarium reprehendit et Athanasium quod dixerint sua aetate nullam amplius fuisse Hierusalem, in hoc non assentior Scaligero. Recte enim id dictum est a sanc-

τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. Καὶ δὴ τῆς αὐτόθι ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, πρῶ-

---

tissimis patribus, cum ea urbs quae tunc temporis dicebatur Hierusalem, Aelia potius esset, nec nisi abusive Hierusalem vocaretur. Neque enim Hierosolyma instauravit Hadrianus, cum Iudaei hostes tunc essent populi Romani. Sed Aeliam coloniam civium Romanorum condidit, a cuius ingressu etiam Iudaeos arceri voluit. Itaque a temporibus Hadriani usque ad Constantinum magnum, semper Aelia vocata est, a tempore autem Constantini magni, Hierosolymorum nomen quasi postliminio repetiit, tum ob splendorem illius nominis, tum ob primitivae sedis praerogativam. Revera tamen Aelia erat, non Hierusalem. Adeoque in canone 7. concilii Nicaeni episcopus Aeliae vocatur. Verum post celeberrimum illud martyrium a Constantino aedificatum in resurrectionis dominicae loco ambitio episcoporum obtinuit, ut Hierusalem potius quam Aelia diceretur. Sed id κάταχρηστικῶς factum est ut dixi. Itaque recte locuti sunt Hilarius et Athanasius, quibus addendus est etiam Eusebius in sermone 2. de resurrectione: *Si autem dubitant, ostendant civitatem suam post ea quae ausi sunt stantem.* Et in lib. V. demonstrationis cap. 13. Et Gregorius Nazianzenus in orat. 12. καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον· ἧς τοσοῦτον ἐπιβατὸν αὐτῆς ἐστι μόνον, etc. Vides ut Gregorius testatur, solum Hierosolymorum sua aetate vix agnosci potuisse, et Iudaeos vastitatem eius etiamtum luxisse, respiciens videlicet ad veram et priscam Hierusalem, non ad novam illam quae vetus nomen falso usurpaverat. Improprie igitur locutus est Hieronymus in epitaphio Paulae, cum dicit: *Ingressa est Hierosolymam, urbem trinominem, Iebus, Salem, Hierusalem, quae ab Aelio postea Hadriano de ruinis et cineribus civitatis in Aeliam suscitata est.* Nam ut saepe dixi, nunquam ea mens Hadriani fuit, ut urbem Hierosolymam suscitaret, quippe qui infensissimus esset Iudaeis, qui tunc hostes erant populi Romani, sed Aeliam urbem condidit, et in ea templum Iovis Capitolini, quo Iudaeos ab eo loco quem summa veneratione prosequebantur, penitus arceret. Rectius ergo Beda, seu quis alius, in expositione locorum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apostolorum: *Hierusalem,* inquit, *metropolis quondam Iudaeae, quae nunc ab Aelio Hadriano Caesare, quod eam a Tito destructam latiore situ instauraverit, Aelia cognominata est: cuius opere factum est, ut loca sancta, id est, dominicae passionis et resurrectionis, quondam extra urbem iacentia, nunc eiusdem urbis muro septentrionali circumdentur.* Porro Aelia diu post Constantini tempora nomen suum retinuit. Certe in itinerario Antonini et in tabula Putingerorum non aliter vocatur quam Aelia, vitio tamen librariorum Helia Capitolina vulgo scribitur. Sed et Chrysostomus in oratione 3. adversus Iudaeos ita appellatam fuisse aetate sua testatur: *Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν· ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθε-*

τος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους, τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

Τίνες κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ γεγόνασι ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγοί.

(Nic. H. E. IV, 2—4.)

Ἤδη δὲ λαμπροτάτων δίκην φωστήρων τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἀποστιλβουσῶν ἐκκλησιῶν, ἀκμαζούσης τε εἰς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τῆς εἰς τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως, ὁ μισόκαλος δαίμων οἷα τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἀεὶ τυγχάνων πολεμιώτατος, πάσας στρέφων κατὰ τῆς ἐκκλησίας μηχανάς, πάλαι μὲν τοῖς ἔξωθεν διωγμοῖς κατ᾽ αὐτῆς ὡπλίζετο· τότε γε μὴν τούτων ἀποκεκλεισμένος, πονηροῖς καὶ γόησιν ἀνδράσιν ὥσπερ τισὶν ὀλεθρίοις ψυχῶν ὀργάνοις διακόνοις τε ἀπωλείας χρώμενος, ἑτέραις κατεστρατήγει μεθόδοις, πάντα πόρον ἐπινοῶν, ὡς ἂν ὑποδύντες γόητες καὶ ἀπατηλοὶ τὴν αὐτὴν τοῦ δόγματος ἡμῖν προσηγορίαν, ὁμοῦ μὲν τῶν πιστῶν τοὺς πρὸς αὐτῶν ἁλισκομένους, εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἄγοιεν, ὁμοῦ δὲ τοὺς τῆς πίστεως ἀγνῶτας δι᾽ ὧν αὐτοὶ δρῶντες ἐπιχειροῖεν, ἀποτρέποιντο τῆς ἐπὶ τὸν σωτήριον λόγον παρόδου. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Μενάνδρου ὃν διάδοχον τοῦ Σίμωνος ἤδη πρότερον παραδεδώκαμεν 1), ἀμφίστομος ὥσπερ καὶ δικέφαλος ὀφιώδης τις προελθοῦσα δυνάμις, δυεῖν αἱρέσεων διαφόρων 2) ἀρχηγοὺς κατεστήσατο, Σατορνῖνόν 3) τε Ἀντιοχέα τὸ γένος, καὶ Βασιλείδην Ἀλεξανδρέα, ὧν ὁ μὲν κατὰ Συρίαν,

---

λέοντος αὐτήν. Hieronymus in epistola ad. Dardanum de terra repromissionis: *cum ipsa metropolis tua, prius Iebus, postea Salem, tertio Hierosolyma et nunc Aelia.*

Cap. VII. 1) *Παρεδώκαμεν* Steph. *H.* — 2) *Δυεῖν αἱρ. ἀρχηγοὺς, διαφόρων δὲ τούτων* Stroth. legit cum Steph., *διαφόρων* omittit Cph. *H.* — 3) *Σατορ-*

ὁ δὲ κατ᾿ Αἴγυπτον, συνεστήσαντο θεομισῶν αἱρέσεων διδασκαλεῖα[4]). Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τὸν Σατορνῖνον τὰ αὐτὰ τῷ Μενάνδρῳ ψευδολογῆσαι ὁ Εἰρηναῖος δηλοῖ, προσχήματι δὲ ἀπορρητοτέρων, τὸν Βασιλείδην[5]) εἰς τὸ ἄπειρον τεῖναι τὰς ἐπινοίας[6]), δυσσεβοῦς αἱρέσεως ἑαυτῷ τερατώδεις ἀναπλάσαντα μυθοποιΐας. Πλείστων οὖν ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν[7]) κατ᾿ ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἀληθείας ὑπεραγωνιζομένων, λογικώτερόν τε τῆς ἀποστολικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς δόξης ὑπερμαχούντων, ἤδη τινὲς καὶ διὰ συγγραμμάτων τοῖς μετέπειτα προφυλακτικὰς αὐτῶν δὴ τούτων τῶν δηλωθεισῶν αἱρέσεων παρεῖχον ἐφόδους. Ὧν εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. Ἐκφαίνων δ᾿ οὖν αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία[8]), προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν

νῖνον. Vid. *Moshem.* Commentt. p. 336. sqq. cf. *Ittigius de haeresiarchis primi et secundi seculi* p. 96. sq. *H.* — 4) *Αἱρέσεων διδασκαλεῖα.* In optimis codicibus Mazarino ac Mediceo scriptum inveni *διδασκάλια.* Atque ut semel moneam, ita semper hoc nomen perscriptum est in nostris codicibus. Pro quo Rob. Stephanus, Regio exemplari semper inhaerens, maluit edere *διδασκαλεῖα.* Idque nobis mutare religio fuit. Tantam tamen codicum nostrorum constantiam haudquamquam spernendam esse existimo. — 5) *Βασιλείδην–μυθοποιΐας.* Basilidis genuinam doctrinam tradidisse Clementem docuit *Neander genetische Entwickelung der gnostischen Syst.* p. 31. vid. *Bellermann Versuch über die Gemmen der Alten mit dem Abraxas-Bilde,* Berol. 1817–19. Partt. III. cf. *Ittig.* l. l. p. 98. sqq. *Moshem.* Commentt. p. 342. sqq. *Cramer. Fortsetzung des Bossuet* T. II. p. 205. sqq. p. 207. *H.* — 6) *Εἰς τὸ ἄπειρον τεῖναι τὰς ἐπινοίας.* Vetus interpres Irenaei vertit: *in immensum extendit sententiam doctrinae suae.* *Ἐπινοίας* igitur vocat commenta seu adinventiones Basilidis quas ibidem refert Irenaeus. Ea in immensum extendisse ait Basilidem, quippe qui fabulosa quaedam confixisset et vana. Haec enim natura mendacii est, ut sit interminatum et vagum, nullo certo modo ac termino definitum. Veritas vero certa est, ac suis spatiis circumscripta, quibus nihil addi aut demi potest. Itaque recte Plato in Theaeteto ni fallor, veritatem *ἐμμετρίαν* seu concinnitatem esse dixit. Et Homerus Thersiten *ἀμετροεπῆ* vocavit, id est, vanum ac mendacem. — 7) *Ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν.* Cf. quae monui supra II, 25 not. 9. *H.* — 8) *Εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία.* Non dicit Eusebius in quodnam evangelium Basilides eos libros scripserit, utrum in evangelium Matthaei an Marci. Ac fortasse hos viginti quatuor libros composuerat Basilides

καὶ *Βαρκὼφ* 9) καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς 10) ἑαυτῷ συστησάμενον, βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς, Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ τούτοις παραπλήσια ἀμφὶ τοῦ Βασιλείδου καταλέξας ὁ εἰρημένος, οὐκ ἀγεννῶς τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως εἰς προὔπτον ἐφώρασε τὴν πλάνην. Γράφει δὲ καὶ Εἰρηναῖος συγχρονίσαι

---

in suum ipsius evangelium. Scripserat enim evangelium Basilides, et suo nomine praenotaverat, τὸ κατὰ Βασιλείδην εὐαγγέλιον, ut testatur Origenes in homilia 1. in Lucam, Ambrosius in prooemium b. Lucae, Hieronymus praefatione in Matthaeum. Hi autem libri Basilidis ἐξηγητικοὶ dicebantur. Certe Clemens Alexandrinus in lib. IV. Stromateon loca quaedam affert ex lib. XXIII. Basilidis ἐξηγητικῶν. — 9) *Προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαβᾶν Βαρκώφ.* Ita quidem codex Regius. [Et Steph. *H.*] Sed in codice Maz. Med. et Fuk. scriptum est *Βαρκαββὰν* cum accentu gravi in ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam circumflectit. Apud Rufinum quoque, et apud Hieronymum in indiculo haereseon Barcabbas dicitur. Sic enim praeferunt manuscripti codices Rufini. Ceterum in hos prophetas Barcabam et Barcob, Isidorus Basilidis filius expositionum libros scripserat, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. VI. Stromateon: *Ἰσίδωρος δὲ, ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητὴς, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν.* Ubi *Βαρκὼφ* emendandum videtur. Nisi quis existimare malit *Παρχὼρ* etiam unum fuisse ex prophetis illis a Basilide confictis. Ex eorum prophetarum numero fuit etiam Cham, cuius nomine Basilides librum prophetiae contexuerat, ut ex Isidori verbis ibidem a Clemente citatis colligitur. — 10) *Καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινάς.* Frustra Christophorsonus *angelos* hic inseruit, quasi in Eusebii textu aliquid deesset. Verum Eusebius tantum de prophetis loquitur quos sibi commentus fuerat Basilides. Atque ita hunc Eusebii locum acceperunt Hieronymus in catalogo, ubi de Agrippa Castore loquitur, et Theodoretus in lib. I. haereticarum fabularum, et Nicephorus in libro quarto. Recte porro Eusebius noster Basilidis haeresim principatu Hadriani coepisse dicit. Tunc enim primum haeretici ex latebris prodire et caput attollere coeperunt, cum apostolis omnibus iam exstinctis, opportunum sibi adesse tempus ad evulganda errorum suorum dogmata existimarent. Clemens certe in lib. VI. Stromateon de Basilide idem testatur his verbis: *κάτω δὲ περὶ τοὺς Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως χρόνους. οἱ τὰς αἱρέσεις ἐπινοήσαντες γεγόνασι, καὶ μέχρι γε τῆς Ἀντωνίνου τοῦ πρεσβυτέρου διέτειναν ἡλικίας, καθάπερ ὁ Βασιλείδης.* [Cf. supra III, 32 not. *Pearson.* vind. ep. Ignat. P. II. p. 87., quem citat *Reading.* ad

τούτοις Καρποκράτην[11]), ἑτέρας αἱρέσεως τῆς τῶν γνωστικῶν ἐπικληθείσης πατέρα· οἳ καὶ τοῦ Σίμωνος οὐχ, ὡς ἐκεῖνος, κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερὸν τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ[12]) σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις[13]), ὀνειροπομποῖς τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι[14]), καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις τισίν[15]).

h. l. *H.*] — 11) *Καρποκράτην.* De Carpocratianis scripsit *Kuldnerus* in *Dritte Denkschrift der hist. theol. Ges. zu Leipzig* p. 180. sqq. cf. *Cramer.* *Fortsetzung des Bossuet* T. II. p. 208. *H.* — 12) *Καὶ* post *μονονουχὶ* addunt Gryn. et Cast. *H.* — 13) *Φίλτροις.* *Amatoria* vertit Rufinus non male. Sic enim Latini vocant quae Graeci φίλτρα. Amm. Marcellinus lib. XXIX. *Immittebantur confestim, qui signatis domibus inter scrutinia supellectilis poenis addicti, incantamenta quaedam anilia, vel ludibriosa subderent amatoria.* — 14) *Παρέδροις τισὶ δαίμοσι.* *Paredros spiritus* Latine dixit Tertullianus in libro de anima, quos cum catabolicis et pythonicis spiritibus qui a magis immittebantur, coniungit. Dicebantur autem paredri daemones, qui hominibus adsistebant, et morbos atque infortunia ab iisdem avertebant. Docet id Tertullianus in apologetico cap. 23. his verbis: *Si et somnia immittunt, habentes simul invitatorum angelorum et daemonum adsistentem sibi potestatem.* Magi quippe adsistentes sibi et obsequentes daemones habebant, qui essent ipsorum paredri, quorum ope multa miracula edebant. Sed et aliis immittebant eiusmodi spiritus, ut vel somnia eis iniicerent, vel eis perpetuo ad tutelam adsisterent. Priores spiritus ὀνειροπομποὺς, secundos παρέδρους vocabant. [Vid. *Spencer. de legg. Hebr. ritual.* Diss. VIII. Lib. III. p. 461. sqq. cf. *Fabber.* l. l. p. 262. sq. *H.*] Interdum etiam pueros magicis carminibus elidebant, qui deinde tanquam ex comitiali morbo excitati, consulentibus futura praedicerent. Quod per catabolicos spiritus faciebant ut ad Tertulliani apologeticum Heraldus recte observavit; Eos catabolicos spiritus vocat Tertullianus. Ex his patet error cl. Salmasii, qui in notis ad Spartianum pag. 40. paredros dictos esse affirmat eos, qui ex hominibus inter deos relati, facti essent assessores deorum. Quam Salmasii opinionem amplexus est Gothofredus in notis ad librum II. Tertulliani ad nationes. Longe rectius Turnebus in lib. XXVI. adversariorum, nisi quod *malos genios* interpretatur, cum tamen boni genii et [illegible] ita dicerentur, ut de Hephaestione scribit Lucianus. Denique paredros fere vocabant deos inferos, non autem caelestes; quod cum a Salmasio minime observatum esset, causam erroris ei praebuit. Ita Demosthenes in oratione funebri in fine: πῶς οὐ χρὴ τούτους εὐδαίμονας νομίζεσθαι, οὓς παρέδρους εἰκότως ἄν τις φήσαι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι. Diodorus Siculus in lib. I. p. 45: πρός τε τὸν Ὄσιριν καὶ τοὺς κάτω παρέδρους. [Cf. *Le Moyne Var. Sacr.* Tom. II. p. 382. sqq. Euripid. Orest. v. 1682. ed. *Matthiae.* *H.*] Nostram sententiam confirmat etiam Rufini locus in lib.

ἀγωγαῖς· τούτοις τε ἀκολούθως πάντα [16]) δρᾷν χρῆναι διδάσκειν τὰ αἰσχρουργότατα τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ τέλειον τῆς κατ' αὐτοὺς μυσταγωγίας, ἢ καὶ μᾶλλον μυσαροποιΐας ἐλεύσεσθαι, ὡς μὴ ἂν ἄλλως ὑπεκφευξομένους τοὺς κοσμικούς, ὡς ἂν ἐκεῖνοι φαῖεν, ἄρχοντας, μὴ οὐχὶ πᾶσι τὰ δι' ἀῤῥητουργίας ἀπονείμαντας χρέα. Τούτοις δῆτα συνέβαινε [17]) διακόνοις χρώμενον τὸν ἐπιχαιρεσίκακον δαίμονα, τοὺς μὲν [18]) πρὸς αὐτῶν ἀπατωμένους οἰκτρῶς οὕτως εἰς ἀπώλειαν ἀνδραποδίζεσθαι, τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔθνεσι πολλὴν παρέχειν κατὰ τοῦ θείου λόγου δυσφημίας περιουσίαν, τῆς ἐξ αὐτῶν φήμης εἰς τὴν τοῦ παντὸς Χριστιανῶν ἔθνους διαβολὴν καταχεομένης. Ταύτῃ δ' οὖν ἐπὶ πλεῖστον συνέβαινε τὴν περὶ ἡμῶν παρὰ τοῖς τότε ἀπίστοις ὑπόνοιαν δυσσεβῆ καὶ ἀτοπωτάτην διαδίδοσθαι, ὡς δὴ ἀθεμίτοις πρὸς μητέρας καὶ ἀδελφὰς μίξεσιν ἀνοσίαις τε τροφαῖς χρωμένων. Οὐκ εἰς μακρόν γε μὴν αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει, τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑαυτὴν συνιστώσης, ἐπὶ μέγα τε φῶς κατὰ τὸν προϊόντα χρόνον διαλαμπούσης. Ἔσβεστο μὲν γὰρ αὐτίκα πρὸς αὐτῆς ἐνεργείας ἀπελεγχόμενα τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεχνήματα, ἄλλων ἐπ' ἄλλαις αἱρέσεων καινοτομουμένων [19]), ὑποῤῥεουσῶν ἀεὶ

II. historiae cap. 13. in fine, ubi de Simone mago sic dicit: *Ultimo adminiculo assistentis sibi et adhaerentis daemoniacae virtutis,* quam πάρεδρον vocant. Et in lib. II. recognitionum Clementis: *Pueri,* inquit, *incorrupti et violenter necati animam invocationibus ineffabilibus evocatam adsistere mihi feci, et per ipsam fit omne quod iubeo.* Ait Simon magus. — 15) Τισὶν omittit Stroth. *H.* — 16) Πάντα — χρέα falsum esse h. l. Euseb. monuit *Fuldner.* l. l. p. 239 not. 12. „Eteniam, inquit, nomine non munera, ut *Valesius* vertit, unicuique angelorum debita persolvere voluerunt, atque hoc modo ipsorum protestatem transgredi, quasi principes, ut male agerentur, manserunt, sed eorum auctoritatem superare et ipsos evitare studuerunt eo ut ipsorum leges non tantum contemnerent, sed facerent quae ab illis vetita sunt, quoniam ea contraria esse putarent legi supremi Dei.“ Eodem errore laborare *Fuldnerus* dicit Augustinum c. *H.* — 17) Τούτοις συνέβαινε. cf. *Fuldner.* l. l. p. 262. sq. *H.* — 18) Πιστοὺς addit Cph. et Rufin. etiam ita legisse videri refert Stroth. *H.* — 19) Καινοτομουμένων non recte vertit h. l. Valesius: *aliis super alias exorientibus sectis.* Melius certe Strothius: *es entstand immer eine falsche Secte über die andere.* Καινοτομεῖσθαι enim est potius h. l. absolute et eodem modo positum, quo infra cap. 27. τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης χρόνον ubi tum Valesius tum Stroth. rectius certe vertit, ille: *contra Cataphrygum haeresin, quae* [illegible]

τῶν προτέρων, καὶ εἰς πολυτρόπους καὶ πολυμόρφους ἰδέας ἄλλοτε ἄλλως φθειρομένων· προῄει δ' εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα ἡ τῆς καθόλου καὶ μόνης ἀληθοῦς ἐκκλησίας λαμπρότης, τὸ σεμνὸν καὶ εἰλικρινὲς καὶ ἐλευθέριον, τό τε σῶφρον καὶ καθαρὸν τῆς ἐνθέου πολιτείας τε καὶ φιλοσοφίας εἰς ἅπαν γένος Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀποστίλβουσα. Συναπέσβη γοῦν ἅμα τῷ χρόνῳ [20]) καὶ ἡ κατὰ παντὸς τοῦ δόγματος διαβολή, ἔμενε δὲ μόνη ἄρα παρὰ πᾶσι κρατοῦσα [21]) καὶ ἀνομολογουμένη τὰ μάλιστα διαπρέπειν ἐπὶ

---

dem non longe postea *maximos tumultus excitavit*, hic: *die nicht lange darauf mit ihren irrigen Lehren hervortrat.* Neque tamen vel ubi satis accurate. *Καινοτομεῖσθαι* enim utroque loco est: novas doctrinas et quidem temere proponere, *novaturiendi quodam pruritu laborantem antiqua dogmata temere antiquare.* Sed nullo modo illud est *exoriri*, ut h. l. Valesius vertit., Strothius autem sensum tantum reddidit, cum posset melius etiam vertere *καινοτομεῖσθαι* verbo, quo hoc idem optime designamus: *Neuerungen machen.* Simili sensu legitur *καινοτομεῖσθαι* addita tamen praepositione *περὶ* apud Plat. Eutyph. II. *ὡς οὖν καινοτομοῦντός σου περὶ τὰ θεῖα* i. e. *καινά τινα θεῖα εἰσφέροντος.* cf. Xenoph. Mem. I, 1. Eus. H. E. VII, 31. ubi legitur substantivum *καινοτομία* ibid. X, 8. Passow. s. v. Suicerus omisit vocem *καινοτομεῖν* et *καινοτομία*. *H.* — 20) *Συναπέσβη δ' οὖν ἅμα τῷ χρόνῳ.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. deest *ἅμα*. [*Δ' οὖν* pro *γοῦν* scripsit Stroth. *H.*] — 21) *Μόνη παρὰ πᾶσι κρατοῦσα.* Hinc [i. e. quia tandem victrix omnes alias religiones fugavit quasi religio Christiana. Hoc moneo, quia male Valesii mentem intellexisse videtur Stroth., qui Valesium contendisse putat, longe ante Constantinum M. Christianos a gentilibus dictos esse *τοὺς κρατοῦντας*. *H.*] factum est ut Christiana religio a gentilibus tandem vocata fuerit *ἡ κρατοῦσα δόξα*, et Christiani *κρατοῦντες* dicerentur. Ita Damascius in Isidori vita pag. 1058. de Petro Mongo loquens Alexandrinae urbis episcopo: *ὁ δὲ τῶν κρατούντων τὴν δόξαν ἐπισκοπεῖν εἰληχὼς ὄνομα Πέτρος, ἀνὴρ ἰταμὸς καὶ περιπονηρός.* Id est: *Is vero qui praevalentis tunc religionis episcopus erat*, etc. Idem rursus pag. 1072. de Ammonio loquens: *ὁμολογίας τίθεται πρὸς τὸν ἐπισκοποῦντα τὸ τηνικαῦτα τὴν κρατοῦσαν δόξαν.* Id est: *Paciscitur cum eo qui tunc temporis episcopus erat praevalentis sectae*, Christianorum scilicet. Denique idem Damascius apud Suidam in voce *Σεβηριανός, τούτῳ*, inquit, *κατεπηγγείλατο Ζήνων βασιλεύς, εἰ γένοιτο τῶν κρατούντων, τὴν μετὰ βασιλέα μεγίστην ἀρχήν.* Id est: *Huic Zeno Augustus maximam ab imperatore dignitatem, praefecturam scilicet praetorii promisit, dummodo Christianus fieret.* Sed et Porphyrius longe ante Damascium ita locutus fuerat in libro de oraculorum philosophia, cuius locum adduxit Eusebius in libro nono praeparationis evan-

σεμνότητι καὶ σωφροσύνῃ θείοις τε καὶ φιλοσόφοις δόγμασιν, ἡ καθ' ἡμᾶς διδασκαλία, ὡς μηδένα τῶν εἰς νῦν, αἰσχρὰν ἐπιφέρειν τολμᾶν κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν δυσφημίαν, μηδέ τινα τοιαύτην διαβολὴν, οἵαις πάλαι πρότερον φίλον ἦν χρῆσθαι τοῖς καθ' ἡμῶν ἐπισυνισταμένοις. Ὅμως δ' οὖν κατὰ τοὺς δηλουμένους αὖθις παρῆγεν εἰς μέσον ἡ ἀλήθεια πλείους ἑαυτῆς ὑπερμάχους, οὐ δι' ἀγράφων αὐτὸ μόνον ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ δι' ἐγγράφων ἀποδείξεων κατὰ τῶν ἀθέων αἱρέσεων στρατευομένους.

---

gelicae cap. 10. et Theodoretus in libro I. de curatione Graecanicae superstitionis: *χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραπους βάρβαροι μὲν ἐξεῦρον, Ἕλληνες δὲ ἐπλανήθησαν. Οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διέφθειραν.* Id est: *Via quidem quae ducit ad deos, aere munita est et ardua atque aspera; cuius plurimas quidem calles barbari repererunt, Graeci vero ab ea longius aberrarunt; qui autem nunc praevalent, prorsus corruperunt.* Scio quidem tam Eusebii quam Theodoreti interpretes vocem *κρατοῦντας* aliter explicasse. Sed nego alium Porphyrii sensum fuisse, quam illum quem in interpretatione mea expressi. Sic Chrysostomus in homilia 34. in Matthaeum p. 329. *οὐ μάστιγες, οὐ δεσμωτήρια, οὐκ ἄρχοντες, οὐ συναγωγαὶ ἐπίκεινται, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν, ἡμεῖς ἄρχομεν καὶ κρατοῦμεν. καὶ γὰρ βασιλεῖς εὐσεβεῖς,* etc. Ex his intelligendus est Iuliani locus in Misopogone pag. 99. *Καὶ ὁ μὲν θεὸς ἐμαρτύρησέ μου τοῖς λόγοις ἐκλιπὼν τὸ προάστειον ὃ πολὺν ἐτήρησε χρόνον ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ τρέψας ἀλλαχοῦ τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν, καὶ τὼ χεῖρε βιαζόμενος.* Quae sic interpretantur: *Meamque orationem deus testimonio suo comprobavit: quod utinam nunquam fecisset, relicto suburbano quod tam diu servaverat, cum eorum qui tunc temporis praevalebant, in illa tempestate ac procella mentes alio avertisset, manusque repressisset.* Tempestatem ac procellam vocat Constantiniana tempora, quibus templa deorum toto paene orbe terrarum subversa fuerant a Christianis, quorum tamen manus Apollinis Daphnaei templum effugerat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η.

Τίνες ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς.

(Nic. H. E. IV, 5.)

Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος [1]), οὗ πλείσταις ἤδη πρότερον κεχρήμεθα φωναῖς, ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτοῦ παραδόσεώς τινα τῶν κατὰ τοὺς ἀποστόλους παρατιθέμενοι [2]). Ἐν πέντε δὴ οὖν συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος [3]), καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα οὕτω πως γράφων· „οἷς κενοτάφια [4]) καὶ

Cap. VIII. 1) *Ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος.* Non recte meo quidem iudicio Hegesippus confertur in tempora imperatoris Hadriani. Nec locus ille Hegesippi quem hic adducit Eusebius, id evincit. Certe Hegesippus libros suos scripsit pontificatu Eleutheri, ut ipsemet testatur infra cap. 22. Aequalis igitur fuit Irenaeo, qui et ipse sub Eleuthero Romanae urbis episcopo insignes illos adversus haereses libros elucubravit. Hieronymus tamen hunc Eusebii nostri locum secutus, in catalogo ecclesiasticorum scriptorum Hegesippum praeposuit Iustino; quod utique fieri non debuit. Certe Eusebius noster in cap. 21. et 22. huius libri, quasi priorem sententiam retractans, Hegesippum confert in tempora Marci Antonini. [Fateor me non posse non assentiri Valesio, quamvis Eusebium excusare studuerit *Kestner.* p. 59 not. 136. qui: „*Haec loca,* inquit, *multis viris sibi repugnantia visa, nescio quomodo Eusebio tantopere exprobrari poterant. Nam Hegesippum tempori amborum simul imperatorum coaevum vixisse saltem non incredibile est.*" *H.*] — 2) *Παραθέμενοι* et mox *δ' οὖν* habet Stroth. *H.* — 3) *Τὴν — — ὑπομνηματισάμενος* vertit Valesius: hic in quinque libris simplici admodum sermone conscriptis verissimam apostolicae praedicationis *historiam complexus.* cf. Euseb. H. E. V, 10. extr. *Suicer.* Thes. T. II. p. 576. p. 1390. *Passow.* s. v. ὑπομνηματίζω. *H.* — 4) *Οἷς καινοταφία.* Rectius apud Nicephorum in lib. III. cap. 26. legitur *κενοτάφια.* [Eodem modo dedi ipse cum Cph. et Stroth. *H.*] Hieronymus in catalogo sic vertit: *tumulos etiam templaque fecerunt.* Rufinus vero sic interpretatur: *quibus templa immo potius sepulchra fecerunt.* [Equidem sine iusta causa puto Strothium h. l. vocem *κενοτάφια* de simulacris accipere. Primum enim *κενοτάφιον* an ita dici possit (LXX ad I. Reg. XIX, 13. 16. vox *κενοταφ.* plane non legitur), magnopere dubito, imo vel a sepulcris, de quibus co-

ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος [5]), ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος [6]). Καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον

---

gitavit Rufinus, accurate illa solet distingui. Cf. Lamprid. vit. Alex. 63. Virg. Aen. III, 304. Quod autem dicit Stroth., nihil peccasse illis κενοταφίοις ethnicos, illud quamvis nos velimus eos excusare, tamen facile credere poterant *illius temporis Christiani*, unde ipse Eusebius de εἰδώλοις loquitur antea. Ac profecto non simpliciter in memoriam suorum exstruxisse illa κενοτάφια gentiles, docet Sueton. Claud. 1. Cf. Eustath. ad Hom. Odyss. IV, 584. Χεῦ' Ἀγαμέμνονι τύμβον ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴη. Ibi recte interpretatur Eustathius χεῦ τύμβον per: Ἐποίησε κενοτάφιον. Addit: γράψας ἐκεῖ ἐν λίθῳ τὸ ὄνομα αὐτοῦ (Ἀγαμέμνονος) καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ θανάτου καὶ τὸ ποῦ ἦν καὶ ὅπως πέπονθε. Cf. *Ruhkopf.* ad Hom. Iliad. VI., p. 209. sq. *H.*] — 5) Οὗ καὶ ἄγεται ἀγὼν Ἀντινόειος. Hic agon in honorem Antinoi ab Hadriano institutus, quinquennalis fuit, et Mantineae in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in Arcadicis. [Cf. Eus. IV, 22. *H.*] Male ergo Rufinus agonem annuum de suo adiecit. Eiusdem agonis meminit Tertullianus in libro de corona cap. 13. ubi agonem illum coronarium fuisse testatur his verbis: *Hoc enim superest, ut Olympius Iupiter et Nemeus Hercules et misellus Archemorus et Antinous infelix in Christiano coronentur.* [Cf. Epiphan. Ancorat. T. II, p. 109. ed. *Petav.* *H.*] — 6) Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Haec est scriptura codicis Regii quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis Maz. Med. et Fuk. hic locus ita legitur ac distinguitur: οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Sed et in Saviliano codice et apud Nicephorum legitur γενόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus, sic enim vertit: *cui agones annui celebrantur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti.* Certe dubitari non potest, quin haec lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Hadriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus ipse testatur certamen Antinoium sua aetate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc aetate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Hadriano, quin potius illud consequitur, nonnisi post obitum Hadriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Hadriani scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua aetate actum fuisse, quippe cum Hadrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Ceterum has voces ἐφ' ἡμῶν γενόμενος mallem referre ad vocem Ἀντίνοος, et totum hunc locum ita construere ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίνοος, δοῦλος Ἀδριανοῦ καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Iustinus in apologetico de

Ἀντινόου, καὶ προφήτας 7).“ Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστῖνος 8) γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστής, ἔτι τοῖς παρ’ Ἕλλη-

---

hoc ipso Antinoo loquens sic ait: καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου. [Str. quoque legit ὅ καὶ ἐφ’ ἡμῶν γενόμενος. Atque ipse ita scripsi ob causam ab ipso Valesio allatam. H.] — 7) Καὶ προφήτας. Hieronymus in catalogo vertit: *civitatemque ex eius nomine condidit, et prophetas statuit in templo.* Rufinus vero adhuc fusius: *Nam et civitatem condidit eius nomini Antinoum, et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas.* Sane in Graecis Hegesippi verbis aliquid necessario supplendum est. Nam ἔστησε προφήτας Graece vix dici potest. Sed meminisse debemus, Hegesippum simplici admodum et plebeio sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Graeca eius verba interpretatione adiuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggressus est in notis ad historiam Augustam pag. 41. Ubi etiam quinam hic dicerentur prophetae, non intellexit. Sciendum est igitur apud Aegyptios summum sacerdotem qui reliquis sacerdotibus et pastophoris praeesset, et qui templorum reditus ceteris distribueret, dictum esse prophetam. Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba seu ἱερογραμματεύς, postea vestitor seu στολιστής. Deinde novissimus incedebat propheta hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. VI. p. 269. Epiphanius in libro III. adversus haereses, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorundem prophetarum meminit Philostratus in libro I. de vita Apollonii cap. 1. et Diogenes Laertius in prooemio operis sui, Themistius in oratione 2. et Firmicus in libris matheseos non semel. Clemens denique in libro I. recognitionum haud procul ab initio, *Aegyptum*, inquit, *petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis praesunt, amicus efficiar et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis.* Fuerunt etiam Idaei Iovis prophetae in Creta, de quibus Porphyrius in libro III. de abstinentia. Porro de prophetis Antinoi ab Hadriano institutis mentio est in veteri inscriptione Graeca quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde hic veterem inscriptionem quam refert Gruterus pag. 314. ubi Embes quidam Aegyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est si Antinous ab Hadriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Aegyptiis praecipue coleretur. Cur autem Aegyptii prophetas vocarent antistites suos, haec mihi causa esse videtur, quod arcana quaedam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetae enim dicuntur quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in Arcadicis: καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Id est: *Et mysteria quotannis, et quinto quoque anno certamina in honorem eius celebrantur.* — 8) Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστῖνος. Ita quidem codex Regius. Verum in Medicaeo, Fuk. et Savil. legitur κατ’ αὐτὸν δὲ, etc. Codex autem Mazarinus scriptum habet κατὰ ταὐτὸν δὲ, secunda tamen syllaba

σιν ἀσκούμενος ἐνδιέτριβε λόγοις. Σημαίνει δὲ καὶ αὐτὸς τουτονὶ τὸν χρόνον ἐν τῇ πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίᾳ ὧδε γράφων· „οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγούμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου· ὃν καὶ 9) ἅπαντες ὡς θεὸν διὰ φόβον 10) σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.“ Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῦ τότε κατὰ Ἰουδαίων πολέμου μνημονεύων, ταῦτα παρατίθεται· „καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ 11), Βαρχωχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν 12) καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν 13) ἄγεσθαι.“ Ἐν ταὐτῷ δὲ 14) καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν μεταβολὴν αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀλόγως, μετὰ κρίσεως δ' αὐτῷ γεγόνει, δηλῶν, ταῦτα γράφει· „καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ, τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ καὶ ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ

---

praepositionis tribus punctis superpositis notata est, quo significatur eam delendam esse. Mihi tamen valde placet ea lectio. *Κατὰ ταὐτὸν* enim idem est ac *κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ καιροῦ*. [*Κατὰ τοῦτον* retinuit Stroth. *H.*] — 9) *Καὶ* omittit Steph., legitur apud Iust. Nic. Stroth. *H.* — 10) *Φόβου* Iustin. *H.* — 11) *Ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ.* Male Rufinus eumque secutus Christophorsonus verterunt: *In hoc quod nunc geritur bello Iudaico.* In eodem quoque errore versatus est Scaliger, ut ex Eusebianis eius animadversionibus colligitur p. 298. Putavit enim τὸ νῦν dici non posse nisi de re admodum recenti, ne dicam praesenti. Itaque ex hac Iustini voce necessario consequi ait, bellum Iudaicum sub extrema Hadriani tempora profligatum fuisse, et Iustinum Antonino pio apologeticum suum obtulisse imperii eius initio. Verum nihil necesse est ita affirmare. *Νῦν* enim dici potest de re quae nostra aetate facta est. Idemque valet ac τὸ *καθ' ἡμᾶς*, quod Eusebius usurpare solet de rebus multo ante gestis. Ut cum dicit de Porphyrio philosopho ὁ *καθ' ἡμᾶς γενόμενος.* Denique ipse Iustinus in hoc loco quem prae manibus habemus, de Antinoo ita loquitur: *Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου.* Id est, de Antinoo qui nostra aetate vixit. Certe Graeci *νῦν* ponunt pro *nuper*. Ita Sophronius qui librum Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis Graece vertit, verba illa Hieronymi cap. 2. *Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebraeos, et a me nuper in Graecum Latinumque sermonem translatum est*, Graece dixit: ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη. — 12) *Ἰησοῦν* omittunt Steph. Ruf. Stroth., habet Iustin. Contra Grut. *Χριστὸν Ἰησοῦν* legit. *H.* — 13) *Ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι* Iustin., *ἐκέλευσεν ἄγεσθαι* Stroth. *H.* — 14) *Ἐνταῦθα δὲ* MSS.

καὶ φιληδονίαν ὑπάρχειν αὐτοῖς. Τίς γὰρ φιλήδονος ἢ ἀκρατὴς καὶ ἀνθρωπείων [15]) σαρκῶν βορὰν ἡγούμενος ἀγαθὸν, δύναιτ' ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθησόμενον;" Ἔτι δ' ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ δεξάμενον τὸν Ἀδριανὸν παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου [16]) γράμματα ὑπὲρ Χριστιανῶν, περιέχοντα ὡς οὐ δίκαιον εἴη ἐπὶ μηδενὶ ἐγκλήματι, βοαῖς δήμου χαριζομένους ἀκρίτως κτείνειν αὐτοὺς, ἀντιγράψαι Μινουκίῳ [17]) Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, προσ- [illegible]

MG. Ion. *H.* — 15) *Ἀνθρωπίνων* Iustin. *H.* — 16) *Λαμπροτάτου ἡγουμένου.* Hieronymus in chronico eumque secutus Orosius *legatum* interpretatur et *virum apprime nobilem.* Christophorsonus vero *praefectum illustrissimum* vertit, graviori adhuc errore. Nam cum ex epistola ipsius Hadriani quae infra subiicitur, constet Serennium Granianum decessorem fuisse Minucii Fundani, ipsum vero Minucium proconsulem Asiae fuisse diserte testetur Iustinus, necessario conficitur Granianum proconsulem Asiae exstitisse. Ac profecto miror, hunc Hieronymi errorem a Scaligero non esse observatum. At Rufinus aemulus Hieronymi longe profecto rectius. Sic enim vertit: *Susceptis a Serennio Graniano clarissimo viro praeside literis*, etc. Praeses enim vox generalis est, quae tam de proconsule quam de legato Caesaris dici potest. Porro *Serenium* mallim scribere cum Rufino et Hieronymo, quam *Serennium.* Quamquam optimus et antiquissimus codex Rufini diserte scriptum habet *Serennio.* [Teste *Kortholto* in notis ad Iustin. Mart. Apol. prim. p. 96. quem citat Reddingus ad h. l., alii scribunt *Serenus*, alii *Serenius*, alii *Serennius*, et rursus nonnulli *Granius*, alii *Grannius*, alii *Granianus.* Idem tamen Kortholtus verum viri nomen fuisse *Serenus Granius* exinde potissimum recte collegit, quod in inscriptione Romana apud *Gruter.* p. 543 num 6. legitur: M. GRANIUS SERENUS MIL. COH. V. PR. Praeterea monuit l. l. V. D., utut ex Hadriani epistola manifestum sit, Serenum Granium decessorem fuisse Minucii Fundani, illud tamen non diserte Iustinum tradere Minucium Asiae fuisse proconsulem. Cf. Euseb. IV, 26. *Λαμπρότατος* autem est solenne honoris ac dignitatis vocabulum; *clarissimus, illustrissimus.* Cf. Socrat. H. E. II, 40. Maxime consules ita vocabantur. Neque aliter *ὑπερλαμπρότατος* dicebatur. Cf. *Du Fresne* Glossar. med. et inf. Graec. T. I. p. 787. sq. *H.*] — 17) *Ἀντιγράψαι Μινουκίῳ.* Quaeri non immerito potest, cur Hadrianus ipsi Graniano a quo literas acceperat, non responderit, sed epistolam suam miserit ad Minucium Fundanum successorem Graniani. Equidem hanc [illegible] esse [illegible] quod Granianus post literas missas ad imp. Hadrianum aut extremum diem obierat, aut ex magistratu decesserat. Proconsules enim annui

πράττοντα μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος καὶ εὐλόγου κατηγορίας. Καὶ τῆς ἐπιστολῆς δὲ ἀντίγραφον παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν ὡς εἶχε, διαφυλάξας. Προλέγει δ' αὐτῆς ταῦτα· „καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου καίσαρος Ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γίνεσθαι, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν [18]) μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν [19]). Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. Καὶ ἔστι τόδε.“ Τούτοις ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ αὐτὴν παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν [20]), ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν [21]) κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν [22]), ἔχουσαν ὧδε.

---

grant. [Rectius quaeri potest, utrum lex illa Hadriani (cf. Cap. IX.) aequitate et clementia multum superaverit edictum Traiani, qui quoscunque Christianos religioni suae nolentes vale dicere capitis supplicio iussit affici. Superasse negat *Mosh.* Commentt. p. 237. sq. et longe graviores profecto sunt rationes *Schröckhii christl.* K. G. T. II. p. 373. sq., qui affirmat, cf. Euseb. IV, 26. Praeterea illam Hadriani epistolam desumsit Eusebius ex Iustini Apolog. I, 66., ubi ea primum latine legebatur, nunc vero ex interpretatione (Eusebii?) graece exstat. Rufin. IV, 9. verisimiliter authenticum Hadriani exemplar asservavit, cum dictio latina non sit Rufini sed cum Hadriani aevo consentiens. Ita recte *Dans.* p. 125 not. 28. vid. *Balduin.* Comm. ad Edicta Impp. de Christianis p. 72. *Keysler.* de Edicto Antonini Pii ad commune Asiae p. 8. *H.*] — 18) *Οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι ταῦτα ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον* Iustin. *H.* — 19) *Δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν.* In secunda, ut vulgo scribitur, Iustini apologetico pag. 99. hic locus ita legitur: *ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα.* Quam lectionem quidem meliorem puto. — 20) *Τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφήν.* In codice Regio legitur *ἐπιστολήν*, quod idem est. *Ἀντιγραφὴ* ad verbum est rescriptum. Aliud *ἀντίγραφον*, exemplum scilicet epistolae seu rescripti. — 21) *Ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικόν.* In codice Maz. et Med. scriptum est ἡμεῖς δ' εἰς τὸ Ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν. Atque ita codex Fuk. — 22) *Μετειλήφαμεν* cum scripserit Eusebius, hic certe locus nescio an doceat, aliquam saltem linguae Latinae peritiam nostrum habuisse. Cf. I, 13 not. 7. VIII, 13. ταῦτα κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνήν, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν κατὰ τὸ δυνατὸν μεταβληθέντα κ. λ. quem locum bene expedivit *Müller.* p. 25. sq. qui vero non debebat omittere hunc ipsum satis insignem nostrum. *H.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ.

Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν.

(Nic. H. E. III, 27.)

„*Μ*ινουκίῳ Φουνδάνῳ· ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου [1]) Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὅντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. Εἰ οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνανται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν [2]), οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως [3]) ὅριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος· ὡς

Cap. IX. 1) *Ἀπὸ Σερεννίου.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est *Σεριννίου.* — 2) *Οὐκ ἀξιώσεσιν.* Intelligit acclamationes illas, quae a populo fieri solebant in theatris: *Christianos ad leonem,* ut testatur Tertullianus. Interdumque eveniebat, ut proconsules et praesides tumultuosis huiusmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogerentur. Quare merito imperator Hadrianus monet Fundanum proconsulem, ne huiusmodi postulationibus ad persecutionem ac caedes Christianorum sese adduci patiatur. Porro vetus haec fuit consuetudo in imperio Romano, ut plebs tum in urbe tum in provinciis, quoties ad publica spectacula convenerat, quidquid libitum erat, vel a praeside, vel ab imperatore iunctis vocibus postularet. Cuius rei sexcenta occurrunt exempla apud Augustae historiae scriptores. — 3) *Οὕτως* convenit h. l. nostro: *dann, unter diesen Umständen, in dem Falle,* et Latinorum: *tum vero.* Similiter *οὕτως* saepius post participium ponitur, ut ad praecedentia iterum respici iubeat, neque vero abundet, quod nonnullis visum est. Vid. Ioh. IV, 6. *Ἰησοῦς κεκοπιακὼς — οὕτως ἐκαθέζετο* i. e. so, *in dem Zustande der Ermattung.* Cf. *Paulus Commentar über das N. T.* Tom. IV. p. 234. Schol. ad Soph. Ai. v. 1198. Xen. Cyr. V, 5, 13. Oecon. I, 18. Plat. Phaed. 5. *Καθεζόμενος οὕτω διελέγετο.* ibid. 12. Ioseph. Antiqq. V, 1, 26. VIII, 11, 1. Eus. H. E. I, 13. p. 82. *καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι οὕτως* κ. λ. cf. *Matthiae ausf. griech. Gramm.* p. 1235. Ael. XX, 11. XXVII. 17. et Matth. V, 20. ubi fateor potiorem mihi videri lectionem librorum nonnullorum et patrum *οὕτως* pro vulgata *οὗτος* post verba *ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ,* unde sensus hic existit: qui vero fecerit praecepta illa et tra-

μὰ τὸν Ἡρακλέα εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε [4]) ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας." Καὶ τὰ μὲν τῆς Ἀδριανοῦ ἀντιγραφῆς τοιαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι.

Τίνες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίνου βασιλείας ἐπίσκοποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν.

(Nic. H. E. III, 25.)

Τούτου δὲ τὸ χρέων μετὰ πρῶτον [1]) καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐκτίσαντος, Ἀντωνῖνος ὁ κληθεὶς εὐσεβὴς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχεται. Τούτου δὲ ἐν ἔτει πρώτῳ Τελεσφόρου τὸν βίον ἐνδεκάτῳ τῆς λειτουργίας ἐνιαυτῷ μεταλλάξαντος, Ὑγῖνος τὸν κλῆρον τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς παραλαμβάνει. Ἱστορεῖ γε μὴν ὁ Εἰρηναῖος τὸν Τελεσφόρον μαρτυρίῳ τὴν τελευτὴν διαπρέψαι, δηλῶν ἐν ταὐτῷ κατὰ τὸν δηλούμενον Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Ὑγῖνον, Οὐαλεντῖνον [2]) ἰδίας αἱρέσεως εἰσηγητὴν, καὶ Κέρδωνα [3])

---

quam facienda docuerit, *ita* i. e. tanquam faciens et docens magnus dicetur, non propter solam docendi provinciam, qua fungitur, vel alias rationes externas. Certe orationis cursus non impeditur illo οὕτως neque ad praecedens οὕτω effictum videtur, et fortasse ipsum οὕτως cum sequentis consonantis, mutandum est in οὕτω, ut vera lectio existat. Cicer. de Offic. II, 5. *Collectis ceteris causis* — — *deinde comparat*, ubi *deinde* temere delendum videbatur *Facciolato*. Liv. II, 29. Eo repulso tum *vero* indignum facinus esse clamitantes patres, devolant de tribunali. Cic. Verr. II, 10. Ita prope XL diebus interpositis *tum denique* — arbitrantur. Colum. XI, 3. peracta bruma, *tum demum* stercus injicietur. Cf. *Horatius Tursellinus* de particull. p. 1035. edit. *Schwartz*. H. Sall. Cat. 61. Liv. XXIV, 4 extr. *H.*

Cap. X. 1) *Πρῶτον — ἔτος*. Vid. *Pagi* Crit. T. I. p. 136 ad a. C. 138. et de Telesphoro *Pearson*. de annis primor. Rom. episc. Diss. II. c. 7. p. 234. laudante Readingo ad h. l. *H.* — 2) *Οὐαλεντῖνον* vid. *I. F. Buddeus* de haeresi Valentiniana in *Ejus* introductione ad historiam philos. Ebraeorum ed. II. Halae 1720. 8. p. 563 — 736. cf. *Moshem.* Commentt. p. 373. sqq. *Cramer*. Fortsetzung T. II. p. 210. sqq. *Mün-*

τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἀρχηγὸν, ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἅμα γνωρίζεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ.

Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς αἱρεσιαρχῶν.

(Nic. H. E. III, 4.)

„Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου, ἤκμασε δὲ ἐπὶ Πίου, καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου. Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου, ὃς ἦν ἔνατος ἐπίσκοπος 1), εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθὼν καὶ ἐξομολογούμενος, οὕτως διετέλεσε, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν 2), ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομο-

---

ter. Odae gnosticae Hebraice et Latine, Hayniae 1812. *H.* — 3) *Κέρδωνα.* Vid. *Cramer, Fortsetzung des Bossuet* T. II. p. 228. sq. *H.*

Cap. XI. 1) *Ὃς ἦν ἔνατος ἐπίσκοπος.* Locus Irenaei exstat in lib. III. cap. 4. ubi vetus interpres legisse videtur *ὄγδοος*. Quae lectio magis convenit Irenaeo, ut patet ex cap. III. eiusdem libri, ubi Romanos pontifices enumerans Irenaeus, octavum ab apostolis Hyginum recenset. Hic tamen error antiquissimus est. Nam et in lib. I. Irenaei cap. 28. *ἔνατος* scribitur, et apud Epiphanium in haeresi Cerdonianorum, et in epistola Cypriani ad Pompeium. Qui locus Cypriani quia ex Irenaeo versus videtur, non est hic omittendus. *Cuius magister Cerdon sub Hygino tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit.* [Stephan. nostro loco scripsit *ἔννατος* pro *ἔνατος*. Sed supra etiam III, 8. p. 208. *ἐνάτην ὥραν* legendum, ubi in mea editione typothetae errore scriptum est *ἐννάτην*, quod h. l. observandum puto. Quamvis enim dixerit Eustathius ad Hom. Iliad. II, 295. *ἔνατος — οἱ μὲν λόγιοι δι' ἑνὸς ν γράφουσιν ὡς ἀπὸ τοῦ νέατος, οἱ δὲ χύδην βάζοντες διπλασιάζουσι*, tamen codd. auctoritas certe H. E. III, 8. in Iosephi loco ab Eusebio inserto *ἐνάτην* postulat. Alia rei ratio est apud Matth. XX. 5., ubi lectio *ἐνάτην* certe haud maiori codd. auctoritate est munita, quam altera et quidem recepta *ἐννάτην*. Ita restringenda puto esse ea, quae ad h. l. monuit *Paulus Commentar über das N. T.* T. II. p. 825. sq. cf. quae monui de varietate lectionis *πανδοκεῖον* et *πανδοχεῖον* ad Euseb. H. E. VII, 22. *H.*] — 2) *Λαθροδιδασκαλῶν.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum

λογούμενος ³), ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἐδίδασκε κακῶς, καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας ⁴).“ Ταῦτα δέ φησιν ἐν τρίτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις. Ἔν γε μὴν τῷ πρώτῳ αὖθις περὶ τοῦ Κέρδωνος ταῦτα διέξεισι· „Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβὼν, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγίνου ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπικῆς [5]) διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστολῶν ἔχοντος, ἐδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον θεὸν μὴ εἶναι πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ ἀγνῶτα εἶναι, καὶ τὸν μὲν δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν. Διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων [6]) ὁ Ποντικὸς, ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον [7]), ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν [8]).“ Ὁ δὲ αὐτὸς Εἰρη-

… λαθροδιδάσκων. Nicephorus tamen et Regius codex vulgatam lectionem tuentur. [Nec non Steph. Streth. Recte quidem. Vid. *Lobeck.* ad *Phryn.* p. 623. *H.*] — 2) *Ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος.* Notanda sunt inprimis haec Irenaei verba de Cerdone haeretico, quem post confessionem haereseos in ecclesiam admissum fuisse dicit ab Hygino Romano pontifice, ac deinceps in urbe Roma mansisse, nunc occulte doctrinam suam spargentem, nunc rursus confitentem errorem suum, nunc convictum pravae haereticaeque doctrinae, eoque nomine ab ecclesia segregatum. Ex quibus colligere licet, in haereseos crimine secundae confessioni locum fuisse, et haereticos qui post confessionem et abdicationem erroris sui ad pristinum dogma iterum rediissent, quos nunc *relapsos* vocamus, tunc temporis ad secundam confessionem et poenitentiam admissos fuisse. Tandem vero Cerdo, convictus quod post toties iteratam exomologesim pestiferum virus erroris sui occulte spargeret, penitus se ab ecclesia removit. Id enim sonant Irenaei verba, quae Rufinus et Christophorsonus perperam meo indicio interpretati sunt. Neque enim Cerdonem ex ecclesia eiectum fuisse dicit Irenaeus, sed ipsum se ab ecclesia penitus segregasse. Ex quo apparet, Cerdonem suo ipsius iudicio condemnatum, praevenisse ecclesiae sententiam. — 4) *Ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας.* In codice Maz. et Fuk. scriptum est *συνῳδίας.* Vulgatam tamen scripturam confirmat vetus interpres Irenaei, qui hunc locum ita vertit lib. III. cap. 4. *Et abstentus est a religiosorum hominum conventu.* — 5) Ἐπισκοπῆς Steph. * ἐπισκοπῆς διαδοχῇ MG. *H.* — 6) *Μαρκίων.* vid. *Aug. Hahn. diss. de gnosi Marcionis antinomi,* Regiom. 1820. 21. *Eiusd.* Antitheses Marcionis Gnostici liber deperditus, nunc quoad eius fieri potuit, restitutus, Regiom. 1823. *Eiusd. das Evangelium Marcions in seiner ursprünglichen Gestalt u. s. w.* ibid. cf. *Neander. genetische Entwickelung* p. 276. sqq. *H.* — 7) *Ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον.* In codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. scriptum inveni *διδασκάλειον*, non in hoc solum loco, sed ubicunque id nomen occurrit. — 8) *Βλασφημῶν.* Religio

ναῖος τὸν ἄπειρον βυθὸν 9) τῆς Οὐαλεντίνου πολυπλανοῦς ὕλης εὐτονώτατα διαπλώσας 10), ἑρπετοῦ δίκην φωλεύοντος ἀπόκρυφον οὖσαν αὐτοῦ καὶ λεληθυῖαν ἀπογυμνοῖ τὴν κακίαν. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλον τινά, Μάρκος αὐτῷ ὄνομα, κατ' αὐτοὺς γενέσθαι λέγει μαγικῆς κυβείας ἐμπειρότατον. Γράφει δὲ καὶ τὰς ἀτελέστους αὐτῶν τελετάς, μυσαράς τε μυσταγωγίας ἐμφαίνων, αὐτοῖς δὴ τούτοις τοῖς γράμμασιν· „οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεων τινῶν τοῖς τελουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω συζυγιῶν. Οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' 11) ὕδωρ, καὶ βαπτί-

---

fuit Christophorsono, vocem hanc quam ecclesiastici scriptores iamdudum Latinam fecerunt, usurpare. Vertit itaque convicia iactans male omnino, melius vertisset: impie locutus. Sic Domitianus apud Suetonium [Cap. X. *H.*] dicit: *impie locutus est Parmularius.* Nos tamen Rufinum secuti vertimus *blasphemare.* Neque enim refugienda sunt haec verba, quae tot saeculorum usus consecravit. Alioqui ecclesiae et apostolorum et episcopi et catholici vitanda erant vocabula, et longa verborum serie obscuranda erit oratio, ne dictionis unius prorsus necessariae asperitate laedatur. Cyprianus certe in dicta ad Pompeium epistola, cum hunc Irenaei locum suppresso auctoris nomine describeret, verbo blasphemare uti non recusavit. Sic enim ait: *Quem Marcion secutus, additis ad crimen augmentis, impudentius ceteris et abruptius in deum patrem creatorem blasphemare instituit.* — 9) *Βυθὸν* Val. vertit *voraginem* Stroth. *Abgrund.* Alludere autem simul videtur Eusebius ad eum, e quo infinita manavit ex Valentinianorum opinione aeonum series, *βυθὸν* s. *προπάτορα* s. *προαρχήν*. H. — 10) *Εὐτονώτατα διαπλώσας.* Nicephorus in lib. IV. cap. 3. habet *διαπλεύσας* quod non probo. Scio quidem a poetis *διαπλώσας* dici pro *διαπλεύσας.* Sed hic non videtur convenire. Quare malui vertere hoc loco *explicare.* Eo sensu quo Eusebius in posterioribus libris dicit *ἡπλωτοτὰ γράμματα* proposita sunt edicta. [*Διαπλώσας* esse veram lectionem non poterit dubitari. Est quidem *διαπλοῦν* vox veteribus prorsus incognita, sed similiter patres usurpant *ἐφαπλοῦν* (vid. *Suicer.* s. h. v.) quod ipsum legitur sane apud antiquos neque tamen impropria illa *explicandi* significatione, ut videtur. cf. *Passow.* s. *ἐφαπλόω.* *Εὐτονώτατα* vero non recte vertit Valesius: *uberrime*, recte Stroth. *mit vielem Nachdruck:* Ita Chrysost. Tom. VI. p. 277. *A.* εἰ καὶ μὴ πῦρ βαστάζω, ἀλλ' ἔστι μοι διδασκαλία πυρὸς θερμοτέρα, εὐτονώτερον δυναμένη καίειν i. e *vehementius.* Metaphora autem petita ab arcu qui intenditur. cf. *Matthaei* Chrysost. homm. Vol. II. p. 5. not. 8. καὶ ὁ κυβερνήτης δὲ, ὅταν αὐτῷ τὸν τόνον τῆς σαρκὸς χαλάσῃ τὸ γῆρας κ. λ. et paulo ante ibid. γῆρας τόνον σφριγῶντα (vel potius σφριγῶν) ubi temere *Matthaei* τὸν νοῦν coniecit. Chrysost. T. II. p. 742. *B.* ἀτονίᾳ γήρως. *H.*] — 11) Stroth. *εἰς* scripsit. *H.* —

ζοντες, οὕτως ἐπιλέγουσιν· εἰς ὄνομα ἀγνώστου πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς ἀλήθειαν [12]) μητέρα τῶν πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν [13]). Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκὰ ὀνόματα ἐπιλέγουσι πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι [14]) τοὺς τελουμένους." Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τέταρτον [15]) τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος Ὑγίνου τελευτήσαντος [16])

12) Ἀλήθεια aeon sexus foeminei pertinens ad primam Tetradem primi aeonum ordinis s. Ogdoadis. Cf. Moshem. Commentt. p. 374. Gieseler. Lehrb. d. K. G. p. 123. sq. H. — 13) Ἰησοῦν. ex sententia Valentinianorum, quorum sectae erat Marcus et Marcosii, nobilissimus est aeon et ab omnibus prioribus genitus. Itaque τὸν κατελθόντα videtur dicere Irenaeus adv. haer. I, 21. cuius verba refert Eusebius, aeonem ultimum ante Iesum. Ceterum apud Irenaeum l. l. et Epiphan. haer. XXXIV. c. 20. coll. Theodoret. haer. fab. I, 9. plenior legitur haereticorum illorum formula baptismatis. Post Ἰησοῦν enim adduntur verba haec: εἰς ἕνωσιν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ κοινωνίαν τῶν δυνάμεων. Sed de variis baptizandi hominum illorum rationibus et, ut haud male antea dixit Eusebius, ἀτελεστάτοις τελεταῖς et μυσταγωγίαις videndi maxime sunt et conferendi Rheinferd. dissert. de redemptione Marcosiorum p. 194. sqq. Münter Alterthümer der Gnostiker p. 120 — 131. Neander Entwickelung der gnost. Systeme p. 180 — 183. Augusti Denkwürdigkeiten Tom. VII. p. 368. sqq. H. — 14) Πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent καταπλῆξαι. Atque ita legisse videtur vetus interpres Irenaei in cap. 18. libri primi. Ita enim vertit: ut stupori sint et perterreant eos qui sacrantur. [Nic. πρὸς τὴν τῶν τελουμένων μᾶλλον κατάπληξιν. H.] — 15) Μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος. Rufinus legisse videtur κατὰ τέταρτον. Sic enim vertit: *Quarto autem episcopatus sui anno cum decessisset Hyginus, Romanae ecclesiae sacerdotium Pius suscepit.* Porro nomen Pii qui successit Hygino, in codicibus nostris Maz. Med. et Fuk. non circumflectitur, sed acuitur in prima syllaba. Idque rectius puto. [Ἑβραϊκὰ ὀνόματα, quibus quasi quibusdam terriculamentis initiandos καταπλήττειν s. μορμολύττειν, ut veteres dicunt, (cf. Gesner. ad Claudian. XXXI, 111. Hemsterh. ad Poll. X, 167. p. 1353. Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 346. Ruhnken. ad Tim. p. 180 — 182.) volebant (cf. supra p. 304.) Marcosii, Graece transscripta ab Irenaeo et Epiphanio l. l. commemorantur haec: Βασεμὰ, χαμοσσὴ, βααιανορὰ, μυσταδία, ῥουαδὰ, κουστὰ, βαβοφὸρ, καλαχθεῖ. Ex sententia autem Rheinferdi l. l. sunt illa ὀνόματα non Hebraica, sed Syriaca eademque Epiphanii et Irenaei ac librariorum culpa corrupta. Ipse illa ita vertit: *In deinem Namen, gnädigster Vater, ein Leben des Lichts — die Salbung des heiligen Geistes und in der Erlösung der Engel.* Contra apud Epiphanium et Irenaeum paulo diversa illorum ἑρμήνεια haec est: ὑπὲρ πᾶσαν δύναμιν τοῦ πατρὸς ἐπικαλοῦμαι φῶς ὀνομαζόμενον, τὸ πνεῦμα ἀγαθὸν, καὶ ζωή, ὅτι ἐν σώματι ἐβασίλευσας. Magis probat interpretationem

Πῖος ἐπὶ Ῥώμης ἐγχειρίζεται τὴν λειτουργίαν. Κατά γε μὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν Μάρκος ἀναδείκνυται ποιμὴν, Εὐμενοῦς ἔτη τὰ πάντα δέκα πρὸς τρισὶν ἐκπλήσαντος. Τοῦ δε Μάρκου ἐπὶ δέκα ἔτη [17]) τῆς λειτουργίας ἀναπαυσαμένου, Κελαδίων τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων δὲ πόλιν πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, Ἀνίκητος τῶν ἐκεῖσε προΐσταται. Καθ' ὃν Ἡγήσιππος ἱστορεῖ ἑαυτὸν ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεῖναί τε αὐτόθι μέχρι τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου. Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν. Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος [18]) σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τἀνδρός. Φησὶ δὲ οὕτως· „Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ

Rhenferdi *Münter*. l. l. p. 127. cf. *Augusti* l. l. p. 370. sqq. p. 371. * Quidquid autem sit, hoc certe patet, rauco maxime et horrido illarum vocum sono territare voluisse Marcosios eodem modo, quo nihil plane suberat ei, quo veterum Graecorum mulieres pueros solebant terrere, spectro, *Μορμώ*. Praeter scriptores antea laudatos cf. *Passow*. s. h. v. Plat. Crit. 6. οὐδ' ἂν ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται Phaed. c. 24. Aristoph. Thesmoph. v. 424. Equit. v. 690. Ceterum de Marcosiis cf. *Ittigius de haeresiarchis primi et secundi seculi* p. 129. sq. *H.*] — 16) Ὑγίνου τελευτήσαντος vid. *Pearson*. de annis episc. Rom. diss. II. c. 12. p. 270. 272. *Pagi* Crit. T. I. p. 152. 160. De Eumene autem *Dodwell*. additam. ad dissert. Pears. de succ. p. 60. citante *Readingo* ad h. l. *H.* — 17) Grut. δεκάτῳ ἔτει *H.* — 18) Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος. Memoriae vitio hic lapsus videtur Eusebius noster, qui Iustini verba quae infra citantur, desumpta esse putavit ex eius libro adversus Marcionem. Atqui desumpta sunt ex secundo Iustini apologetico pag. 70. editionis Parisiensis. Nicephorus in lib. IV. cap. 6. ubi omnes Iustini libros recenset, mentionem facit libri contra Marcionem, ex eoque citat hunc locum quem hic adducit Eusebius, sed animadvertere debuerat Nicephorus, Eusebium memoriae vitio lapsum fuisse. Neque enim verum est, quod Langus interpres Nicephori excogitavit, Iustinum eadem verba usurpasse in duobus libris, id est, in apologetico et in libro contra Marcionem. Eusebius quidem infra cap. 17., ubi omnes Iustini libros enumerat, illius contra Marcionem libri mentionem facit. Potest tamen excusari Eusebius. Id enim solum dicit, Iustinum scripsisse librum contra Marcionem, eiusque mentionem facere, tamquam hominis qui adhuc vitam agebat, dum ipse scriberet. Atque haec duo probat Eusebius ex Iustini loco qui est in apologetico II. Ita prorsus explicandus est hic Eusebii locus, qui in eo solum peccavit, quod obscu-

διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ εἶναι νομίζειν μείζω τοῦ δημιουργοῦ θεὸν, ὃς καὶ κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πέπεικε βλάσφημα λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ [19]), ἄλλον δέ τινα ὡς ὄντα μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὡρμημένοι ὡς ἔφαμεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται· ὃν τρόπον καὶ οὐ [20]) κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας

---

rius locutus est. Unde causam erroris praebuit Nicephoro. — 19) *Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ.* Haec verba desunt in vulgatis Iustini codicibus et superflua videntur. Duos enim Marcion inducebat deos, alterum opificem, a quo hic mundus fabricatus fuisset, alterum maiorem, qui maiora ac praestantiora condidisset, et hunc quidem confiteri nos debere, illum autem negandum esse aiebat. Hic est verborum Iustini sensus, cui consentit Epiphanius in haeresi Marcionitarum, et Theodoretus in lib. I. haereticarum fabularum. Itaque scribendum est apud Eusebium, *ἄλλον δέ τινα ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον*, etc. ut legitur in Iustino. Quippe Marcion summum illum deum patrem Christi esse dicebat, Christum vero e coelo descendisse, ut mundi huius opificem, quem Iudaeorum deum appellabat Marcion, coargueret, ut scribit Epiphanius. — 20) *Καὶ οὐ κοινῶν — φιλοσόφοις.* Indicat his Iustinus, illos Marcionis et Marcionitarum sectatores quamvis sese Christianos appellari velint, tamen propter magnam opinionum, quas singuli eorum foverint, discrepantiam non magis Christianorum nomine esse dignos, quam philosophi recte dici potuerint ii, qui nihil habuerint certum, nihil stabile, nihil omnibus commune. Patet autem, h. l. tectius certe illis haereticis negare Iustinum appellationem Christianorum propter suam magnam sentiendi cogitandique diversitatem, de qua tamen *hoc loco* sola, neque vero de dogmatum illorum impietate cogitandum esse probant ipsa verba ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν κ. λ. Sed ut philosophos ipse Iustinus impugnat verbis καὶ οὐ κοινῶν κ. λ. apertius, ita nemo ex patribus in conclusiuncalis quibusdam contortis ex hac argumentorum quasi sede ductis magis sese iactavit quam Lactantius, v. c. Instit. div. III, 4, 3. sqq. *In multas sectas philosophia divisa est, et omnes varia sentiunt. In qua ponimus veritatem? in omnibus certe non potest. Designemus quamlibet. Nempe in ceteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. Eodem modo, quidquid uni dabimus, ceteris auferemus. Unaquaeque enim secta omnes alias evertit, ut se suaque confirmet, nec ulli alteri sapere concedit, ne se decipere fateatur. Sed sicut alias tollit, sic ipsa quoque ab aliis tollitur omnibus. Nihilominus enim philosophi sunt, qui eam stultitiae accusant. Quamcumque laudaveris, veramque dixeris, a philosophis vituperatur, ut falsa. Credemusne igitur uni sese suamque doctrinam laudanti, an multis unius, alterius ignorantiam culpantibus? rectius sit necesse est, quod plurimi sentiunt,*

κοινόν ἐστι." Τούτοις ἐπιφέρει λέγων· „ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων, ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν." Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος Ἰουστῖνος καὶ πρὸς Ἕλληνας ἱκανώτατα πονήσας καὶ ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν ἔχοντας βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ ἐπικληθέντι εὐσεβεῖ, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ βουλῇ προσφωνεῖ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐμφαίνει δὲ ἑαυτὸν ὅστις καὶ πόθεν ἦν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἐν τούτοις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου 1) πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίας.

(Nic. H. E. III, 26. 32.)

„Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Καίσαρι Σεβαστῷ, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφου Καίσαρος [2]) φύσει υἱῷ [2]), καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐ-

---

quam quod unus. — — — *Cum igitur omnia incerta sint, aut omnibus credendum est, aut nemini. Si nemini; sapientes ergo non sunt, quia singuli sapientes esse se putant. Si omnibus; aeque non sunt sapientes, quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes.* Ita conclusit, ita sane, ut scribit Hieronymus epist. XIII. ad Paulinum, *facile aliena destruxit* ille, qui vocatur ab eodem Hieronymo l. l. *quasi quidam fluvius eloquentiae Tullianae.* Et hoc quidem recte. Sed quo tempore plane desunt, qui eodem similive modo quo Lactantius philosophiae, ita summum rationis humanae vanitatem videbuntur non solum sibi, sed aliis ostendere! Longe rectius de ipsis philosophis iudicavit Constantinus M. Vid. Eus. V. C. II, 71. Cf. *Neander. Denkwürdigkeiten* Tom. II. p. 38. sq. ed. II. *H.*

Cap. XII. 1) Ἰουστίνου ἀπολογίας. Primam Iustini apologiam *Baronius* et *Valesius* cum aliis a. C. 140. vel a. 13. Antonini Pii repraesentatam, *Scaligerus* contra in animadvers. Eusebius p. 296. *Petavius* in animadv. Epiph. haer. 46. et *Pagi* crit. T. I. p. 143. sub Antonini Pii initium editam volunt, quod ostendat maxime apologiae titulus et consensus Eusebii in chron. ad annum Abrahami 2157. qui Calend. Octob. 140. inchoatur. Monuit hoc *Reading*. ad h. l. *H.* — 2) Λουκίῳ φιλοσόφου καίσαρος. In quattuor nostris codicibus Maz. Med.

ραστῇ παιδείας, ἱερᾷ τε συγκλήτῳ καὶ παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ

Fuk. et Saviliano scribitur φιλοσόφῳ, prout etiam in vulgatis Iustini editionibus habetur. Sed nihilominus retinenda est altera lectio, quam confirmat Rufinus et Nicephorus. Nam Rufini codices manuscripti hunc locum ita exhibent: *et Lucio philosophi Caesaris proprio filio*. Iustinus quoque in priore apologia hanc lectionem confirmat, cum ait: οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφου καίσαρος παιδί, qui locus, ut obiter moneam, mancus videtur et mutilus, nisi suppleatur hoc modo: *αὐτοκράτορι, οὐδὲ καίσαρι φιλοσόφῳ, οὐδὲ φιλοσόφου*, etc. [Valesii lectionem exhibet quoque Reg. Steph. Stroth. In vulgatis tamen Iustini editionibus scribitur φιλοσόφῳ. Praeterea in titulo legationis Athenagorae pro Christianis tam Marcus Aurelius quam Lucius postquam regnavit, vocantur philosophi. Inde concludit *Pagi* Crit. T. I. p. 148., philosophi nomen quod in utraque Iustini apologia legitur, ad Lucium Aelium patrem, non ad Lucium filium ex Iustini mente esse referendum et *Λουκίῳ φιλοσόφῳ* legendum, monente ad h. l. Read. *H.*] — 3) *Καίσαρος φύσει υἱῷ*. Lucius naturalis erat filius Aelii Veri caesaris quem Hadrianus adoptaverat. Quo mortuo, cum Hadrianus Antoninum Pium adoptaret, eam legem adoptioni imposuit, ut Pius Marcum et Lucium sibi filios adoptaret, ut scribunt Spartianus et Capitolinus. Alii tamen Lucium a Marco adoptatum esse dicunt, ut refert Capitolinus in Marci vita. Quare in his Iustini verbis Caesarem philosophum non alium intelligere possumus quam Aelium Verum, eum qui ab Hadriano est adoptatus. Ait enim Iustinus Lucium natura quidem fuisse filium Caesaris philosophi, adoptivum vero Antonini Pii. Atqui constat Lucium Aelii Veri naturalem ac proprium filium fuisse. Igitur philosophi Caesaris nomine, non alius intelligi potest quam Aelius Verus. Nam si eo nomine Marcum intelligamus, tum dicendum erit falli Iustinum, qui Lucium naturalem Marci filium fuisse crediderit, cum tamen Lucius non natura, sed adoptione tantum Marci filius esse potuerit. Quis autem credat, tantum errorem a Iustino admitti potuisse? Satius est ergo, in hoc Iustini loco philosophi Caesaris nomine Aelium Verum intelligere. Verum duo sunt, quae huic interpretationi videntur repugnare. Primum est, quod cognomen philosophi nullatenus convenire potest Aelio Vero. Fuit quidem Aelius Verus is qui ab Hadriano est adoptatus, eruditus in literis, et poeticae in primis studiosus, ut in eius vita tradit Capitolinus, sed philosophiae deditum fuisse nemo veterum prodidit. Moribus certe fuit longe alienis a studio ac professione philosophiae. Deinde si Iustinus Aelium Verum hic designare voluisset, cur eius nomen reticuisset? Neque enim philosophi Caesaris appellatio sufficere videtur ad designandum Aelium Verum, cum praesertim haec appellatio communis sit etiam Marco. Ex his difficultatibus facile nos expedire possumus, si hunc Iustini locum ita legamus, prout exhibent scripti codices καὶ *Λουκίῳ φιλοσόφῳ, καίσαρος φύσει υἱῷ*, quam quidem lectionem probat etiam Casaubonus in notis ad Capitolinum in vita

ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου, 4) τῶν ἀπὸ Φλαυίας νέας πόλεως 5) Συρίας τῆς Παλαιστίνης, εἷς αὐτῶν ὤν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν 6) ποιοῦμαι." Ἐντευχθεὶς δὲ καὶ ὑφ' ἑτέρων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀδελφῶν, παντοίαις ὕβρεσι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων δήμων καταπονουμένων, τοιαύτης ἠξίωσε τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας διατάξεως.

Marci. Nos vero eam lectionem paulo ante improbavimus. Nec sane videtur ferri posse haec lectio, si rem attentius expendamus. Sequitur enim apud Iustinum ἐραστῇ παιδείας, id est, *literarum studioso*. Ubi vides Marco et Lucio sua cuique adiungi epitheta, et Marcum quidem philosophum nominari, Lucium vero studiosum literarum. [Falli Valesium philosophi nomen ad studia litterarum neque ad genus vivendi referentem, monet idem *Pagi* I. 1. *H.*] — 4) Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βακχείου. Hieronymus in catalogo patrem Iustini Priscum Bacchium dictum esse scribit, quem secutus est Christophorsonus. Verum Bacchius avus fuit Iustini. Itaque addit Iustinus τῶν ἀπὸ Φλαβίας, quod non nisi de pluribus dici potest, de patre nimirum et avo. — 5) Ἀπὸ Φλαυίας τῆς νέας πόλεως. Inepte Christophorsonus vertit: ex gente Flavia. Flavia dicta est Neapolis civitas Palaestinae, eo quod colonia esset a Flavio Vespasiano deducta. Antea Sichem dicebatur. Plinius tamen coloniam eam fuisse non dicit. Postea Severus imp. ius civitatis ei ademit, eo quod Nigri partes fovisset pertinacius. Spartianus in Severo: *Neapolitanis Palaestinensibus ius civitatis tulit*, id est, in vici formam redegit. Porro Methodius in libro de resurrectione hoc Iustinum ornat elogio: Ἰουστῖνός δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω τῶν τῶν ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ. — 6) Ἔντευξιν. *Postulatum* vertit Rufinus. Ἐντυγχάνειν Graeci dicunt adire imperatorem, et preces ad eum deferre, quod plerumque fiebat scripto. Artemidorus V, 17. ἐντυχὼν τῷ βασιλεῖ ἀφείθη τῆς ἀγγαρείας, id est, *libello imperatori oblato, angariae onere liberatus est*. Exstat huiusmodi libellus precum Marcellini presbyteri, oblatus Theodosio Augusto, quem nuper edidit Iac. Sirmondus. Qui sic incipit: *Deprecamur mansuetudinem vestram*, etc. Sed et in 2. tomo operum Athanasii, referuntur eiusmodi preces Arianorum oblatae Ioviano Augusto adversus Athanasium, quae in Graeco ἐντυχίαι dicuntur; male interpres *colloquium* vertit. Incipiunt autem prorsus eodem modo quo libellus precum Marcellini: δεόμεθά σου τοῦ κράτους.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

Ἀντωνίνου πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολή 1) περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς λόγου.

(Nic. H. E. III, 28.)

„*Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ* [2]) *Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος* [3]) *Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ*

Cap. XIII. 1) Mirum in modum discrepat huius epistolae exemplum quod exstat apud Iustinum, ab hoc nostro. Vid. Streth. edit. graeca ad h. l. p. 202. sqq. *Uebersetzung* T. I. p. 250 not. 4. Fortasse tamen verum est, quod scribit *Kestner*. de Euseb. p. 75. §. 65. „*Maiorem autem fiduciam ponere licet in versione epistolae, H. E. IV, 13. exhibitae. Nam cum in Iustini apologia easdem litteras modo valde discrepanti graece versas legimus, Eusebius igitur inter duas versiones alteram eligere poterat, neque certe pro iudicii sui acumine, tam saepe nobis spectato, deteriorem elegit.*“ *Fr. Balduinus* in Comm. *ad Edicta Impp. de Christianis* p. 88. *H.* — 2) *Αὐτοκράτωρ καῖσαρ*. In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. vox *καίσαρ* primam syllabam acuit, non circumflectit. Neque hoc duntaxat in hoc loco, sed ubicumque ea vox occurrit, in illis exemplaribus constanter acuitur. — 3) *Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντώνινος*. Errat Eusebius, qui Antonino Pio hanc epistolam tribuit, cum sit divi Marci, ut ex inscriptione ipsa apparet, scripta anno 1. eius imperii, cum ipse esset tertium consul. Vide fastos Onuphrii ad annum urbis 914. Hunc Eusebii errorem vidit quidem auctor chronici Alexandrini, sed illam epistolam imp. Marci male assignavit anno eius 10. Eusebii errorem secutus est Ioannes Zonaras. Scribit enim Iustinum philosophum apologiam pro Christianis Antonino Pio obtulisse, qua permotus imp. edictum ad commune Asiae scripsit, ne ullus Christianorum religionis causa puniretur, sed si quis eo nomine delatus esset, accusatore multato reus dimitteretur. Scio quidem P. Halloixium in notationibus ad vitam Iustini cap. 5. contendere, hanc epistolam esse Antonini Pii. Sed argumenta quae ad huius rei probationem affert, parum firma mihi videntur. Nam quod ex Melitonis apologetico adducit, prorsus evertit eius sententiam. Quippe Melito omnia ille rescripta Antonini Pii pro Christianis recenset, epistolam scilicet ad Larissaeos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses et ad omnes Graecos. Quod si epistola ad commune Asiae esset Antonini Pii, eam certe non omissurus fuisset Melito, utpote Asianus. Quomodo enim eam ignorare potuisset, quae publice proposita fuerat Ephesi? Cur vero alias quidem Pii epistolas, ad Macedones et ad

πέμπτον καὶ δέκατον, ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας [4]) χαίρειν. Ἐγὼ μὲν οἶδα ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελές ἐστι, μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. Πολὺ γαρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσαιεν ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς προσκυνεῖν, ἢ ὑμεῖς. Οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔ-

---

Achivos scriptas commemorasset, huius ad suos populares scriptae ne mentionem quidem fecisset? [De huius edicti vel αὐθεντίᾳ vel νοθείᾳ cum in varias sententias abierint iam *Pagi* Crit. T. I. p. 150. ad a. C. 152., *Grabius* in notis ad Iustin. Apol. I. p. 136. (cf. *Pearson*. vind. Ign. P. II. p. 161.) quos laudat ad h. l. *Reading*., ne nunc quidem certo constat. Pro eo scripsit *I. G. Hegelmaier*. in Comment. in *Edictum Imp. Antonini Pii pro Christianis, quod Eusebius H. E. IV*, 13. *asservavit*, Tubing. 1777. 4. et nuper *A. Kestner*. in libro: *die Agape oder der geheime Weltbund der Christen* p. 399. sqq. contra *Ioh. Ph. Beyker*-*tus* in Comm. *de Edicto Antonini Pii pro Christianis ad Commune Asiae*, Argent. 1781. 4. Iste p. 23. „*Legerat*, inquit, *Eusebius in Melitone Antoninum Pium scripsisse ad civitates, ne contra Christianos tumultus excitarent, dein vero* — — *usurpat per errorem pro deperdita hac Antonini epistola nostram, quam, si inscriptioni quam prae se fert, fides aliqua habenda, necessario Marci esse debuit. Non negamus, eam esse recensionis Eusebianae seriem, ut eidem Imperatori, cui Iustini apologiam nuncupatam esse ait, qui Pius est, Eusebius nostrum quoque edictum adscribat, dicimus vero, Eusebium, cum ad Melitonem simul provocet et Melito in sua conscriptione de Christianis recensione praeclaram hanc Antonini epistolam ne verbo quidem attigerit, cum caeteroquin titulus rescripti eam refellat, haec non ex Melitone hausisse, sed aliunde repetiisse, oscitanter totam hanc rerum gestarum seriem enarrasse, et hic, quid enim multa, uti in altis historiae suae locis, humani aliquid passum esse.*“ Cf. *Eichstadtius* in *Exercitationum Antoninianarum quarta et quinta* Vol. I. Annalium Acad. Ien. insertarum. Niceph. H. E. III, 28. *Moshem*. Commentt. p. 240. *Schröckh. christl. K. G.* T. III. p. 88. 115. *Stroth. Uebers.* T. I. p. 250. not. 4. *Tzschirner. Graeci et Romani scriptores cur rerum Christianorum raro meminerint Comment.* II. p. 6. sq. *H.* — 4) Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας. Ita Cicero *commune Milyadum* et *commune totius Siciliae* in Verrinis [II, 46, 63. Xen. Cyr. V, 5, 6. τὸ τῶν Περσῶν κοινόν cf. Chrysost. de sacerdot. I, 3, 27. ed. *Tauchn.* παντὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας. *H.*] dixit. Porro cum κοινὸν Ἀσίας dicitur, subaudiendum est συνέδριον. Habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulae civitates legatos seu synedros mittebant, ut docet Aristides in 4. orat. sacrarum. Et Aristides quidem illic scribit, hoc concilium in superiore Phrygia convenisse, id est, Apameae vel Synnadis. Videtur tamen etiam in aliis civitatibus congregatum fuisse. Erant et in aliis provinciis populi Rom. huiusmodi concilia, ut concilium provinciae Africae, concilium Byzacenorum, concilium Tripolitanorum, de quibus notavi ad lib. XXVIII

χουσιν [5]), ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρε-

---

Amm. Marcellini pag. 378. — 5) *Βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν.* Nicephorus post haec verba addit *περὶ ἡμῶν*. Quam scripturam confirmat Rufini interpretatio. *Sed vos*, inquit, *confirmatis eorum quos persequimi, sententiam, quam de vobis habent, dicentes vos impios esse.* [Ex additamento illo Nicephori non minus quam ex interpretatione Rufini sequitur, utrumque verba ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες retulisse ad Christianos qui ἀθέους vocaverint gentiles. Eodem modo h. l. accepit *Musculus*, qui ita vertit: *quos in perturbationem coniicitis, ac sententiam eorum, quam de vobis habent, confirmatis, qua vos tanquam impios accusant.* Idem censuit etiam *Stroth.*, qui ita reddidit: *Ihr bestärkt vielmehr diese Leute in ihrer Meinung, die sie von euch haben, dass ihr Atheisten seyd.* Ac sane prima specie illa explicatio haud improbanda videatur, siquidem satis constat, crimen atheismi non minus Christianos in gentiles quam gentiles in Christianos conijcere esse solitos. Vid. loca, quae ex Iustino M., Tatiano, Athenagora, Clemente Alexandrino hanc in rem laudat *Lange* in commentatione: *expositio argumentorum, quibus patres apologetici religionem christianam a culpa atheismi ei obiecta defenderunt* p. 129. sq., quae exstat in: *Zweite Denkschrift der hist. theol. Gesellschaft in Leipzig* p. 120 sqq. cf. *Tzschirner.* *Geschichte der Apologetik* T. I. p. 189. sqq. At enimvero recte contrariam sententiam, si quid video, secuti sunt *Christophersonus* ac *Valesius*, ille cum vertemit: *ac quibus hominibus iam ipsi gravem exhibetis molestiam, et tanquam impios atque a deorum cultu aversos insimulatis, eorum plane, quam habent magnopere confirmatis religionem*, hic cum interpretaretur: *qui eorum adversus quos insultamini, sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanquam impios.* Ut autem ita statuam, suadent tum verba praecedentia, ubi imperator scribit, ne quis Christianos punire nimium studeat, quos dii ipsi sint ulturi, tum quod apud Iustinum legitur: εἰς ταραχὴν ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων κατηγορεῖτε, prorsus autem illam interpretationem postulat ac flagitat sequens κατηγορουμένους, quod ad solos Christianos pertinet. Erravit igitur ipse Strothius, qui, cum in germanica interpretatione sua p. 251 not. 5. de veritate explicationis suae certe dubitasset, et nostram adeo aeque contextu aliisque rationibus stabiliri censuisset, tamen in editione sua graeca ad h. l. not. 29. cum alia tum haec scripsit: „*h. l. κατηγοροῦντες sunt Christiani, qui saevitia ethnicorum in sententia sua, quam de iis haberent, confirmabantur. Eo enim, quod non putabant ethnici, deos illorum punire posse contemtores suos, atque inde necesse esse, ut ipsi eosdem puniant, quasi vim ipsam deorum negabant, atque se sine deo, seu Atheos esse secundum sententiam Christianorum confitebantur.*" Inductus autem haud dubie est ad hanc opinionem V. D. tum additamento Nicephori περὶ ἡμῶν, tum verbis: τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν. At haec ipsa verba nullo modo eo pertinent, ut male senserint de ipsis gentilibus Christiani, imo illud potius iis significatur, noluisse eos gen-

τὸν [6]) τὸ δοκεῖν κατηγορουμένους [7]) τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου θεοῦ. Ὅθεν καὶ νικῶσι, περιεμένοι τὰς ἑαυ-

---

tilium deos colere, τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς (θεοὺς) προσκυνεῖν, quod statim antea legitur. Ceterum observandum est pro οὓς ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες haud temere aliquem exspectaturum esse οὓς — ἐμβάλλοντες, βεβαιοῦτε. Hoc enim βεβαιοῦν, magis urgendum et verbo finito dicendum fuisse, sensisse videntur omnes quoque interpretes et ipse Rufinus, qui *sed vos*, inquit, *confirmatis* etc. et maxime Strothius, qui vertit: *Ihr bestärkt — durch die Noth, die ihr ihnen verursacht.* Similiter pro κατηγοροῦντες, κατηγορεῖτε dixit Iustinus. Sed ipsi veteres saepius participium ponunt, ubi rectius ponitur alias verbum finitum, quia nonnisi praepostera quadam ratione cogitandi, qua simile quid ὕστερον πρότερον committitur, fieri illud potest. Ita v. c. Eurip. Iphig. T. v. 1411. ἀκόμονα πόντου τίθησι νῶτα πορθμεύων πλάτῃ, ubi rectius esset τιθεὶς πορθμεύει. Cf. *Seidler.* ad h. l. *Stallbaum.* ad Plat. Phileb. p. 58. *Matthiae ausführl. griech. Grammatik* p. 1097 sq. 2. 1. Sophocl. Electr. v. 345. Hom. Iliad. II, 291. Neque scriptores N. T. hac ratione loquendi prorsus carere videntur. Ita Marc. XI, 5. τί ποιεῖτε λύοντες Act. XII, 13. τί ποιεῖτε κλαίοντες rectius dici debuisse puto: τί ποιοῦντες λύετε, τ. π. κλαίετε, eodem modo quo Graeci τί παθών, τί μαθὼν cum verbo finito usurpant. Vid. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 348. sq. cf. Constant. orat. ad sanctt. coetum. c. XIII. τί δή ποτε βουληθεὶς — ἐπεπήγατο. Eandem rationem esse existimo locorum Matth. XIV, 29. καὶ καταβὰς — περιεπάτησεν, pro quo proprie καὶ περιπατήσας — κατέβη dicendum fuisse recte monuit *Storr. diss. in librorum N. T. aliquot locos* part. III. Sed inde non sequitur, non posse non l. l. cogitari de miraculo, imo ut alii scriptores ita Matthaeus quoque poterat non satis accurate cogitans tanquam prius factum aliquid proponere, quod tamen nonnisi serius et post aliud eveniens debebat describi. Cf. *Paulus Commentar über das N. T.* T. II. p. 345. 355. ed. II. qui ut *Storrii* argumenta refutet, καταβὰς interpretatur: *als ein vom Schiffe hinabsteigen wollender und hinabsteigender*, qua interpretatione nostra fortasse est facilior. Idem dicendum puto de altero loco, quem ibidem *Paulus* attulit, Marc. VII, 24. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν οὐδένα ἤθελε γνῶναι. Ibi vix ac ne vix quidem cum Paulo illud εἰσελθὼν de solo conatu accipi posse puto; *anfangend und fortfahrend einzutreten.* Satis enim mira, quamvis ita interpreteris, existit sententia, Christum a nemine voluisse tunc temporis cognosci, seu voluisse λαθεῖν, ut statim postea Marcus dicit, dum incepit ingredi et dum vere ingrediebatur in domum. Nonne potius *per totum illud tempus* volebat λαθεῖν et ut hoc efficeret, latere tam diu in aliqua domo? Ergo scribendum potius fuisse illo loco puto καὶ οὐδένα θέλων γνῶναι εἰσῆλθε εἰς τὴν οἰκίαν. Sed Marcus quoddam ὕστερον πρότερον commisit scribens: καὶ εἰσελθὼν — ἤθελε γ. Similiter facillima et optima semper mihi visa est illa ratio ad explicandas formulas

τῶν ψυχὰς, ἅπερ πειθόμενοι εἰς ἀξιοῦντα πράττειν αὐτούς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ γινομένων οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα [8]) πρὸς τὰ ἐκείνων. Οἱ μὲν οὖν εὐπαρρησία-

---

ληρεῖς ἔχων, φλυαρεῖς ἔχων adhibita ab *Stephano* de dial. Attic. p. 54., qui illa pro ἔχεις ληρῶν dicta putat quamvis aliis repugnantibus. Vid. *Hermann.* ad Viger. p. 777., qui ἔχων esse putat idem quod τυγχάνων neque vero Stephano assentitur, ut dicit *Passow.* s. ἔχω 4. f. Contra *Matthiae ausf. griech. Grammatik* p. 1120. redundare censet ἔχων. cf. ibid. not. c. *H.* — 6) *Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετόν.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. legitur εἴη δ' ἂν ἐκείνοις αἱρετὸν, quam scripturam magis probo. — 7) *Τὸ δοκεῖν κατηγορουμένους.* Ita quidem codex Regius, cui consentit Nicephorus. Verum in codice Mazarino et Fuketiano scriptum inveni τῷ *δοκεῖν κατηγορουμένοις.* Codex autem Medicaeus scriptum habet τὸ *δοκεῖν κατηγορουμένοις.* Quod si τὸ *δοκεῖν* legamus, referendum erit ad verbum τεθνάναι, sicut retulit Musculus. [Sive τὸ *δοκεῖν κατηγορουμένοις* sive κατηγορουμένους scribamus, sensus manet idem, quem expressit Valesius vertendo: *Illis autem longe optabilius fuerit, ut in ius vocati mortem oppetere videantur pro deo suo quam ut incolumes remaneant. H.*] Si vero τῷ *δοκεῖν* cum Maz. et Fuk. legi placet, tum referendum erit ad verbum κατηγορουμένους prout retulit Langus. Sic enim vertit: *Quibus praestabilius etiam, dum accusari arguique videntur, pro deo suo mori potius, quam in vita manere.* [Si quid video, nulla probanda est ex his lectio, nisi τὸ *δοκεῖν κατηγορουμένους*, quod praeter Reg. Steph. Nic. (MSt. etc.) exhibent Sav. et Strothius, qui tamen hac de re adhuc dubius scripsit: „*Melius tamen fortasse conveniret τῷ — — κατηγορουμένοις, hoc sensu: esset autem illis, in ista opinione versantibus, se dei sui causa accusari, optabilius mori quam vivere.*" Sed equidem sine dubitatione scripsi τὸ *δοκεῖν κατηγορουμένους.* Probabiliter enim offensi sunt librarii accusativo participii praecedente κἀκείνοις, unde alii scripserunt κατηγορουμένοις, alii insuper mutarunt τὸ in τῷ. Cf. Plat. Apolog. 6. ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν· Xen. Oecon. I, 4. Memor. II, 6, 26. Vid. *Duker.* ad Thucyd. IV, 2. cf. *Matthiae ausführl. griech. Grammatik* p. 1079 not. 4. Iustinus autem scripsit: εἴη δ' ἂν ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ κατηγορουμένῳ τεθνάναι. *H.*] — 8) *Παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα.* Legendum videtur τὰ ὑμέτερα, ut scribitur apud Iustinum in calce apologetici. Quam scripturam secutus est Christophorsonus. Sic enim vertit hunc locum: *Et infelices vestri omnium casus in religionem tanquam eorundem causam transfertis.* Eundem quoque sensum expressit Rufinus. [His verbis: *De motibus autem terrae, qui vel facti sunt, vel etiam nunc fiunt, absurdum non erit moerorem vestrum iusta cognitione solari. Quoniam quidem comperi, quod in huiuscemodi rebus ad illorum invidiam communes casus transfertis.* Neque tamen inde potest concludi Rufinum aut τὰ ἡμέτερα aut τὰ ὑμέτερα legisse, quod dedit sane Cph. Iustin. Lan-

αίτεροι γίνονται πρὸς τὸν θεόν, ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καθ᾽ ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας [9]) τῆς περὶ τὸν ἀθάνατον, ὃν δὴ τοὺς Χριστιανοὺς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τῷ θειοτάτῳ [10]) ἡμῶν ἔγραψαν πατρί· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν ταῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό [11]) τι περὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐγχειροῦντες. Καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν, οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. Εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων ὡς δὴ τοιοῦτον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν, ὁ δὲ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται δίκης. Προετέθη ἐν Ἐφέσῳ [12]) ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας [13])." Τούτοις οὕτω χω-

---

gus, nec non Venet. et Stroth. *Τὰ ἡμέτερα* habet Reg. Maz. Med. Fuk. Sav. Steph. Niceph. Val. et Musculus, qui vertit: *Haud vero absurdum fuerit, admonere vos, de terrae motibus qui facti sunt, ac fiunt ut, quum tristemini quando fiunt, res nostras cum illorum conferatis.* *H.*] Sed Graeca Antonini verba sensum hunc admittere non possunt. Optime Langus, doctus Nicephori interpres, hunc locum ita vertit: *De terrae motibus autem qui vel fuere vel fiunt adhuc, non importunum fuerit vos qui ea de causa animum despondistis, admonere, ut scilicet res vestras cum rebus illorum conferatis.* Igitur Langus hunc locum ita legit: *οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας ὅταν περ ὦσι· παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων.* Quemadmodum legitur ad calcem apologetici Iustini. Quae quidem scriptura mihi vehementer placet. [Vid. *Excursus* IV. *H.*] — 9) Verba *καὶ τῆς θρησκείας — θανάτου* haud immerito suspecta visa sunt Strothio, siquidem inde sequeretur Christianum fuisse imperatorem. Ipse coniicit, *ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καὶ θεὸν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε ναῶν καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ἀμελεῖτε.* *H.* — 10) *Τῷ θειοτάτῳ πατρί.* Supra monuimus, graviter halucinari Eusebium qui hanc episolam Antonino Pio adscripserit. Verum licet epistola illa non sit Antonini Pii, opportune tamen et suo loco hic adducitur. In ea quippe fit mentio epistolae illius quam Anteninus Pius rescripserat ad rectores provinciarum, consultus ab iis quid Christianis agendum esset. Huius epistolae divi Pii meminit Melito infra cap. 26. qua vetitum esse dicit: *μηδὲν νεωτερίζειν περὶ Χριστιανούς.* Hic vero in epistola divi Marci dicitur cautum esse a divo Pio *μηδὲν ὀχλεῖν*, quod idem est. — 11) *Ἐμφαίνοιντό τι* Stroth. *H.* — 12) *Προετέθη ἐν Ἐφεσῳ.* Id est, *proposita Ephesi.* Sic in aliquot legibus codicis Theodosiani additur P. P. Romae aut Carthagine. Quae nota significat illam imperatoris legem publice propositam esse in ea civitate. Solebant autem imperatores, quoties aliquam constitutionem ad omnium

ρήσασιν. ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, κατ' αὐτὸ γνωριζόμενος τοῦ χρόνου, δῆλός ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐν ᾗ πεποίηται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον[14]) ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος χρησιμωτάτη ἀπολογίᾳ.

---

notitiam pervenire vellent, sua manu adscribere *proponatur*, ut discimus ex novellis aliquot Valentiniani et Maioriani, et ex epistola 51. Iuliani Aug. ad Alexandrinos, in cuius calce scriptum est: *προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσι.* — 13) *Ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.* Aliter hic sumitur commune Asiae, aliter in inscriptione huius epistolae. Nam in inscriptione quidem ipsa, ubi legitur M. Aurelius Antoninus communi Asiae, sumitur pro concilio, seu pro legatis qui ex tota Asiae Ephesum convenerant ad sacra ludosque in honorem imperatorum. In fine autem epistolae sumitur pro loco ipso in quem conveniebant. Potest etiam sumi pro templo quod commune Asiae construxerat in honorem Romae et Augusti. Exstat sane vetus nummus Claudii Augusti editus a Ioanne Tristano Sanctamantio, in quo templum expressum est hoc titulo R. et AUG. cum hac inscriptione ad utrumque latus templi COM. ASIAE. Hoc templum Ephesi fuisse existimo, quo conveniebant omnes Asiae civitates ad sacra pro salute imp. et populi Romani celebranda. Eratque hoc templum publici iuris totius Asiae, utpote communi sumtu exstructum. Ludi quoque eodem nomine dicebantur *κοινὸν Ἀσίας*, vel in plurali numero *κοινὰ* quorum mentio fit in inscriptione Farnesiana et in marmoribus Arundellianis. Et hos quidem ludos Smyrnae actos fuisse docent supradictae inscriptiones, et nummus imperatoris Severi apud Tristanum hoc titulo: *ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑΣΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.* Tamen nihil vetat, quominus hos ludos etiam Ephesi actos fuisse credamus, praesertim cum haec epistola divi Marci id omnino suadere videatur. — 14) *Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον.* Ita fere Graeci nominant M. Antoninum, ut notavi ad lib. XXVII pag. 339. Amm. Marcellini. Hieronymus in catalogo, Melito, inquit, Asianus Sardensis episcopus, librum imperatori Marco Anton. [cf. cap. XIV extr. *H.*] Vero qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit. Vide cap. 27. huius libri. Ceterum monendus est lector *Οὐῆρον* tribus syllabis scribi in nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. Idque non hic solum sed in sequentibus libris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ.

Τὰ περὶ Πολυκάρπου τοῦ τῶν ἀποστόλων γνωρίμου μνημονευόμενα.

(Nic. H. E. III, 30.)

Ἐπὶ δὲ τῶν δηλουμένων, Ἀνικήτου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἡγουμένου, Πολύκαρπον ἔτι περιόντα τῷ βίῳ γενέσθαι τε ἐπὶ Ῥώμης, καὶ εἰς ὁμιλίαν 1) *τῷ Ἀνικήτῳ ἐλθεῖν διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ πάσχα ἡμέρας* 2), *Εἰρηναῖος ἱστορεῖ. Καὶ ἄλλην δὲ ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ Πολυκάρπου παραδίδωσι διήγησιν, ἣν ἀναγκαῖον τοῖς περὶ αὐτοῦ δηλουμένοις ἐπισυνάψαι, οὕτως ἔχουσαν. Ἀπὸ τοῦ τρίτου τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις Εἰρηναίου* 3). „*καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ*

Cap. XIV. 1) *Ὄψιν* Grut. *H.* — 2) *Περὶ — ἡμέρας.* Cf. infra V, 24. vid. *Neander. Erläuterungen über die Veranlassung und die Beschaffenheit der ältesten Passahstreitigkeiten* in *Stäudlin Tzschirner und Vater kirchenhist. Archiv* 1823. P. II. p. 90 sqq. cf. *Grabe* ad Iren. extr., *Scaliger.* de emend. temp. II. p. 150., *Petav.* de doctrina temp. II. p. 57., *Bevereg.* cod. can. eccles. prim. II, 3. annott. in cod. apost. VII. p. 19., *Gabr. Daniel de la discipline des Quartodecimans pour la celebration de la pacque* in *Recueil de divers Ouvrages philos., theol., historiques par le P. Daniel,* Paris, 1724. 4. p. 473. sq. *C. A. Heumann. vera descriptio priscae contentionis inter Romam et Asiam de vero Paschate* in *Eiusd.* nova Sylloge dissertt. Part. I. p. 156. sq. *Moshem. Commentt. de rebus. Ch.* p. 435. sq. *Walch. Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien* T. I. p. 666. sqq. *Schröckh. christl. K. G.* T. III. p. 50. sqq. Satis inter se discedunt VV. DD. in definiendo anno, quo Romam venerit Polycarpus, aliis a. 155. v. c. *Clerico* in *historia duorum primorum secull.* p. 672—73. et *Dodwell. de success. prim. Romae episc.* c. XIX §. 1. 2. aliis v. c. *Pagio*, a. 158., aliis a. 160. v. c. *Schröckh.* l. l. p. 56., aliis nullum annum certum statuentibus v. c. *Schmidt. Handbuch der christl. K. G.* T. I. p. 212. cf. *Augusti Denkwürdigk.* T. II. p. 24. *H.* — 3) *Ἀπὸ τρίτου τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις Εἰρηναίου.* Haec verba modico intervallo seiungi debent a reliquis. Sunt enim instar indicis seu tituli, quo monemur, ex quonam libro sequentia depromta sint. Idque ita facere solet Eusebius, quoties integras paginas ex aliquo scriptore producit in medium. Verbi gratia in libro VII. cap. 32. *ἐκ τῶν περὶ τοῦ πάσχα Ἀνατολίου κανόνων,* et in lib. VIII. cap. 10. Ubi

ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. Ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου, ταῦτα διδάξας ἀεί, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσι τούτοις [4]) αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν Πολύκαρπον [5]), πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα, Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων [6]), ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην. Καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι [7]) Ἰωάννης ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπών, φύγωμεν μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι

---

luculentum affert testimonium ex epistola Phileae martyris, ἀπὸ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουίτας γραμμάτων. — 4) *Μαρτυροῦσιν αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. nec non apud Nicephorum [Cph. Iren. Ruf. Stroth. *H.*] legitur *μαρτυροῦσι τούτοις αἱ*, etc. Quam lectionem confirmat vetus versio Irenaei. Neque vero id monuissem, sed satis habuissem in editione nostra locum hic emendare, nisi in hanc editionem nescio quo casu mendum irrepsisset, et pro *μαρτυροῦσι τούτοις* editum esset *μαρτυροῦσιν αὐτοῖς*. — 5) *Τὸν τοῦ Πολ. θρόνον* Steph. (Reg.) Nic. qui tamen *τοῦ* omittit. *Τὸν Πολ.* habent Iren. Ruf. MG. Cph. Stroth. *H.* — 6) *Κακοφρόνων, καὶ ἐπὶ* Nic. *H.* — 7) *Ὅτι — — ἐχθροῦ.* Cf. quae monui III, 28 not. 10. *Ittigius de haeresiarchis primi et secundi seculi* p. 58. et *Eiusd. appendix dissertationis de haeresiarchis* p. 14—17. Similiter Iacobus et Iohannes aliquando vere quaesiverunt ex Christo: *Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς* (*Σαμαρείτας*); Luc. IX, 54. Vid. *Paulus Commentar über d. N. T.* Tom. II. p. 734. Differt tamen utraque narratio eo, quod in illo loco N. T. Iohannes et Iacobus ipsi ulcisci voluisse dicuntur et gravissime quidem Samaritanorum iniuriam, h. l. atrocem *dei* poenam Cerintho *verae fidei experti* infligendam exspectasse solus ille Iesu discipulus traditur, qui alias mitissimi ac tenerrimi amoris sensu erat tactus. Cf. 2 Iohann. v. 9—11. *Böhme die Religion Iesu Christi aus ihren Urkunden dargestellt* p. 37. ed. II. Halae 1827. *H.*

καὶ φήσαντι, ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς 8), ἀπεκρίθη· ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ σατανᾶ. Τοσαύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν, πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινὶ τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν, ὡς καὶ Παῦλος 9) ἔφησεν· αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ· εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη 10). Ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν.“ Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος. Ὁ μέν τοι Πολύκαρπος 11) ἐν τῇ δηλω-

— 8) *Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. et Savil. scriptum inveni *ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς.* Quae si vera est scriptura, per interrogationem id dictum accipere oportebit. Vulgatam tamen scripturam tuetur Nicephorus ac Rufinus. Vetus quoque interpres Irenaei eandem lectionem secutus ita vertit in cap. 3. lib. III. *Et ipse quoque Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, et dicenti cognosce nos, respondit: cognosco primogenitum satanae.* Ceterum *ἐπιγινώσκειν* hoc loco idem fere est ac salutare. Nam idcirco cognosci se volebat Marcion, ut salutaretur. Sic olim in ecclesia fidelibus ad sacram mensam accedentibus, diaconus saepius inclamare solebat: *Ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους*, ne quis scilicet profanus aut Iudaeus ad sacramentum altaris accederet, ut docet Chrysostomus. Eodem sensu Paulus in prima ad Corinthios sub finem ait *ἐπιγινώσκετε αὐτοὺς*, id est, salutate illos. [Minime. Vid. *Iaspis.* ad 1 Cor. XVI, 18 not. 3. Quamquam Valesio assentiuntur *P. Halloixius* in nott. ad vitam Polycarpi p. 378. et *Ittig. de haeresiarch. prim. et sec. seculi* p. 138. Sed Valesio repugnat *Le Moyne varr. sacr.* Tom. II. p. 414. „*Hic fingere salutationem et ἐπιγινώσκειν accipere pro salutare mihi videtur nimis argutum, nec ad Polycarpi mentem et indignationem satis congruum — — — Vult agnosci Marcion agnoscitur sed veritatis qualis erat, nimiro — haereticorum pessimus et facile princeps.*“ Cf. ibid. p. 446. sqq. p. 454. sqq. p. 458. sqq. Euseb. H. E. V, 17. Vit. Const. II, 71 extr. *ἐπανέλθετε δὴ πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν τε καὶ χάριν — αὖθις ἀλλήλους ἐπίγνωτε* ubi ipse Val. vertit *vos vicissim agnoscite* scil. tanquam fratres et amicos. Cf. *Stroth. Uebers.* T. II. p. 290. * ad h. l. *H.*] Sic etiam Latini dicebant *recognoscere*, ut legitur in actis Passionis Fructuosi episcopi. — 9) *Παῦλος* Tit. III, 10. *H.* — 10) *Ἱκανωτάτη.* In huius vocis significatione mirum est quantum varient interpretes. Rufinus vertit *pervalidam*, vetus interpres Irenaei *perfectissimam*, Langus Nicephori interpres *longissimam*, Christophorsonus *accurate scriptam*. Occurrit eadem vox supra, ubi de Iustini libro adversus gentiles loquitur Eusebius. — 11) *Ὁ μέν τοι Πολύκαρπος.* Quatuor nostri codi-

θείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ. [12]) φερομένῃ εἰς δεῦρο κέχρηταί τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς. Ἀντωνῖνον [13]) μὲν δὴ τὸν εὐσεβῆ κληθέντα, εἰκοστὸν καὶ δεύτερον ἔτος τῆς ἀρχῆς διανύσαντα, Μάρκος Αὐρήλιος Οὐῆρος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, υἱὸς αὐτοῦ, σὺν καὶ Λουκίῳ ἀδελφῷ διαδέχεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ.

Ὅπως κατὰ Οὐῆρον ὁ Πολύκαρπος ἅμα ἑτέροις ἐμαρτύρησεν ἐπὶ τῆς Σμυρναίων πόλεως.

(Nic. H. E. III, 34. 35.)

Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πολύκαρπος μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν, μαρτυρίῳ τελειοῦται. Ἀναγκαιότατον δὲ αὐτοῦ τὸ τέλος ἐγγράφως ἔτι φερόμενον [1]), ἡγοῦμαι δεῖν μνήμῃ

---

ces Maz. Med. Fuk. et Savil. scriptum habent ὁ μὲν γένος. — 12) Ἐν τῇ — γραφῇ. Ex hac Polycarpi ad Philippenses epistola fragmenta iam legebantur supra III, 36. extr. De authentia huius epistolae dubitavere centuriatores Magdeburgenses, *Dallaeus* et maxime *Semlerus*, ad *Baumgarten.* *Untersuchung theologischer Streitigkeiten* Vol. II. p. 86. sq. adsentiente *Röslero* *Bibliothek der Kirchenväter* P. I. p. 93. sq. Additamentum quod in Photii cod. 126. deprehenditur, bene quadrare cum iis quae cap. 9. leguntur, monuit *Danz.* p. 123. not. 24. Nostra aetate praeeunte *du Pinio*, *Basnagio*, *Caveo*, *Ittigio* authentia illius epistolae certior facta est. Cf. *Le Moyne* *varr. sacr.* T. I. p. 62. sq. *Moshem.* Commentt. p. 162. *Tillemont.* Mémoires Tom. II. p. 327. sqq. *Fabric.* B. Gr. Vol. IV. p. 46. sqq. *H.* — 13) Ἀντωνῖνον — ἔτος. vid. quem laudat *Reading.* ad h. l. *Pagi* Crit. T. I. p. 133. ad a. C. 161. *H.*

Cap. XV. 1) Ἐγγράφως ἔτι φερόμενον. Ita legitur in codice Regio, sed quatuor reliqui, Maz. scilicet et Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent ἐγγράφως ἤδη φερόμενον, quod non probo. Nicephorus certe vulgatam scripturam tuetur. Sic enim habet: καὶ εἰσέτι δ' ἐγγράφως τὸ μαρτύριον αὐτοῦ φέρεται. Quodsi quis scriptam lectionem tueri velit, tum sensus erit, Polycarpi ac sociorum eius martyrium litteris traditum esse omnium primum. Certe acta martyrum nulla exstant antiqui-

τῆς ἱστορίας τῇδε καταθέσθαι. Ἔστι δὲ ἡ γραφὴ ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς ἐκκλησίας ἡγεῖτο, ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις [2]) τὰ κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα, διὰ τούτων· „Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. Ἐγράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας διὰ τῆς μαρτυρίας αὐτοῦ, κατέπαυσε τὸν διωγμόν [3])." Τούτοις ἑξῆς πρὸ τῆς ἀμφὶ τοῦ Πολυκάρπου

---

ora. Nec dubito, quin hoc Polycarpi martyrium primo loco positum fuerit ab Eusebio, in libro quem inscripserat ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή. Paulo post in iisdem exemplaribus Maz. Med. et Fuk. legitur μνήμῃ τῆςδε τῆς ἱστορίας καταθέσθαι, quae collocatio verborum videtur elegantior. — 2) Ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις. [Ita Ruf. et Nic. cf. V, 16 not. 5. *H.*] Scribendum videtur ταῖς κατὰ πάντα τόπον παροικίαις. Quod confirmat epistolae ipsius inscriptio quae sic habet: Ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Certe in hac inscriptione nulla fit mentio ecclesiarum Ponti. Nam Philomelium non est urbs Ponti, sed Lycaoniae ut Plinius scribit, aut ut alii, Pisidiae. Sic enim in actis concilii Chalcedonensis Paulus quidam Philomeliensis nominatur inter episcopos Pisidiae. [Est profecto Valesii coniectura eiusmodi, quae non possit non cuivis fere in mentem venire. Cf. *Le Moyne varr. sacr.* Tom. II. p. 58. „*legitur quidem apud eundem Eusebium L.* 4. *c.* 23. *quod Dionysius Corinthiorum episcopus scripserit*, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ παροικούσῃ Ἀμάστριν, ἅμα καὶ ταῖς κατὰ Πόντον ἐκκλησίαις. — — *Sed Amastris erat in Bithynia seu Ponto, et iure potuit Amastrianorum ecclesia cum aliis Ponti ecclesiis iungi et sociari. Non vero ecclesia Philomeliensium quae a Ponto et Bithynia multis parasangis distabat. Ac proinde* (hoc Eusebii loco) *legendum* — κατὰ πάντα τόπον." Sed nihilominus recte fecisse puto Valesium, quod non recepit suam coniecturam, cum sane ipse Eusebius negligentius scripsisse possit κατὰ Πόντον. Neque Streth. aliter scripsit. Quamquam hic ipse verterat: *den Gemeinen aller Orten*, etiam h. l. *H.*] — 3) Κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Non dubito quin plerique hoc loco aegre laturi sint, quod Eusebius epistolam hanc de Polycarpi martyrio scriptam, integram nobis exhibere noluerit. Sed nequaquam difficile erit, huic studiosorum hominum cupiditati satisfacere. Etenim decem adhinc annis integra haec epistola Londini edita est a Iacobo Usserio Armachano. Quare operae pretium facturus mihi videor, si ea quae ab Eusebio hic praetermissa sunt, ex editione Anglicana supplevero, ne quid hoc loco studiosi desiderare possint. Idque eo libentius facturus sum, quod vetus in-

διηγήσεως, τὰ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνιστοροῦσα μάρτυρας, οἵας

---

terpres huius epistolae, quem una cum Graeco textu edidit Usserius, plerisque in locis, sed maxime in exordio ipsius epistolae, sensum minime est assecutus. Sic igitur habet epistola.

Ἐγράψαμεν ὑμῖν ἀδελφοὶ τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν· σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ εὐαγγέλιον μαρτύριον. Περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ ὡς καὶ ὁ κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα· μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας· ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς· μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα, τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ γεγονότα· χρὴ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἀνατιθέναι· τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν καὶ ὑπομονητικὸν καὶ φιλοδέσποτον, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν; οἳ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι, τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε βρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ ἑαυτῶν ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστὼς ὁ κύριος ὡμίλει αὐτοῖς. Καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι· καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν· πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον· καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ κυρίου οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες [Hoc loco aliquid deesse Read. asterisco notavit. Pro voce *χρόνον* Patricius Iunius *ἔπαθον* substituit. *H.*] *χρόνον δεινὰς κολάσεις· κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπὶ μόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ· πολλὰ γὰρ ἐμηχανάσατο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος· ἀλλὰ χάρις τῷ θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν· ὁ δὲ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπεῤῥώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν, καὶ λέγειν τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος θαυμάσαν τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους, ζητείσθω Πολύκαρπος. Εἷς δὲ ὀνόματι Κόϊντος Φρὺξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν· οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καὶ τινὰς προσελθεῖν ἑκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν ἀδελφοὶ, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς, ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ*

ἐνστάσεις πρὸς τὰς ἀλγηδόνας ἐνεδείξαντο, διαγράψαντες. Κατα-

---

ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν. Καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ ἔτριβε μετ' ὀλίγων νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἦν συνήθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος, ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαιόμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι. Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον· καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες συνελάβοντο παιδάρια δύο· ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν, ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ καὶ Κληρόνομος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος, οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν. Ἔχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ δείπνου ὥραν ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, ὡς ἐπὶ λῃστὴν τρέχοντες· καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας συνεπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπὼν, τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γενέσθω. Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας, καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς· θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· ἡ τοσαύτη σπουδὴ ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν; Εὐθέως οὖν ἐκέλευσε παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται, ἐζητήσατο δὲ αὐτοὺς ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην. Ὡς δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, et cetera, ut habentur apud Eusebium nostrum. Hanc autem epistolam Latino sermone interpretati sumus in hunc modum:

Scripsimus vobis fratres, tum de reliquis martyribus, tum de beato Polycarpo, qui martyrio suo velut signaculo quodam persecutioni finem imposuit. Cuncta enim fere quae praecesserunt, idcirco gesta sunt, ut ex evangelii praeceptis expressum atque adumbratum martyrium Christus e caelo nobis ostenderet. Exspectabat quippe Polycarpus donec traderetur, quemadmodum dominus exspectavit, ut nos quoque imitatores eius essemus, non solum nostrae, verum etiam proximorum saluti consulentes. Verae siquidem ac solidae charitatis proprium est, non suae duntaxat incolumitatis curam gerere, sed omnium fratrum salutem concupiscere. Beata quidem ac generosa fuisse fatendum est cuncta martyria, quae ex dei arbitrio ac voluntate gesta sunt. Quippe nos qui prae ceteris religiosi sumus, omnium rerum arbitrium ac potestatem deo adscribere oportet. Certe magnitudinem animi illorum ac tolerantiam et erga dominum fidem ac benevolentiam, quis non

πλῆξαι γὰρ φασὶ τοὺς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας θεωμένους. τοῦ

---

maxime admiretur? Qui cum flagris ita conscissi essent, ut tota corporis compago ad intimas usque venas et arterias spectaretur, nihilominus sustinuerunt. Adeo ut omnes qui aderant, miseratione capti ingemiscerent, ipsi vero tanta fortitudine praediti essent, ut nemo illorum suspirium aut gemitum ediderit. Ostendebant scilicet nobis martyres Christi, se a propriis corporibus quasi peregrinatos fuisse dum torquerentur, aut potius Christum ipsis adstitisse et familiariter cum ipsis esse versatum. Christi igitur gratia fulti ac sustentati, hominum tormenta spernebant, unius horae spatio se ab aeternis cruciatibus redimentes. Frigidus ipsis videbatur immanium carnificum ignis. Quippe qui in animo haberent, aeternum illum nec ullo unquam tempore extinguendum ignem evitare, et mentis oculos defixos haberent in praemia, quae viros fortes post malorum tolerantiam manent, quae nec auris audivit nec oculus vidit, nec hominum sensus aut intelligentia comprehendit, ipsis vero tunc ostendebantur a domino, utpote qui non homines amplius, sed angeli essent. Sed et hi qui ad bestias erant condemnati, cum diutissime in carcere detinerentur, gravissimos cruciatus pertulerunt, partim muricibus ipsorum corpori substratis, partim aliis cuiusque modi suppliciis excruciati, ut si fieri posset, tormentorum assiduitate eos tyrannus ad negandam Christi fidem adduceret. Multa siquidem adversus illos excogitavit diabolus. Sed iuvante Christi gratia nihil contra cunctos proficere valuit. Nam fortissimus Germanicus tolerantiae suae magnitudine ceterorum imbecillitatem roborabat, qui quidem illustri certamine adversus bestias depugnavit. Nam cum proconsul verbis eum flectere vellet, moneretque ut suam ipse aetatem miseraretur, ille bestiam ultro ad se attraxit, cogens illam ac provocans, quo scilicet ex hoc impio atque iniusto saeculo velocius emigraret. Exinde universa populi multitudo, fortitudinem piae ac religiosae Christianorum gentis magnopere admirata, acclamavit: Tolle impios, Polycarpus requiratur. Quidam vero oriundus e Phrygia Quintus nomine, qui nuper ex patria huc advenerat, cum bestias vidisset, pavore concussus est. Hic porro erat qui alios perpulerat, ut ultro secum ad tribunal iudicis pergerent. Hunc proconsul blandis persuasionibus illectum eo adduxit, ut iuraret ac sacrificaret. Nos itaque, fratres, non probamus eos qui ultro accedunt ac semet ipsos produnt, cum aliter praecipiatur in evangelio. Admirabilis autem Polycarpus primum quidem nullatenus commotus est cum ista geri audiret, sed in urbe permanere decreverat. Plures tamen ei persuaserunt ut secederet. Secessit ergo in agellum quendam haud procul a civitate. Illic cum paucis comitibus morabatur, diu noctuque orationibus intentus, quas pro cunctis hominibus et pro universis per orbem terrarum ecclesiis, ut moris ei fuit, ad deum fundebat. Triduo vero antequam comprehenderetur, inter orandum oblata est ei coelitus visio. Videbat enim cervical suum igne comburi. Et mox conversus ad comites suos, prophetico spiritu dixit: Vivum me cremari oportet. Porro cum instarent qui illum requirebant, migravit in aliam villam. Statimque advenerunt illi qui ipsum indagabant. Et cum illum non reperissent, duos servulos comprehenderunt. Quorum alter tormentis

μὲν ἐμάστιξι μέχρι καὶ τῶν ἐνδοτάτω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν κα-
[illegible]

subditus, latebram eius indicavit. Certe latere non poterat, quando quidem domestici eius erant qui ipsum prodiderunt. Et irenarchus qui et Cleronomus dicebatur, cognomento Herodes, omni ope contendebat, ut ipsum ad stadium adduceret, quo scilicet Polycarpus quidem proprium sortem impleret, consors Christi factus; proditores autem illius iisdem quibus Iudas poenis afficerentur. Igitur diogmitae et equites, assumpto secum puero egressi sunt feria sexta sub horam cenae, armis consuetis instructi, tanquam adversus latronem currentes. Et sub vesperam simul ingressi, ipsum quidem repererunt in quodam solario iacentem. Unde cum in alium locum facile migrare posset, id tamen praestare noluit, dicens: Fiat voluntas domini. Cum ergo introisse illos cognovisset, descendit e cenaculo et collocutus est cum eis. Cum autem admirarentur omnes aetatem illius atque constantiam, quidam ex iis dicebant: Cur tantum adhibetur studium ut huiusmodi senex comprehendatur? At ille confestim cibos cum potu eis apponi iussit, quantum ipsi voluissent. Petiitque ab eis horae spatium, quo libere et absque impedimento oraret. Quod cum ipsi concessissent, stans ille oravit plenus gratia dei: adeo ut ipse quidem duarum horarum spatio silere non posset, auditores vero admiratione stupefacti tenerentur, multosque eorum pæniteret, quod talem tamque divinum senem capturi venissent. Finita oratione et cetera; ut habentur infra.] [Erat haec epistola ecclesiae Smyrnensis ἐγκύκλιος. Exemplar autem illius aliud manibus tractavit Eusebius, quam quod Usserius primus e cod. Barociano an. 1647 edidit, ut recte monuit *Danz.* de Euseb. p. 130. Eusebii enim exemplar ad incolas Christianos *Philomelii* missum fuit, quod *Usserius* edidit, ad Christianos *Philadelphiae*. Accedunt plures varietates insigniores quae in utraque epistola deprehenduntur. Ita pro verbis ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος Eusebius scribit simpliciter ad finem epistolae: ἐξῆλθε πλῆθος αἵματος. Neque illa ipsa lectio immerito suspecta visa est *Stephano Le Moyne* in *varr. sacr.* Tom. I. p. 41. ubi: *Neque enim,* inquit V. D., *cuiquam verisimile videri potest, imbellis columbae alis vorantes rogi flammas temperatas et cohibitas. Deinde de ista columba nihil Eusebius — nihil Hieronymus — nihil Menaea Graecorum. Quod procul dubio non praetermisissent, si martyrii Polycarpi tam miranda circonstantia, codicum MSS. meliorum fide potuisset se tueri.* Hinc cum alias vix tamen veras, tum hanc coniecturam proponit l. l. p. 42. V. D., ut pro ἐξῆλθε περιστερὰ legatur ἐξῆλθ' ἐπ' ἀριστερᾷ, quae coniectura mihi quidem non displicet, et cur a *Danzio* l. l. p. 132. sit prorsus reiecta, non satis video. Neque enim causa apparet, cur necessario *vel plane reiicienda aut ista περιστερὰ vel immutata conservanda.* Sed si vera est lectio illa περιστερὰ, Lucianum hoc miraculum citius creditum fictione sua vulturis ex roga Peregrini subito exeuntis voluisse ridere, haud male coniecit *Le Moyne* l. l. p. 41. 42. cf. p. 38 sqq., qua de re vellem monuisset *Tzschirner*. *Graeci et Romani scriptt. cur rerum Christian. raro meminerint Comment.* III. p. 12. vel 14. Et profecto haud immerito perstrinxisset Lucianus ineptum il-

ταξαινομένους; εἰς ἤδη καὶ τὰ ἐν μυχοῖς ἀπόῤῥητα τοῦ σώματος σπλάγχνα τε αὐτῶν καὶ μέλη κατοπτεύεσθαι· τοτὲ δὲ

---

lud de columba commentum, quae quamvis fortasse apparuerit, et deinde vel a nobis tanquam efficaciae divinae per se haud adspectabilis adspectabile *σύμβολον* quo animi Polycarpi *ἀκέραιος* (cf. Mtth. X, 16.) candor clarissime manifestaretur, haberi possit (cf. quae de columba in baptismo Iesu apparente praeclare disputavit *Paulus. Commentar über das N. T.* Tom. I. p. 338. 339. 341. 344—346. et verba quae leguntur in epistola de Polycarpo: *τῷ Πολυκάρπῳ φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ γέγονεν-ἀνδρίζου*), tamen ex ardente corpore Polycarpi eam exiisse nonnisi Iudaeus Apella credet. Similiter in evangelio Ebionaeorum scribitur, columbam *in* Christum intrasse *περιστερᾶς — εἰσελθούσης εἰς αὐτόν*. Vid. *Fabric.* Cod. Apocr. N. T. Tom. I. p. 347. cf. *Paulus* l. l. p. 345. Constantini oratio ad sanctorum coetum c. 11., ubi verba *Constantini* leguntur satis memorabilia haec: *πῶς δ' εἰς ἀνθρώπους καὶ γῆν κατῆλθεν; (ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ) Ἡ μὲν προαίρεσις τῆς καθόλου — κηδεμονίας τῶν ὅλων ἐστίν· — ἐπεὶ δὲ κοσμικῷ σώματι πλησιάζειν — ἔμελλε, τῆς χρείας τοῦτο ἀπαιτούσης, νόθην τινὰ γένεσιν ἑαυτοῦ ἐμηχανήσατο· χωρὶς γάρ τοι γάμων σύλληψις καὶ ἁγνῆς παρθενίας εἰλείθυια· καὶ θεοῦ μήτηρ κόρη, καὶ αἰωνίας φύσεως ἀρχὴ χρόνιος, καὶ νοητῆς οὐσίας αἴσθησις, καὶ ἀσωμάτου φανότατος ὕλη· ἀκόλουθα τοιγαροῦν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ φάσματος. Αἰγλήεσσα περιστερὰ ἐκ τῆς Νῶε λάρνακος ἀποπταμένη, ἐπὶ τοὺς τῆς παρθένου κόλπους κατῆρεν· ἀκόλουθα δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀναφῆ, πάσης τε ἁγνείας καθαρώτερον, καὶ αὐτῆς ἐγκρατείας κρείσσονα ὑμέναιον.* In universum vero ne ei quidem qui *περιστερὰ* veram lectionem putat, improbabile videri potest, ad illam de Iesu narratione cui columba apparuit, hanc de Polycarpo quamvis pessime effictam esse. Cf. *Fabric.* l. l. p. 364. *Paulus.* l. l. p. 350. sq. Eusebium vero columbam, ut rem nulla fide dignam omisisse censet *Henkius* in *Progr. de figurato dicendi genere fonte multarum in historia Christiana fabularum*, Helmst. 1788. 4. p. 4. sqq. cf. *I. A. Schmidii Diss. de Columbis in ecclesia Graeca et Lat. usitatis*, ibid. 1711. 4. *I. Chr. Wernsdorf. Progr. de Columba Syris culta*, ibid. 1770. 4. et *E. Fr. Wernsdorf. Commentat. de simulacro Columbae in locis sacris antiquitus recepto*, Vitemb. 1773. 4. Contra exemplar Usserii columbam illam addidisse probabilius putat *Danz.* p. 131. sq. praeeunte *Le Moyne* l. l. quibus ipse assentiendum duco. Ceterum laudavit Danzius: *Chr. A. Heumann. Par fabularum ex hist. eccles. exterminatum*, Isen. 1725. 4. p. 9. sqq. *I. A. Schmidii hist. sacr. saec. II. fabulis verior. maculata*, p. 20. *Herder. Zerstreute Blätter, sechste Sammlung* p. 247. sqq. 295. Eodem modo denique differt doxologia in utraque epistola. Apud Usserium enim illa ita legitur: *Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ ἀγαπητῷ σου παιδί, μεθ' οὗ σοι καὶ πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.* Cf. *Lambec.* biblioth. Vindob. Tom. VIII. p. 88.

τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας [5]), καί τινας ὀξεῖς ὀβελίσκους ὑποστρωννυμένους, καὶ διὰ παντὸς εἴδους κολάσεων καὶ βασάνων προϊόντας, καὶ τέλος θηρσὶν εἰς βορὰν παραδιδομένους. Μάλιστα δὲ ἱστοροῦσιν διαπρέψαι τὸν γενναιότατον Γερμανικὸν, ὑποῤῥωννύντα [6]) σὺν θείᾳ χάριτι τὴν ἔμφυτον περὶ τὸν θάνατον τοῦ σώματος δειλίαν. Βουλομένου γέτοι τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν, προβαλλομένου τε τὴν ἡλικίαν, καὶ ἀντιβολοῦντος κομιδῇ νέον ὄντα καὶ ἀκμαῖον, οἶκτον ἑαυτοῦ λαβεῖν, μὴ μελλῆσαι, προθύμως δὲ ἐπισπάσασθαι εἰς ἑαυτὸν τὸ θηρίον [7]), μονονουχὶ βιασάμενον καὶ παροξύναντα, ὡς ἂν τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγείη [8]). Τούτου δὲ ἐπὶ τῷ δια-

---

Le Moyne l. l. p. 60. *H.*] — 4) Τοὺς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας θεωμένους. In quatuor codicibus Maz. Med. Fuk. et Savil. [et Bong. *H.*] particula coniunctiva additur hoc modo καταπλῆξαι γὰρ φασὶ τοὺς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας καὶ θεωμένους. Vulgatam tamen lectionem magis probo. — 5) Τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας. Rufinus murices vertit. Genus est marinae cochleae seu conchae cuius mentio fit in veteri epigrammate nondum edito Quinti cuiusdam, ubi Damis piscator Apollini Acritae huiusmodi concham dedicat.

Ἀκρίτᾳ Φοίβῳ, Βιθυνίδος ὃς τάδε χώρης
Κράσπεδον αἰγιαλοῖς γειτονέουσιν ἔχεις,
Δᾶμις ὁ κυρτευτὴς, ψάμμῳ κύρας αἰὲν ἐρείδων
Φρουρητὸν κήρυκ' αὐτοφυεῖ σκόλοπι
Θῆκε, γέρας λιτὸν μὲν, ἐπ' εὐσεβίῃ δ' ὁ γεραιὸς
Εὐχόμενος νούσων ἐκτὸς ἰδεῖν ἀΐδην.

Id est:

Acritae Apollini, qui hanc oram Bithyniae
Litoribus vicinam tenes,
Damis piscator, qui semper rete ad arenam usque demittit,
Muricem nativo vallo munitum
Dicavit senex: leve quidem donum, sed tamen pietatis causa,
Precatus ut absque morbis ad manes descendat.

[Aristot. Hist. Anim. V, 12. Oppian. Halieut. I, 316. 329. *H.*] — 6) Ὑποῤῥωννύντα σὺν θείᾳ χάριτι τὴν ἔμφυτον, etc. Verba ipsius epistolae quam superius exscripsimus, longe alium sensum exhibent. Neque enim se ipsum, sed sociorum animos exemplo suo confirmasse dicitur Germanicus. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς ἐπεῤῥώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς. Qui sensus mihi quidem magis placet. — 7) Τὸ θηρίον εἰς ἑαυτὸν Stroth. *H.* — 8) Ἀνόμου βίου ἀπαλλαγείη.

πρέπει θανάτῳ τὸ πᾶν πλῆθος ἀποθαυμάσαν τῆς ἀνδρείας τὸν θεοφιλῆ μάρτυρα, καὶ τὴν καθόλου τοῦ γένους [9]) τῶν Χριστιανῶν ἀρετὴν, ἀθρόως ἐπιβοᾶν ἄρξασθαι· αἶρε τοὺς ἀθέους· ζητείσθω Πολύκαρπος. Καὶ δὴ πλείστης ἐπὶ ταῖς βοαῖς γενομένης ταραχῆς, Φρύγα τινὰ τὸ γένος Κοΐντον τοὔνομα, νεωστὶ ἐκ τῆς Φρυγίας ἐπιστάντα, ἰδόντα τοὺς θῆρας, καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἀπειλὰς, καταπτῆξαι τὴν ψυχὴν μαλακισθέντα, καὶ τέλος τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι [10]). Ἐδήλου δὲ τοῦτον ὁ τῆς προειρημένης γραφῆς λόγος προπετέστερον, ἀλλ' οὐ κατ' εὐλάβειαν ἐπιπηδῆσαι τῷ δικαστηρίῳ σὺν ἑτέροις, ἁλόντα δ' οὖν ὅμως, καταφανὲς ὑπόδειγμα τοῖς πᾶσι παρασχεῖν, ὅτι μὴ δέοι τοῖς τοιούτοις ῥιψοκινδύνως καὶ ἀνευλαβῶς κατατολμᾶν [11]). Ἀλλὰ ταύτῃ μὲν εἶχε πέρας τὰ κατὰ τούτους. Τὸν γε μὴν θαυμασιώτατον Πολύκαρπον, τὰ μὲν πρῶτα τούτων ἀκούσαντα, ἀτάραχον διαμεῖναι, εὐσταθὲς τὸ ἦθος καὶ ἀκίνητον φυλάξαντα, βούλεσθαί τε αὐτοῦ κατὰ τὴν πόλιν περιμένειν [12])· πεισθέντα γε μὴν ἀντιβολοῦσι τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ὡς ἂν ὑπεξέλθοι παρακαλοῦσι, προελθεῖν εἰς οὐ πόῤῥω διεστῶτα τῆς πόλεως ἀγρὸν, διατρίβειν τε σὺν ὀλίγοις ἐνταῦθα, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν οὔτι ἕτερον πράττοντα, ἢ ταῖς πρὸς τὸν κύριον διακαρτεροῦντα εὐχαῖς, δι' ὧν δεῖσθαι καὶ ἱκετεύειν, εἰρήνην ἐξαιτούμενον ταῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις· τοῦτο γὰρ καὶ εἶναι ἐκ τοῦ παντὸς αὐτῷ σύνηθες. Καὶ δὴ εὐχόμενον, ἐν ὀπτασίᾳ τριῶν πρότερον ἡμερῶν τῆς συλλήψεως, νύκτωρ ἰδεῖν τὸ ὑπὸ κεφαλῆς αὐτοῦ στρῶμα ἀθρόως οὕτως ὑπὸ πυρὸς φλεχθὲν δεδαπανῆσθαι, ἔξυπνον δὲ ἐπὶ

Hoc loco vocem restituimus, quae in Regio quidem codice [apud Steph. Sav. (Cph. etc.) *H.*] deerat, sed in tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. et in exemplari ipsius epistolae legitur hoc modo: ὡς ἂν τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγείη. — 9) Τὴν καθόλου τοῦ γένους. In codice Mazarino et Fuketiano καθόλου scribitur quidem una voce, aspero tamen spiritu media syllaba praenotatur. — 10) Τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι. Rufinus vertit *salutem segnitia perdere.* Musculus vero *salutem suam prodere.* At Christophorsonus uberius ut solet et prolixius interpretatus est hoc modo: *Et tandem salute prodita manus prae ignavia dedisse.* Sane aliquid hic videtur deesse. Neque enim Graece dicitur ἐνδοῦναι τῆς σωτηρίας, nisi forte subaudias ἕνεκα. Nec immerito quis suspicetur scribendum esse ἐκπεσόντα τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι. [Vid. Excursus V. *H.*] — 11) Ἐπιτολμᾶν Stroth. *H.* — 12) Περιμένειν, κατὰ πόλιν Steph. Stroth., κατὰ πόλιν μένειν exemplum epistolae ab Usserio edi-

τοῦτο γενόμενον, εὐθὺς ὑφερμηνεῦσαι τοῖς παροῦσι καὶ φάναι προφητικῶς τὸ μέλλον προθεσπίσαντα, σαφῶς τε ἀνειπόντα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὅτι δέοι αὐτὸν διὰ Χριστὸν πυρὶ τὴν ζωὴν μεταλλάξαι. Ἐπικειμένων δὴ οὖν σὺν πάσῃ σπουδῇ τῶν ἀναζητούντων αὐτὸν, αὖθις ὑπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν διαθέσεως καὶ στοργῆς ἐκβεβιασμένον μεταβῆναι φασὶν εἰς ἕτερον ἀγρὸν, ἔνθα μετ' οὐ πλεῖστον τοὺς συνελαύνοντας ἐπελθεῖν, δύο τε τῶν αὐτόθι συλλαβεῖν παίδων, ὧν θάτερον αἰκισαμένους, ἐπιστῆναι δι' αὐτοῦ τῇ τοῦ Πολυκάρπου καταγωγῇ. Ὀψὲ δὲ τῆς ὥρας ἐπελθόντας, αὐτὸν μὲν εὑρεῖν ἐν ὑπερῴῳ κατακείμενον, ὅθεν δυνατὸν ὂν αὐτῷ ἐφ' ἑτέραν μεταστῆναι οἰκίαν, μὴ βεβουλῆσθαι, εἰπόντα· τὸ θέλημα τοῦ κυρίου γινέσθω [13]. Καὶ δὴ μαθὼν παρόντας, ὡς ὁ λόγος φησὶ, καταβὰς αὐτοῖς διελέξατο, εὖ μάλα φαιδρῷ καὶ πρᾳοτάτῳ προσώπῳ, ὡς καὶ θαῦμα δοκεῖν ὁρᾶν τοὺς πάλαι τοῦ ἀνδρὸς ἀγνῶτας, ἐναποβλέποντας τῷ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ παλαιῷ, καὶ τῷ σεμνῷ καὶ εὐσταθεῖ τοῦ προσώπου [14], καὶ εἰ τοσαύτη γένοιτο σπουδὴ ὑπὲρ τοῦ τοιοῦτον συλληφθῆναι πρεσβύτην. Ὁ δ' οὐ μελλήσας, εὐθέως τράπεζαν αὐτοῖς παρατεθῆναι προστάττει. Εἶτα τροφῆς ἀφθόνου μεταλαβεῖν ἀξιοῖ, μίαν τε ὥραν, ὡς ἂν προσεύξοιτο ἀδεῶς, παρ' αὐτῶν αἰτεῖται. Ἐπιτρεψάντων δὲ, ἀναστὰς ηὔχετο [15], ἔμπλεως τῆς χάριτος ὢν τοῦ κυρίου, ὡς ἐκπλήττεσθαι τοὺς παρόντας ἀκροωμένους εὐχομένου αὐτοῦ, πολλούς τε αὐτῶν μετανοεῖν ἤδη, ἐπὶ τῷ τοιοῦτον ἀναιρεῖσθαι μέλλειν σεμνὸν καὶ θεοπρεπῆ πρεσβύτην. Ἐπὶ τούτοις ἡ περὶ αὐ-

---

tae. H. — 13) Γινέσθω Stroth. H. — 14) Καὶ τῷ σεμνῷ καὶ εὐσταθεῖ τοῦ προσώπου. Codex Regius quem multis in locis a reliquis exemplaribus discrepare monuimus, scriptum habet εὐσταθεῖ τοῦ τρόπου. Quam scripturam confirmare videtur Nicephorus et Eusebius ipse, qui paulo antea de Polycarpo ita loquitur: τὰ μὲν πρῶτα τοῦτον ἀκούσαντα, ἀτάραχον διαμεῖναι, εὐσταθὲς τὸ ἦθος καὶ ἀκίνητον φυλάξαντα. Rufinus quoque ita legisse videtur, sic enim vertit: *Ita ut illi mirarentur et stuperent quid tantum studii fuerit, ut vir illius gravitatis et honestatis, in tam longaeva aetate, et tanta vitae auctoritate positus, perquiri et comprehendi iussus sit.* Certe τὸ εὐσταθὲς de hominis vultu dici posse non puto. Quare lectionem codicis Regii in interpretatione mea sequi malui. [Τρόπου exstat etiam in MSt, MG. et a Strothio in textum est receptum. Res tamen non tam certa mihi visa est, ut τρόπου ipse quoque scriberem. Mox καὶ τί τοσ. γένοιτο: Oph. Ion. καὶ εἰ τοσ. γεγόνει MSt. MG. habent. H.] — 15) Προσηύχετο Stroth. H.

τοῦ γραφὴ κατὰ λέξιν ὧδέ πως τὰ ἑξῆς τῆς ἱστορίας ἔχει· „ἐπεὶ δέ ποτε κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε συμβεβληκότων αὐτῷ [16]) μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν, ἦγον [17]) εἰς τὴν πόλιν, ὄντος σαββάτου μεγάλου [18]), καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ

16) *Καὶ τῶν πώποτε συμβεβηκότων αὐτῷ.* Longe rectius in codice Mazarino ac Medicaeo legitur *συμβεβληκότων*. Atque ita Rufinum legisse ex interpretatione eius apparet. Sic enim vertit: *Memoriam faciens omnium quoscumque nosse potuit.* Vetus quoque interpres huius epistolae quem Iacobus Usserius edidit, non aliter legisse deprehenditur. Vertit enim: *Facta omnium mentio notorum ignotorumque.* Eodem fere modo Langus interpretatur, quasi in Graeco legeretur *συμβεβιωκότων*: *postquam precationem finiit, in qua omnium qui aliquando secum vixissent, fecit mentionem.* — 17) *Ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν ἦγον.* Nostri codices Maz. Med. et Fuk. scriptum habent *ἤγαγον*. [Pro τοῦ ἐξιέναι MSt. MG. Ion. ἐξεῖναι ἔχω exhibent. *H.*] — 18) *Ὄντος σαββάτου μεγάλου.* De hoc magno sabbato variae sunt doctorum hominum opiniones. Aegidius quidem Bucherius in libro de paschali Iudaeorum cyclo cap. 8. magnum sabbatum ait dici, in quod prima azymorum dies incidisset. Id autem contigisse anno vulgati natalis dominici 169. die 26. Martii, quo die passum esse Polycarpum auctor chronici Alexandrini diserte testatur. Sed hanc opinionem reprehendit Iac. Usserius cap. 3. de anno Macedonico. Negat enim sabbatum illud in quod prima azymorum dies inciderat, sabbati magni nomine unquam appellatum fuisse. In quo tamen ei non assentior. Nam praeter locum ex Iohannis evangelio, qui Bucherianae opinioni omnino videtur favere, id manifeste confirmat Anastasius Sinaita in orat. 5. de resurrectione quam edidit P. Steuartius. *Cum enim*, inquit, *magno sabbato in festum azymorum incurrente Iudaei a Pilato petiissent, ut corpora eorum qui crucifixi erant deponerentur*, etc. Alia est opinio Edouardi Liveleii, qui sabbatum magnum dici censuit illud, in quod solemnitas Purim seu dies sortium inciderat. Id autem accidisse anno Christi 167. die 22. Februarii iuxta hodiernum computum Iudaeorum, quo die captum esse Polycarpum; sequenti vero 23. passum vult idem Liveleius. Sed hanc sententiam merito improbavit Usserius. Nam cum haec epistola in qua sabbati magni fit mentio, a Christianis et ad Christianos scripta sit, Christianorum potius diem festum, quam Iudaicam solemnitatem ab illis designatam fuisse credibile est. Adde quod haec opinio Liveleii prorsus dissentit ab epistola Smyrnaeorum. In epistola quidem Smyrnaeorum Polycarpus comprehensus esse dicitur die parasceves sub vesperam, sequenti vero die, qui dies erat magni sabbati, productus in urbem, et proconsulari iudicio flammis absumptus. At Liveleius Polycarpum die sabbati comprehensum, sequenti vero passum esse prodit. Tertia est opi-

εἰρήναρχος Ἡρώδης [19] καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης, οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν εἰς τὸ ὄχημα, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι καὶ

---

sic Iac. Usserii, qui sabbatum magnum in hac epistola dici ait illud quod paschae proxime antecedebat. Neque enim Christiani aliud unquam sabbatum ita appellarunt, quam illud quod paschalem solemnitatem praecedebat, seu proxime illam praecederet, ut fit apud eos qui semper die dominico pascha celebrant, seu diebus aliquot interiectis, quod fiebat apud eos qui cum Iudaeis pascha celebrabant, nulla habita ratione diei dominicae. Quorum e numero fuisse Polycarpum omnesque totius Asiae ecclesias, testatur Eusebius. Sane Iudaeos sabbatum magnum appellare illud quod solemnitatem paschalem proxime antecedebat, discimus tum ex tractatu Schulchan Aruk, tum ex synagogae Iudaica Buxtorfii. Porro anno Christi 169. terminus paschalis iuxta Alexandrinos fuit Martii die 29. Callipicus vero die Martii 30. vel 31. Sabbatum quod lunam hanc 14. antecessit, in Martii diem 26. incurrit, seu in diem 7. Calendas Apriles, quo die passum esse b. Polycarpum auctor chronici Alexandrini testatus est. Verum tum in hac Usserii, tum in altera Bucherii opinione multa sunt quae mihi non satisfaciunt. Primum enim cur auctorem chronici Alexandrini in die quidem passionis b. Polycarpi sequuntur, in anno vero ab eodem dissentiunt? Deinde in actis Pionii martyris et in Menaeis Graecorum natalis b. Polycarpi confertur in diem 23. mensis Februarii. Quibus consentit etiam σημείωσις seu adnotatio illa quae legitur in fine huius epistolae Smyrnaeorum. In ea quippe diserte scribitur Polycarpum passum esse die 2. mensis Xanthici, id est, ante diem 7. Calendas Martias, ut recte vertit vetus interpres. Quod quidem nos pluribus infra confirmabimus, adversus Iac. Usserii sententiam, qui Xanthicum mensem Smyrnaeorum a die 25. mensis Martii incepisse dicit. Postremo nequaquam verisimile mihi videtur, ecclesiam Smyrnaeorum sabbatum magnum more Iudaico accepisse. Quamvis enim Asiani pascha cum Iudaeis celebraverint, non tamen ex eo sequitur, illos sabbatum magnum cum Iudaeis pariter observasse. [Usserio assentiuntur *Beveregius annott. in can. apost.* 66. p. 33. et *Pearson.* de annis Rom. epis. p. 294. citante Readingo ad h. l. *H.*] — 19) *Ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης*] Irenarchae munus erat, seditiosos homines et pacis publicae turbatores comprehendere, et praemissa notoria ad tribunalia iudicum perducere, ut docet Augustinus epist. 140. et 159. Hinc est quod Herodes irenarcha Smyrnaeorum, Polycarpum hic vehiculo suo excepisse dicitur; quem scilicet per satellites suos inquiri et comprehendi iusserat. Creabantur autem irenarchae ex corpore curiae, ut indicat lex 49. in codice Theodosiano de decurionibus, in qua praepositi pacis dicuntur, in epistolis Libanii ἄρχοντες τῆς εἰρήνης. Tandem Theodosius iunior in oriente penitus eos abolevit. Exstat eius constitutio in codice Theodosiano. Habebant autem sub dispositione sua equites ac diogmitas. Erant hi levis armaturae milites, ad persequendos et capiendos latrones comparati. Similes pacto sunt irenarchis hi quos praepositos Mareschallorum vulgo

[illegible] τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν κύριος Καῖσαρ, καὶ θῦσαι καὶ διασώζεσθαι 19); Ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο, ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· οὐ μέλλω πράττειν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν, ὡς κατιόντα ἀπὸ τοῦ ὀχήματος ἀποσῦραι 20) τὸ ἀντικνήμιον. Ἀλλὰ γὰρ μὴ ἐπιστραφεὶς, οἷα μηδὲν πεπονθὼς, προθύμως 21) μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον. Θορύβου δὲ τηλικούτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ πολλοῖς ἀκουσθῆναι, τῷ Πολυκάρπῳ εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ γέγονεν· ἴσχυε Πολύκαρπε καὶ ἀνδρίζου. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδεν, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ παρόντες ἤκουσαν. Καὶ λοιπὸν προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας, ἀκουσάντων ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. Λοιπὸν οὖν προσελθόντα ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος 22), εἰ αὐτὸς εἴη

[illegible] Verum tum in Lac. [illegible] appellamus. — 20) Σύρεσθαι Stroth. — 21) Πρόθυμος Idem. Et [illegible] — 22) Ἀνθύπατος ὁ [illegible] Hic proconsul Asiae vocatur Statius Quadratus. Sic enim recte scribitur in veteri interpretatione Latina huius epistolae, quam primus edidit Iac. Usserius Armachanus. Male in Graeco textu Στράτιος, sed rectius in chronico Alexandrino Τάτιος exaratur. Is est, ut opinor, L. Statius Quadratus, qui consul fuit principatu Antonini Pii, anno urbis conditae 895, ut legitur in fastis Onuphrii. Eiusdem proconsulis Asiae meminit Aristides in prima et quarta orationum sacrarum, ubi etiam illum rhetorem vocat. Quare non dubito, quin idem sit cum Quadrato consule, quem Philostratus Vari Sophistae magistrum fuisse dicit, qui proposito argumento ex tempore declamare solitus esset, ac Favorinum Sophistam aemularetur. Quo anno proconsulatum Asiae gesserit, non dicit quidem Aristides. Verum ex eius narratione id colligi posse mihi videtur. Etenim in 4. orat. sacrarum ait Aristides, paulo post pestem illam quae in Asia grassata est, Severum proconsulem fuisse. Eusebius in chronico eam pestem confert in annum 9. M. Aurelii Antonini. Proinde Severus anno M. Aurelii 9. proconsul Asiae fuit. Eodem proconsule Aristides scribit se literas accepisse ex Italia, ab Imperatoribus [illegible] Augusto et ab eius filio. Ubi Augusti nomine intelligit Marcum, Filius autem [illegible] est Commodus, qui [illegible] Caesar fuerat appellatus. Ante Severum proximo anno proconsul fuerat Pollio, ut iisdem testatur Aristides. Proxime vero ante Pollionem Asiae proconsul fuerat Quadratus. Sic enim ait Aristides in eadem oratione, ubi postquam [illegible] Pollione [illegible] sibi acciderant [illegible], inquit, [illegible] praedicente [illegible] Sophista [illegible] proconsul esset, etc. Hic Sophista sine dubio Quadratus [illegible] mentionem antea fecit Aristides in eadem oratione, ubi etiam eum rhetorem appellat. Quadratus [illegible]

Πολύκαρπος· καὶ ὁμολογήσαντος αὐτοῦ ἀρνεῖσθαι ἀνέπειθεν, λέγων· αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν, καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, ἃ σύνηθες αὐτοῖς ἐστι λέγειν· ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην· μετανόησον· εἰπόν· αἶρε τοὺς ἀθέους. Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τὸν ἐν τῷ σταδίῳ ἐμβλέψας, ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· αἶρε τοὺς ἀθέους. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἡγουμένου, καὶ λέγοντος· ὄμοσον καὶ ἀπολύσω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν, ἔφη ὁ Πολύκαρπος· ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησε. Καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με; Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ, καὶ λέγοντος· ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ὁ Πολύκαρπος· εἰ κενοδοξεῖς, φησὶν, ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς λέγεις, προσποιούμενος ἀγνοεῖν ὅστις εἰμὶ, μετὰ παρρησίας ἄκουε· Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ μαθεῖν λόγον, δὸς ἡμέραν καὶ ἄκουσον. Ἔφη ὁ ἀνθύπατος· πεῖσον τὸν δῆμον. Πολύκαρπος ἔφη· σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα[23]. Δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναις, τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐκ ἀξίους ἡγοῦμαι τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς. Ὁ δὲ ἀνθύπατος εἶπε[24]· θηρία ἔχω. Τούτοις σε παραβαλῶ ἐὰν μὴ μετανοήσῃς.

consul Asiae fuit anno 7. imp. Marci. Quo etiam anno Eusebius in Chronico Polycarpi martyrium refert. Falluntur itaque qui Polycarpi martyrium serius retulerunt, anno scilicet 9. imp. Marci. Cum enim ex Aristidis testimonio constet, Quadratum sub quo passus est Polycarpus anno 7. imp. Marci proconsulatum Asiae gessisse, Polycarpi mors in eum annum necessario conferenda est. [Hanc Valesii argumentationem esse satis debilem, neque nominatim ex illa peste per multos annos grassata certum anni tempus posse definiri monuere Pearson. de annis Rom. ep. p. 290. sq. Pagi Crit. T. I. p. 168. laudante Readingo ad h. l. Idem affirmant verisimillimum esse, Severum a. 12. Marci proconsulem Asiae factum esse a. C. 172., cum fuisset secundum Consul anno priori, Pollionem eum praecessisse in proconsulatu a. Marci 11., cum consul fuisset a. Marci 6., Quadratum praecessisse Pollionem in proconsulatu a. Marci 10., qui consul fuerat ex Valesii sententia a. Marci 7. Quadratum igitur Aristidis, qui non dicitur Statius Quadratus, ut putet Val., a. C. 170. proconsulem fuisse Asiae, Statium contra Quadratum consulem ordinarium a. C. 142. Sed Quadratum Aristidis esse eundem cum T. Numidio Quadrato consule a. C. 167. H.] — 23) Ἠξίωκα Steph. Mox ἀπὸ θεοῦ Steph. H. — 24) Ὁ δὲ ἀνθύπατος εἶπε. In codicibus absunt Maz. Med. et Fuket.

Ὁ δὲ εἶπεν· καλεῖ, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια [25]). Καλὸν δὲ μετατίθεσθαι ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Ὁ δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· πυρί σε ποιήσω δαμασθῆναι, ἐὰν τῶν θηρίων καταφρονῇς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς [26]). Πολύκαρπος εἶπε· πῦρ ἀπειλεῖς πρὸς ὥραν καιόμενον, καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον. Ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βραδύνεις; φέρε ἃ βούλει [27]). Ταῦτα δὲ καὶ ἕτερα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥς τε μὴ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι, πέμψαι τε τὸν κήρυκα καὶ ἐν μέσῳ τοῦ σταδίου κηρύξαι τρίς· Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι. Τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, πᾶν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε καὶ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ καὶ μεγάλῃ φωνῇ ἐβόα· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Ἀσίας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν μὴ δὲ προσκυνεῖν. Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην [28])

---

scriptum est ὁ δὲ ἀνθύπατος ἔφη, θηρία ἔχω, etc. — 25) Ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. Ultima vox non videtur hic convenire. Ac libenter pro voce *μετάνοια* rescriberem διάνοια, quem sensum in interpretatione mea sum secutus. Idem quoque Rufino placuisse video. Sic enim ille vertit hunc locum: *proconsul dixit, bestias habeo quibus subigeris* (ita correxi partim ex codice Parisiensis ecclesiae, partim ex Regio) *nisi cito poenitueris. At ille respondit: Adhibeantur. Nobis enim immobilis stat sententia, nec possumus de bono ad malum per paenitudinem commutari.* Nicephorus quoque ut huius loci sensum exprimeret, circumlocutione usus est huiusmodi: οὐ γάρ ἐμοὶ μετάνοια σαφῶς ὁρισθείη, ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάθεσις, ἀλλ' ἡ ἐκ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαιά τε καὶ ὅσια. Quasi diceret: Noli sperare o iudex, fieri posse ut me unquam poeniteat. Nos enim unam duntaxat poenitentiam agnoscimus, cum a vitiis ad virtutem, et ab errore transitur ad fidem. A melioribus vero ad deteriora migrare, id nequaquam resipiscere est. — 26) *Μετανοῇς* Gryn. Cast. Strothio totum hoc ἐὰν μ. μ. suspectum. *H.* — 27) *Φέρε ὃ βούλει.* Codex Maz. ac Med. cum Fuk. et Sav. scriptum habent φέρε ἃ βούλει. Rufinus vertit: *Adhibe utrum voles.* Ignem scilicet aut bestias. — 28) *Τὸν ἀσιάρχην.* Rufinus munerarium vertit, quod equidem probare non possum. Etsi enim asiarchae munera edebant, non hoc tamen erat peculiare eorum officium. Multi

Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν αὐτῷ, ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν

---

quippe alii huiusmodi spectacula exhibebant, verbi gratia magistratus municipales seu duumviri, ut est in lege 1. cod. Theod. de spectaculis, et apud Tertull. de spectaculis c. 12. [Cf. interpp. ad Act. XIX, 31. H.] Vertendum igitur est *Asiarcham*. Erant autem Asiarchae sacerdotes Communis Asiae. Nam cum Asiani communia haberent templa, sacra, festos dies, et commune concilium, commune etiam habebant gentis sacerdotium, quod Asiarchia dicitur in libris iuris. Eligebantur autem Asiarchae hoc modo. Singulae urbes Asiae initio cuiusque anni, id est, sub aequinoctium autumnale, concionem habebant, in qua unum ex suis civibus Asiarcham nominabant, legatos deinde mittebant ad commune gentis concilium, qui nomen eius qui domi electus fuerat, renuntiarent. Tum *σύνεδροι* ex omnibus iis quos singulae civitates Asiarchas nominaverant, decem circiter eligebant. Docet id Aristides in quarta orationum sacrarum, ubi se tertium aut quartum Asiarcham a synedris, id est, a communi Asiae consilio designatum esse dicit. Sed difficultas est, utrum hi omnes qui in publico Asiae concilio designati fuerant, simul sacerdotium gesserint, an vero unus duntaxat fuerit Asiarcha. Plures quidem fuisse quotannis Asiarchas affirmat Iac. Usserius Armachanus, eo quod in cap. 19. actuum apostolorum, plures memorantur Asiarchae suasisse Paulo, ne in theatrum Ephesiorum prodiret. Sed locus ille actuum nihil probat. Asiarchae enim illic vocantur qui Asiarchae sacerdotium gesserant, eo plane modo quo pontifices Iudaeorum in evangelio dicuntur, quotquot pontificatum antea administraverant. Ego vero libentius crediderim, unum duntaxat fuisse quotannis Asiarcham. Licet enim plures a synedris designari solerent, id forte fiebat, ut ex eorum numero unum aliquem proconsul Romanus eligeret, quemadmodum de irenarchis fieri solitum esse tradit Aristides in eadem oratione. Potuit etiam inconsulto fieri a synedris, ut si forte is qui primus Asiarcha ab ipsis fuerat designatus, fato concederet priusquam sacerdotii sui munus explesset, alter esset qui eius locum expleret. Unum porro fuisse quotannis Asiarcham apparet ex fine huius epistolae, ubi Polycarpus dicitur passus esse sub Philippo Asiarcha, proconsule autem Asiae Statio Quadrato. Nam si plures erant Asiarchae, non unus tantummodo nominari debuit. Porro valde onerosum erat hoc sacerdotium, atque idcirco non nisi opulentiores ad id gerendum eligebantur. Hinc est quod Strabo observat, Asiarchas fere ex Trallianis desumptos fuisse, propterea quod eius urbis cives, totius Asiae opulentissimi essent. Non solis autem Asiae, sed generaliter omnium provinciarum sacerdotes munera edebant, ut docet Tertull. de spectac. c. 12. Augustinus in epistola 5. de Apuleio loquens: *Qui sacerdos provinciae pro magno fuit, ut munera ederet venatoresque vestiret, et pro statua sibi apud Coenses locanda, ex qua civitate habebat uxorem, adversus contradictionem quorundam civium litigaret.* Ubi obiter moneo scrib.

αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε ζῶντα τὸν Πολύκαρπον κατακαῦσαι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης αὐτῷ ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι· ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς μετ' αὐτοῦ πιστοῖς προφητικῶς· δεῖ με ζῶντα κατακαῆναι. Ταῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους ἐγένετο, θᾶττον ἢ ἐλέγετο, τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἐκ τε τῶν ἐργαστηρίων καὶ ἐκ τῶν βαλανείων ξύλα καὶ φρύγανα, μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς τοῦτο ὑπουργούντων [29]. Ἀλλ' ὅτε ἡ πυρὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, καὶ λύσας τὴν ζώνην, ἐπειρᾶτο καὶ ὑπολύειν ἑαυτὸν [30], μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅστις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἐφάψηται. Ἐν παντὶ γὰρ ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεκόσμητο [31]. Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα [32]. Μελλόντων δὲ αὐτῶν καὶ

---

bendum vide apud Oeneum. Uxor enim Apulei erat ex Oëa urbe Africae. Ex his intelligitur cur tantopere laboraverit Aristides, ut publico Asiae sacerdotio liberaretur. Quippe id onus erat gravissimum, cum Asiarchae ad editionem munerum constringerentur. Philostratus in Scopeliano Sophista: ἀρχιερεὺς μὲν ἐγένετο τῆς Ἀσίας αὐτός τε καὶ πρόγονοι αὐτοῦ, παῖς ἐκ πατρὸς πάντες. Ὁ δὲ στέφανος οὗτος πολὺς, καὶ ὑπὲρ πολλῶν χρημάτων. Id est: *Pontifex Asiae seu Asiarcha fuit ipse et maiores eius, ita ut continua serie filius patri succederet. Est autem huius sacerdotii honos non mediocris, nec mediocri pretio constat.* [De Asiarchis praeterea vid. *Salmas.* ad Solin. 40. p. 866. *Lightfoot.* horr. Hebr. p. 250. *Spanhem.* de usu et praestantia numism. p. 694. cf. *Winer.* biblisches Realwörterbuch p. 61 sq. *H.*] — 29) Εἰς τοῦτο ὑπουργούντων. In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est εἰς ταῦτα ὑπουργούντων, quemadmodum etiam legitur in exemplaribus quibus usus est Iac. Userius Armachanus. Rufinum quoque ita legisse ex eius versione apparet. Sic enim interpretatur: *Praecipue Iudaeis ardentius in haec ex more ferventibus.* — 30) Ὑπολύειν ἑαυτόν. Huiusmodi officium episcopis et confessoribus praestare solebant veteres Christiani. Sic in passione Fructuosi episcopi legimus: *Cum venisset ad amphitheatrum, statim ad eum accessit Augustalis nomine, lector eiusdem, cum fletibus deprecans, ut eum excalciaret.* — 31) Πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεκόσμητο. Insolita vox eo quidem sensu, pro eo quod alii dicerent ἐτετίμητο. At Nicephorus cum haec non intelligeret, locum interpolavit hoc modo: ἀγαθῇ γὰρ πολιτείᾳ, καὶ πρὸ τῆς πολιᾶς ἐκεκόσμητο. In Ursiniana autem editione locus hic aliter interpolatus est in hunc modum: ἐν παντὶ γὰρ καλῷ ἀγαθῆς ἕνεκεν πολιτείας καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. [De illo usu vocis κοσμεῖν dubitat etiam Routh, qui excidisse putat [illegible]. *H.*]

προσηλοῦν αὐτὸν, εἰπεῖν· ἄφετέ με οὕτως. Ὁ γὰρ δοὺς ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας, ἀσκύλτως ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν, προςέδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας, καὶ προσδεθεὶς ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἀναφερόμενος ἐκ μεγάλου ποιμνίου, ὁλοκαύτωμα δεκτὸν θεῷ παντοκράτορι 33), εἶπεν· Ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ, δι' οὗ τὴν περὶ σὲ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, παντός τε τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου, εὐλογῶ σε ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν μέρος, ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείμην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας, προφανερώσας καὶ πληρώσας ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων σὲ αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω, διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδὸς, δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ ἐν πνεύματι ἁγίῳ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, ἀμήν. Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ ἀμὴν 34), καὶ

— 32) Τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Tunicam molestam intelligo, pice ac bitumine illitam, de qua Iuvenalis eiusque scholiastes loquitur. Item palum seu stipitem ad quem alligabantur comburendi, denique clavos ac funes, ut videre est in actis Pionii martyris sub finem. — 33) Παντοκράτωρ. De hac dei appellatione Gregor. Nazianz. orat. XI. contra Eunomium: οὐκοῦν, inquit, ὅταν τῆς παντοκράτωρ φωνῆς ἀκούσωμεν, τοῦτο νοοῦμεν, τὸ πάντα τὸν θεὸν ἐν τῷ εἶναι συνέχειν, ὅσα τε νοητὰ, καὶ ὅσα τῆς ὑλικῆς ἐστι φύσεως· διὰ τοῦτο γὰρ κατέχει τὸν γυρὸν τὴν γῆς, διὰ τοῦτο ἔχει ἐν τῇ χειρὶ τῆς γῆς τὰ πέρατα, διὰ τοῦτο περιλαμβάνει τὸν οὐρανὸν ἐν σπιθαμῇ, διὰ τοῦτο περιμετρεῖ τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, διὰ τοῦτο τὴν νοητὴν πᾶσαν κτίσιν ἐν ἑαυτῷ περιέχει, ἵνα πάντα ἐν τῷ εἶναι περιμένῃ τῇ περιεκτικῇ δυνάμει περικρατούμενα. Theophil. Antioch. ad Autolycum Lib. I. παντοκράτωρ λέγεται ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ κ. λ. cf. Le Moyne varr. sacr. Tom. II. p. 124 sqq. *H.* — 34) Ἀναπέμψαντος δὲ τοῦ ἀμήν. Verbum ἀναπέμψαντος hoc mihi indicare videtur, ipsam quidem orationem tacite ac submissa voce a Polycarpo pronuntiatam fuisse, Amen vero edita voce prolatum. Itaque recte Rufinus vertit: *et cum amen insonuisset.* [Valesius adeo vertit: *cum clara voce Amen insonuisset.* Strothius: *da er das Amen ausgesprochen hatte.* Neuter recte, sed pessime Valesius, qui, cum de vera verbi ἀναπέμπεσθαι vi h. l. non cogitaret, putavit adeo, preces quas amen illud secutum est, tacite

πληρώσαντες τὴν προσευχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ, μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα εἴδομεν οἷς

---

esse a Polycarpo pronuntiatas, cum tamen tum illas tum amen haud dubie ita dixisse putandus sit Polycarpus, ut omnes audirent. Sed in verbo ἀναπέμπεσθαι plus inest quam in illo verbo εἶπεν, quo oratio inchoatur; et quod tamen de ipso illo amen a populo pronuntiato non minus usurpatur VI, 43. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὸ ἀμήν: ubi si quis tacite populum esse locutum cogitaret, non minus erraret, quam si h. l. ex illo εἶπεν in orationis Polycarpi initio posito, illam submisse esse pronuntiatam colligeret. cf. VII, 9. συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμήν. Imo vero verbo ἀναπέμπεσθαι ut non negatur amen illud clara et perspicua voce dictum esse, ita neque preces antecedentes tacite factas esse ostenditur, simul autem hoc significatur, ad deum illud esse quasi missum, deo oblatum, qua de re verbum illud est fere solenne. Vid. *Suicer.* Thes. Tom. I. p. 292. I. cf. Iustin. M. Apolog. II. p. 131. ed. *Grabe* καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας ὅση δύναμις αὐτῷ (τῷ ποιητῇ πάντων) ἀναπέμπει, de quo loco cf. *Ernesti Antimuratorius* p. 14—17. Euseb. V. C. IV, 63. Κἄπειτα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας εὐχαριστήριον ἀνέπεμψε τῷ θεῷ προσευχήν. Cf. ibid. III, 15. IV, 71. *H.*] Coniecturam nostram confirmant acta passionis Pionii martyris quae sic habent: *Cumque Pionius oculos clausisset, turba illum animam egisse suspicabatur, sed ipse secreto precabatur. Cumque precandi finem fecisset, oculos aperuit. Iamque flamma sublimis ascendebat, cum hilari vultu postremum Amen pronuntians,* etc. Sane hanc olim consuetudinem fuisse Christianorum, ut in fine orationis Amen clara voce resonarent, docet ritus qui etiamnum servatur in ecclesia, [? *H.*] ut scilicet post singulas orationes a sacerdote pronuntiatas, populus universus acclamet *Amen,* de quo more Athanasius in apologia ad imp. Constantium p. 683. Palladius in vita Chrysostomi: ἐπισφραγισάμενος τὸ ὕστερον ἀμήν. [Paulo ante pro καὶ τὴν καὶ Stroth. scripsit νῦν καὶ. Ceterum nonnulla videntur monenda de verbis quae sequuntur: καὶ πληρώσαντος τὴν προσευχήν. Quae quidem melius puto vertisse Valesium: *precationemque* (quasi) *complesset* quam Strothium: *und das Gebet vollendet hatte.* Neque enim πληροῦν h. l. simpliciter esse videtur *finire,* quo satis ieiunum et supervacaneum redderetur illud, quod additum legitur: καὶ — τὴν προσευχὴν. Nonne enim pronunciato illo amen preces esse *finitas* per se patet? Imo πληρῶσαι dicitur Polycarpus preces suas pronuntiato amen i. e. consummasse ac prorsus quasi ratas fecisse, cum illud amen non posset recte deesse, *das Gebet vollgültig machen, vervollständigen, in voller, bester Form leisten.* Cf. Euseb. V. C. III, 12. Εὐχῆς μὲν ἐμοὶ τέλος ἦν i. e. Valesio interprete: haec erat *summa votorum meorum,* vel: hoc spectabam tanquam eiusmodi, quo omnis mea precatio consummaretur. Cf. quae de simili verbi πληροῦν in N. T. usu disputavit *Paulus Commentar über das N. T.* Tom. I. p. 125 sqq. Homer. Odyss. II, 378. αὐτὰρ ἐπεὶ ὄμοσέν τε, τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον. Vid. ad h. l. *Nitzsch.* erklärende Anmerkungen zur Odyssea T.

ἰδεῖν ἐδόθη. Οἳ καὶ ἐτηρήθησαν εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνης πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένης, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν εἰς μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος. Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης [35]) ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων. Πέρας γοῦν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενον τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα [36]), παραβῦσαι τὸ ξίφος. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν τε ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς, γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἀφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη [37]) καὶ τελειωθήσεται. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας καὶ τὴν ἀπαρχῆς ἀνεπίληπτον αὐτοῦ πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ καὶ βραβεῖον ἀναντίῤῥητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν ὡς μὴ δὲ τὸ σωμάτιον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν ληφθείη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ [38]). Ὑπέβαλον γοῦν τινες Νική-

---

I. p. 115. Eodem modo Odyss. XII, 304. *H.*] — 35) *Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαμβανόμεθα.* In quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Sav. legitur *εὐωδίας τοιαύτης ἀντελαβόμεθα*. Apud Nicephorum vero scriptum est *εὐωδίας τοιαύτης ἀπελαμβάνομεν*. [*Τοιαύτης* in textum recepit Stroth. *H.*] — 36) *Κομφέκτορα.* Confectores dicebantur qui bestias in amphitheatro conficiebant. De his Suetonius in Nerone cap. 12. et Iosephus Scaliger in notis ad Manilium. Qui tamen in eo falli videtur, quod confectores ferarum confundit cum bestiariis. Neque enim confectores cum bestiis pugnabant sicut bestiarii, sed ad conficiendas feras imittebantur, si quando efferatae bestiae stragem populo minarentur, ut aliquoties contingebat. Hi confectores lancearii dicuntur in gestis praesidialibus Tarachi, Probi et Andronici cap. 10. *Iratus praeses mandat lancearii ursum occidi.* — 37) *Ἐτελέσθη* Stroth. *H.* — 38) *Κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ.* Hic locus inprimis notabilis est, quippe qui vetustissimam Christianorum consuetudinem, ac praeterea rationem eius nobis ostendit. Ideo enim reliquias martyrum aliquas habere tanto studio optabant, ut cum iisdem etiam mortuis communicarent. Nec con-

την τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης [39]), ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα, μὴ, φησὶν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβειν. Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλόντων καὶ ἐνισχυσάντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν., ἀγνο-

---

tenti ea communione sanctorum quam catholica profitetur ecclesia; per fidem scilicet, spem ac charitatem, pcr sacras etiam eorum reliquias et pignora, cum ipsis communicare cupiebant. Itaque eorum reliquias in coemeteriis honorifice condebant, ibique quotannis convenientes, anniversarium martyrii diem celebrabant; hac ratione cum defuncto martyre perpetuo communicantes, ut testatur haec epistola paulo infra. Atque id faciebant ex praecepto apostoli Pauli, qui in epistola ad Rom. cap. 12. communicare nos sanctorum memoriis iubet. Certe Optatus in libro II. verba illa apostoli *memoriis sanctorum communicantes* ita interpretatur, ut idem significent, quod offerre ad sepulcra martyrum. Nec aliter sumit Hilarius in libro contra Constantium sub finem. De hac communione loquitur Marcellinus presbyter in libello precum ad Valentinianum Imp. ubi de Oxyrynchitis qui sancti Pauli ipsorum quondam antistitis memoriam devotissime celebrabant: *Habentes*, inquit, *secum presbyteros et diaconos illius illibatae fidei, per quos fruebantur divinis sacramentis, una cum super memorato beatissimo Paulo.* Et haec quidem de publico cultu reliquiarum quae in coemeteriis recondebantur. Fuit et alius mos secutis temporibus, ut singuli fidelium reliquias martyrum quascumque nancisci potuerant, domi honorifice servarent. De quo more audi quid senserit Eusebius noster in sermone 2. de resurrectione: *Non enim proiecit quam incidit, sed accipiens eum ut medicamen ad sanitatem illius delicti quod admiserat abnegando, domi recondit, ut consuerunt infirmiores, fideles tamen, honorare si quid a martyribus sumpserint.* Huc etiam referendus est mos Aegyptiorum, qui martyrum corpora non humabant, sed domi in lectulis reposita servabant, ut refert Athanasius in vita b. Antonini. [Vide quae more suo i. e. egregie de primaevae ecclesiae erga martyres et sanctos veneratione ac cultu disseruit *Cramer. Fortsetzung des Bossuet* Tom. II. p. 493 sqq. p. 512. sq. cf. Euseb. H. E. V, 1. Cyprian. epist. 8. 12. *H.*] — 39) Ἀδελφὸν δὲ Δάλκης. Hoc nomen varie corruptum in codicibus nostris inveni. Codex quidem Medicaeus Δάλβης scriptum habet. Nicephorus autem Δάρκης. Ceteri codices vulgatam lectionem retinent cum Rufino. Sed cum hoc nomen nec Graecum sit nec Latinum, malim sequi editionem Usserianam, in qua legitur ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης. Nam Alce nomen fuit usitatum in Graecia, et praecipue apud Smyrnaeos, ut docet Ignatii ad Smyrnaeos epistola. Usserius quoque in manuscripto Savilii codice scriptum esse testatur ἀδελφὸν δ' Ἄλκης. Quam tamen lectionem Savilius ad oram libri sui qui penes nos est, minime adnotavit. [Ἄλκης cum Strothio in textum recepi. *H.*]

οἴμαπερ [40]) ὅτι οὔτε [41]) τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. Τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ, προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ κυρίου καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι [42]). Ἰδὼν

---

40) Ἀγνοοῦντες — — γενέσθαι. Patet inde luculentissime illo tempore nondum divinum cultum martyribus tributum esse. Egregie Isidorus Pelusiota epist. I, 189. Καλὸν μὲν τὸ τιμᾷν τοὺς μαρτύρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασι, κρεῖττον δὲ τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς οἷς ἐποίησαν κατορθώμασι. Similiter Chrysostomus apud Phot. bibl. cod. 274. ἐγκωμιάζονται μάρτυρες, οὐχ ἵνα αὐτοὶ τὸν ἔπαινον λάβωσιν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς διὰ τῶν ἐπαινῶν διαναστῶμεν πρὸς τὴν μίμησιν. cf. *Suicer.* Thes. T. II. p. 311. Q. s. v. μάρτυρ. Eusebius tamen magno honore et iusto maiori martyres persequitur. cf. II, 17. VII, 12. *Möller.* de fide Eus. p. 64. *Gieseler. Lehrb. der K. G.* Tom. I. p. 150. not. u. Iam vero non minus sequitur ex verbis οὔτε — σέβειν et τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ, προσκυνοῦμεν, quae opponuntur illis: τοὺς δὲ μάρτυρας ἀγαπῶμεν ἀξίως, veterem ecclesiam cultu *divino* Christum tanquam dei filium esse prosecutum eodem modo, quo patrem, et recte *illud* defendit *Augusti Denkwürdigkeiten* Tom. V. p. 28 — 33. cf. *Bingham.* Orig. Tom. V. p. 31 — 59. Hinc frustra *Wegscheider. Institt. dogm.* p. 259. ed. IV. „*Locus*, inquit, *apud Plinium* — — *per se nullius momenti est*, *neque cultum religiosum Christo*, *ut summo deo*, *a Christianis exhibitum fuisse demonstrat.*“ cf. supra c. 8. ὃν — ὡς θεὸν — σέβειν. Vere enim vel de h. l. iudicavit *Augusti* l. l. p. 29. „*Man mag nun hier* „*carmen dicere*“ *von einem Gesange*, *Hymnus u. s. w. zur Ehre des Stifters, erklären*, *oder von einem Gebete*, *welches an ihn gerichtet wird* — — — *so bleibt doch immer Christus, der Stifter der Religion und Kirche, der Gegenstand der Verehrung. Und wollte man das* „*quasi deo*“ *im strengsten Sinne nur für eine Vergleichung und Apotheose nehmen*, *so würde doch der Proconsul von dem Stifter des Christenthums etwas aussagen*, *was sonst weiter in dieser Art nicht vorkommt.*“ Sed ex his antiquitatis testimoniis nihil posse colligi ad adorationem Christi ipsam probandam, quod tamen simul credere videtur *Augusti* l. l. p. 33 sq., certius etiam esse existimo. *H.* — 41) Οὔτε — οὔτε recte h. l. scriptum videtur. Una enim est negatio καταλιπεῖν τὸν Χριστὸν ita tamen, ut quod in hoc non necessario cogitatur, cultus alii cuidam exhibendus, simul exprimatur per sequens ἕτερόν τινα σέβειν. Esset igitur sensus hic: Neque Christum relinquere, ita ut nec alium colas: neque Christum relinquere, ita ut simul alii illum cultum tribuamus. cf. III, 23. p. 235. vid. *Hermann.* ad Eurip. Med. p. 330. sqq. ad Philoct. p. 140. cf. *Winer. neutest. Gramm.* §. 48. 3. *H.* — 42) Συγκοινωνούς τε καὶ μαθητάς. Rectius in codice

Πολύκαρπον, τοιούτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν ἀδελφῶν, τὴν ἱστορίαν ἐν ᾗ δεδηλώκαμεν. αὐ-

---

cuius martyrium omnes imitari student, quippe quod cum evangelio Christi consenserit. Etenim iniustissimum praesidem patientia ac tolerantia superavit. Et hac ratione immortalitatis coronam adeptus, una cum apostolis atque omnibus sanctis laetus glorificat deum patrem, et benedicit dominum nostrum, gubernatorem corporum nostrorum, et catholicae per universum orbem ecclesiae pastorem. Ac vos quidem petieratis ut cuncta quae gesta sunt, fusius exponeremus. Nos vero inpraesentiarum brevi compendio indicavimus per fratrem nostrum Marcum. Quae vos posteaquam acceperitis, rogamus ut ad fratres ulterius positos epistolam transmittatis, quo et illi dominum benedicant, qui ex suis famulis quoscumque vult, eligit, qui gratia sua atque indulgentia omnes nos in regnum suum aeternum potest inducere, per filium suum unigenitum Iesum Christum, cui gloria, honor, imperium ac maiestas in saecula, Amen! Salutate omnes sanctos, universi qui nobiscum sunt, vos salutant, et Evarestus huius epistolae scriptor cum omni domo sua. Passus est autem beatus Polycarpus die secundo mensis Xanthici, ante diem 7. Calendas Martias, magno sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, pontifice Asiae Philippo Tralliano, Statio Quadrato proconsule, regnante in saecula Iesu Christo, cui gloria, honor, maiestas ac thronus sempiternus ab aetate in aetatem. Optamus vos in domino valere, fratres carissimi, inhaerentes praeceptis atque evangelio Iesu Christi, cum quo gloria et honor deo patri sanctoque spiritui, ob salutem sanctorum qui electi sunt a deo. Quorum exemplo passus est beatus Polycarpus. Ad cuius vestigia optamus ut in regno Christi locum habere mereamur. Haec ex libro Irenaei, discipuli b. Polycarpi descripsit Caius, qui etiam versatus est cum Irenaeo. Ego vero Socrates Corinthi transcripsi ex Caii exemplari. Gratia sit cum omnibus. Posthac ego Pionius ex supradicto descripsi, cum exemplaria diu quaesivissem, et Polycarpus per visionem ea mihi revelasset, ut inferius declarabo: cum autem vetustate ac longinquitate temporis prope corrupta essent, collegi ea, ut me quoque cum electis suis colligat dominus noster Iesus Christus, cui cum patre et sancto spiritu gloria in saecula saeculorum. Amen!

Haec idcirco hic adscribenda esse duxi, ut tam illustre antiquitatis ecclesiasticae monumentum hic quoque integrum legeretur. Sunt autem in calce huius epistolae quaedam diligentius observanda. Primum est, hanc epistolam non continuo post Polycarpi martyrium, sed aliquanto post tempore a Smyrnaeis scriptam fuisse. Nam cum Philomelienses de Polycarpi martyrio fama tantum ac rumore tenus audiissent, literas dederunt ad Smyrnaeorum ecclesiam, rogantes ut cuncta quae in beatissimi viri passione gesta fuerant, singillatim perscripta ad ipsos mitterentur. Quod quidem libentissime praestiterunt Smyrnaei, scripta ad ipsos epistola quam in manibus habemus. Id autem subindicant his verbis: ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, etc.

τῶν ἐπιστολῇ κατατεθειμένων. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γρα-

Secundo notandum est, Polycarpi martyrium passim in hac epistola evangelicum martyrium appellari. Nam et initio epistolae aiunt Smyrnaei: σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. Et in extrema epistolae parte: οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Cur autem consonum evangelio Christi vocetur hoc Polycarpi martyrium, utrobique afferunt rationem Smyrnaei, quod scilicet Polycarpus fugerit eos, qui ipsum persequebantur, exemplo Christi exspectans donec traderetur, et quod iniquitatem praesidis patientia sua superavit. Illud etiam observandum est, hanc Smyrnaeorum epistolam perlatam quidem fuisse a Marco, scriptam vero manu Evaresti, cuius nomen adscripserunt Smyrnaei, exemplo apostoli Pauli, qui in suis ad Romanos literis Tertii quoque literarum scriptoris nomen apposuit. Postremo notandum est, quod Polycarpus passus esse dicitur die secundo mensis Xanthici, id est, ante diem 7. Calendas Martias. Usserius quidem tum in notis ad epistolam Smyrnaeorum, tum in libro de anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 1, affirmat Smyrnaeos praeter morem reliquarum Asiae civitatum, mensem Xanthicum exorsos fuisse a die 25 mensis Martii. Sed cum ad id probandum nullam rationem afferat, in eo non possum illi assentiri. Quis enim credat, Smyrnaeos in mensium Macedonicorum dispositione a reliquis Asiae civitatibus dissensisse? Certe si ita fuisset, Smyrnaei diem quo passus est Polycarpus, non ita designassent, ut legitur in hac epistola: μαρτυρεῖ δὲ ὁ Πολύκαρπος Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου. Sed ad vitandam ambiguitatem, adiecissent καθ' ἡμᾶς τοὺς Σμυρναίους. Ceterum Smyrnaeos in anni ac mensium suorum dispositione prorsus cum Asianis consensisse, docent acta Pionii martyris qui passus est Smyrnae in persecutione Deciana, in quibus ita scribitur: *Haec acta sunt Iulio proconsule ante 4. Idus Martias more Romanorum, Asiae autem more, septimi mensis undecimo.* Rectius in chronico Alexandrino legitur: ὅ ἐστι κατὰ Ἀσιανοὺς μηνὶ ἕκτῳ ιβ. Cum igitur Smyrnaei non aliter menses suos ordinaverint quam ceteri Asiani, apud Asianos vero mensis Xanthici initium in vicesimum secundum Februarii diem inciderit, idem quoque a Smyrnaeis observatum sit necesse est. Quare in epistola Smyrnaeorum de martyrio Polycarpi, scribendum est: πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαρτίων, ut legit vetus interpres. Nam secundus dies mensis Xanthici apud Smyrnaeos et Asianos cadebat in 7. Calendas Martias. Certe eo die, 23. scilicet Februarii, et Smyrnaei et omnes Graeci memoriam sancti Polycarpi semper celebrarunt, ut constat tum ex actis Pionii martyris, tum ex Menaeis Graecorum. Quod si quis cum Usserio nobis obiiciat, diem magni sabbati quo passus est b. Polycarpus, nunquam posse cadere in 7. Calendas Martias, respondebimus obscurum nobis esse atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud sabbatum, cuius a Smyrnaeis facta est mentio, tum in epistola ad Philomelienses de martyrio Polycarpi, tum in actis Pionii. Capellus quidem primum sabbatum

φῇ [46]) καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας· μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ Μαρ-

---

quadragesimae ita vocari existimavit. Cuius coniecturam sequetur qui volet. Sed cum diem ipsum quo passus est b. Polycarpus, tot tantisque testimoniis designatum habeamus, septimum scilicet Calendas Martias, praestat meo quidem iudicio eam sententiam tueri, quae tum Smyrnensis ecclesiae, tum omnium orientalium tabulis confirmatur, quam incertis de magno sabbato coniecturis et Iudaeorum traditionibus inniti. Neque enim probabile est, Smyrnaeos diem quo passus est b. Polycarpus, ignorasse; aut natalem eius alio die quam quo passus fuerat, celebrasse, praesertim cum Smyrnaei in hac ipsa ad Philomelienses epistola diserte polliceantur, se quotannis diem eius natalem pie sancteque esse celebraturos. Quare cum paulo ante Pionii martyrium, principatu Decii Augusti, id est, octoginta circiter annis a passione b. Polycarpi constet Smyrnaeos natalem b. Polycarpi celebrasse 7. calendas Martias, nefas iam esse existimo de die passionis eius amplius dubitare. [Esse iterum Valesii παρογαρια verba, ut legit vetus interpres et veram esse solam lectionem fastorum Siculorum Ἀπριλίων, cum vetus interpretatio ex tribus veteribus latinis MSS. a Bollando adornata 7. *Calendas Maias* et eadem ab Usserio ex codd. Sarisburiensi et Cottoniano edita 7. *Calendas Maii* a nemine possit defendi, atque igitur Polycarpum passum esse die 7 Cal. Apriles, hoc est 26. Martii, animadvertit *Pearson.* de annis episc. Rom. p. 296. cf. p. 309. *Pagi* Crit. T. I. p. 163. citante *Readingo* ad h. l. Idem *Pearson.* l. l. p. 302. de passione Pionii sub Decio et de sinceritate actorum martyrii eius, quae adhuc exstant, dubitat cum Petavio et Scaligero. *H.*] — 46) Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο. Male hunc locum accepit Rufinus, Nicephorus et Christophorsonus. Existimarunt enim in eadem illa de Polycarpi martyrio epistola, Pionii quoque et Metrodori aliorumque passiones a Smyrnaeis commemoratas fuisse, cum tamen id non dicat Eusebius, sed tantum affirmet, epistolae illi in qua de Polycarpi martyrio agebatur, adiunctas fuisse aliorum martyrum passiones, Pionii scilicet ac Metrodori. Certe Eusebius paulo post, epistolam de Pionii martyrio distinguit ab epistola illa in qua martyrium Polycarpi describitur: πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον ἐπὶ ταύτην ἀναπέμψομεν. Et in hoc quidem fortasse excusari potest Eusebius. In eo vero quod Pionium, Metrodorum, Carpum et reliquos passos esse existimat principatu Marci Antonini, iisdem temporibus quibus passus est Polycarpus, nemo illum excusare unquam potest. [Cf. *Pearson.* l. l. p. 306. *H.*] Quippe ex actis Pionii, et ex actis Carpi et Papyli constat illos regnante Decio subiisse martyrium. Causam erroris Eusebio praebuit, quod acta illa Pionii et Carpi simul cum actis passionis sancti Polycarpi in uno codice compacta legebantur. Ex quo suspicatus est Eusebius, illos uno eodemque tem-

κίωνα πλάνης πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνῄρηται. Τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἷς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος, οὗ τὰς κατὰ μέρος ὁμολογίας, τήν τε τοῦ λόγου παῤῥησίαν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐπὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν ἀρχόντων ἀπολογίας, διδασκαλικάς τε δημηγορίας, καὶ ἔτι τὰς πρὸς τοὺς ὑποπεπτωκότας τῷ κατὰ τὸν διωγμὸν πειρασμῷ δεξιώσεις, παραμυθίας τε ἃς ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς τοῖς παρ' αὐτὸν εἰσαφικνουμένοις ἀδελφοῖς παρετίθετο, ἅς τε ἐπὶ τούτοις ὑπέμεινε βασάνους, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλγηδόνας, καθηλώσεις τε, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς πυρᾶς καρτερίαν, τήν τε ἐφ' ἅπασι τοῖς παραδόξοις αὐτοῦ τελευτὴν, πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον, ἐπὶ ταύτην ἀναπέμψομεν, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις 47) ἐντεταγμένῃ. Ἑξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ 48) πόλει τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα μεμαρτυρηκότων φέρεται, Κάρπου καὶ Παπύλου, καὶ γυναικὸς Ἀγαθονίκης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων.

---

dem, aut καὶ τὰ περὶ τῆς πολιτείας (i. e. agendi ratione qualis esse debet περὶ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας cf. V, prooem. not. 4.) καὶ προφητῶν aut καὶ τὰ περὶ πολιτείας τῶν προφητῶν praeeunte Hieronymo h. l. scribendum puto, librum contra περὶ προφητείας inferius laudatum commode pro peculiari haberi posse. *H.*] In Cod. Maz. et Med. scribitur τὰ περὶ τῆς πολιτείας, itemque in Fuk. et Saviliano. [Contra τὰ περὶ πολιτείας, ut ipse legit cum Val., habere hos quatuor codd. dicit Stroth. *H.*] — 3) Ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων. Apud Nicephorum legitur ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως· καὶ ὁ περὶ αἰσθητηρίων, ut duo fuerint Melitonis libri: alter de obedientia fidei alter de sensibus, idque confirmant Hieronymus et Rufinus. In omnibus tamen nostris codicibus legitur καὶ ὁ περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων absque distinctione, quam Rob. Stephanus post vocem πίστεως adiecit. Fuit igitur hic Melitonis liber ita inscriptus: De obedientia sensuum fidei: seu quod idem est, de obedientia fidei quae fit a sensibus. Quidam enim haeretici aiebant, animales quidem seu psychicos sensuum opera credere, spiritales vero per rationem. Ita Heracleo explicabat locum illum ex Ioannis evangelio: *Nisi signa et prodigia videritis, non credetis.* Quae Christi verba aiebat Heracleo dici proprie ad eos, qui per opera et sensus naturam habeant obediendi, non autem credendi per rationem. Refert haec Origenes enarrationum in Ioannis evangelium tomo 13. ubi id refutat, docetque tam spiritales quam animales non posse nisi per sensum credere. [Str. praetulit lectionem Cph. Nic. Ruf. Hieron. *Vid. Grabius spicileg.* P. P. T. II. p. 80 sqq. cf. *Danz.* p. 97. *H.*] — 4) Ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἦν· ἐν οἷς καὶ ὁ περὶ λουτροῦ. Haec est lectio codicis Regii, cui consentit etiam Nicephorus. Verum in aliis codicibus Maz. Med. et Fuk. longe aliter scriptus legitur hic locus: ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ νοὸς· καὶ ὁ περὶ λουτροῦ. Quam scripturam veram esse non dubitamus. Nam et interpretatio Rufini eam confirmat: *de anima et corpore et mente. De Lavacro.* — 5) Καὶ περὶ πίστεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ. In codice Maz. Med. et Fuk. et apud Nicephorum legitur περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ. Id est: *De creatione et generatione Christi.* Quam scripturam veram esse non ambigimus. Rufinus quidem vulgatam lectionem secutus est, ut ex interpretatione eius apparet. Hieronymus vero uno generationis vocabulo contentus, vocem κτίσεως utpote duriorem declinavit, propterea quod Christum in ordinem creaturarum cogere videretur. Verum antiqui patres qui ante concilium Nicaenum vixere, per vocabulum κτίσεως, non eam solum creationem quae ex nihilo fit, sed omne genus productionis intellexerunt, ipsamque adeo generationem verbi. Itaque id quod in proverbiis legitur: *Dominus creavit me principium viarum suarum*, de gene-

γος αὐτοῦ περὶ προφητείας 6), *καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας* 7), *καὶ ἡ κλεὶς. Καὶ* 8) *τὰ περὶ τοῦ διαβόλου, καὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου, καὶ ὁ περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ* 9), *ἐπὶ πᾶσι καὶ τὸ πρὸς*

---

ratione illa aeterna exposuerunt: itemque illud apostoli, *primogenitus omnis creaturae.* Quae omnia Marcellus quidem Ancyrae episcopus, de incarnatione Christi dicta esse contendebat, sed refutatur ab Eusebio in libro II. contra Marcellum cap. 3. et in lib. III. de ecclesiastica Theologia cap. 2. Porro in codice Mazarino ad vocem *κτίσεως* notatur in margine eadem manu *Γρ. πίστεως.* Quae nota significat, in quibusdam exemplaribus pro *κτίσεως* scribi *πίστεως.* [*Κτίσεως* habent etiam Venet. MSt. MG. Stroth.; quare non dubitavi ipse illud recipere. Ceterum cf. *C. Chr. Woogii diss. de Melitone Sardium in Asia episcopo*, Lips. 1744. et *Pauli Historia Cerinthi* P. II. p. 31., citante *Danzio* p. 96. *H.*] — 6) *Καὶ λόγος αὐτοῦ περὶ προφητείας.* Rufinus haec cum verbis superioribus coniunxit hoc modo: *De fide et generatione Christi et de prophetis eius*, cui tamen non assentior. Rectius Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis hunc locum ita vertit: *Item de prophetia sua librum unum.* Certe Melitonem prophetam a plerisque habitum fuisse docet Tertullianus. Hieronymus in Melitone: *Huius*, inquit, *elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus ecclesiam pro Montano, dicit a plerisque nostrorum prophetam putari.* [Cf. supra not. 1. et 2. *H.*] — 7) *Καὶ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας.* Haec est scriptura codicis Regii, quam confirmat etiam Rufinus. Verum cum hic Melitonis liber de anima et corpore, iam antea commemoratus sit, quid opus est rursus eum hic recensere? Certe in codice Med. Fuk. et Savil. verba illa *καὶ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος* non habentur. Sed neque apud Hieronymum ac Nicephorum ulla eorum exstat mentio hoc loco. [Desunt denique apud MG. (Ion.) et Stroth. *H.*] Optimus tamen codex Maz. ea retinet, sed inverso ordine in hunc modum: *καὶ ὁ περὶ φιλοξενίας· καὶ ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος.* — 8) *Καὶ — Ἰωάννου* duos diversos libros esse ex Rufino et Hieron. colligitur. *H.* — 9) *Περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ.* Hoc in libro contendebat Melito, deum corporalem esse, idque ex variis scripturae locis comprobabat. Quem quidem Melitonis errorem merito reprehendit Origines in expositione in Genesim his verbis: *προδιαληπτέον πρότερον ποῦ συνίσταται τὸ κατ' εἰκόνα ἐν σώματι ἢ ἐν ψυχῇ. Ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες· ὧν ἐστὶ καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν θεόν· μέλη γὰρ θεοῦ ὀνομαζόμενα εὑρίσκοντες* etc. quae referuntur a Theodoreto in cap. 20. quaestionum in Genesim. Eundem Melitonis errorem observat Gennadius in libro de dogmatibus ecclesiasticis: *Nihil corporeum in trinitate credamus, ut Melito et Tertullianus.* [Eundem esse probare studet librum *περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ Danz.* de Euseb. p. 98 sq., quem commemoret Anastasius Sinaita in *Ὁδηγῷ* Cap. 13. p. 258. sub nomine *περὶ σαρκώσεως Χριστοῦ*, titulum obscuriorem clariore permu-

Ἀντωνῖνον βιβλίδιον [10]). Ἐν μὲν οὖν τοῖς [11]) περὶ τοῦ πάσχα, τὸν χρόνον καθ' ὃν συνέταττεν, ἀρχόμενος σημαίνει ἐν τούτοις· „ἐπὶ Σερουιλίου [12]) Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. Καὶ ἐγράφη ταῦτα.“ Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησὶν ἑαυτὸν συντάξαι. Ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα βιβλίῳ, τοιαῦτά τινα καθ' ἡμῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονέναι ἱστορεῖ· „τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον, νῦν διώκεται τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος, καινοῖς ἐλαυνόμενον δόγμασι κατὰ τὴν Ἀσίαν. Οἱ γὰρ ἀναιδεῖς συκοφάνται καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρασταί, τὴν ἐκ τῶν διαταγμάτων ἔχοντες ἀφορμήν,

---

tans. Sed sententiae Danzii prorsus quantum video, refragatur locus Origenes, quem attulit Valesius, et ubi disertis verbis dicitur, scripta quaedam reliquisse Melitonem quae proprie de hac ipsa quaestione agebant, utrum deus sit corporalis. Neque igitur recte *Danzius* l. l. inquit: „*Non enim video, quare in libro, qui proprie est de incarnatione Christi* (imo ex Origenis sententia de dei natura, utrum corporea nec ne), *non et aliae auctoris opiniones, ut h. l. de imagine divina, occurrere possint.*“ Multo autem minus equidem video, quod statim post scribit V. D. „*Certe, si de imagine divina omnis egisset liber, eius titulus esse debuisset* περὶ τοῦ ἐν σώματι θεοῦ. Ἐνσώματος *enim* θεὸς *est Christus, quatenus humano indutus corpore inter homines apparuit.*“ Christum enim vocari saepe et saepius ἐνσώματον θεὸν quam deum ipsum, illud facile largior, sed hoc vellem probasset Danzius, eum *solum* ita vocari, neque deum ita *posse* vocari. Rem se habere aliter, ipse Origenis locus docet. Itaque non possum recedere a sententia Valesii, cui dudum suffragati sunt *Ittigius de haeresiarch. primi et secundi seculi* p. 195 sq. et *Cotelerius* in *nott. ad scriptores apostoll.* p. 427. *H.*] — 10) Τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον. Id est libellus supplex. Sic videtur inscripta fuisse Melitonis apologia pro Christianis ad imp. Antoninum Verum, eo quod proprie esset libellus supplex imperatori oblatus. Idem etiam fuit titulus apologetici Iustini, ut patet ex fine posterioris apologetici, ubi Iustinus ita loquitur: καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμαι ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τουτὶ βιβλίδιον. Certe orationem illam Melitonis nihil aliud fuisse quam libellum precum oblatum imperatori, patet ex fragmento illo quod profert Eusebius ταύτην δέ σοι μόνην προσφέρομεν δέησιν, etc. — 11) Pro τοῖς Str. τῷ legit cum Steph. Ruf. (MSt.) Idem tamen coniecit, scripsisse Eusebium ἐν μὲν οὖν τῷ ά περὶ κ. λ. Cf. Epiph. haer. L, 1. *Woog.* l. l. p. 9. *Tillemont. Mémoires pour servir à l'histoire ecclesiastique* T. II. p. 672 sqq. *H.* — 12) Σερουιλίου. Ruf. *Sergium* appellat. *H.* —

φανερῶς λῃστεύουσι, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν διαρπάζοντες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας." Καὶ μεθ' ἕτερα φησί· „καὶ εἰ μὲν σοῦ κελεύσαντος ταῦτα [13]) πράττεται, ἔστω καλῶς γινόμενον. Δίκαιος γὰρ βασιλεὺς οὐκ ἂν ἀδίκως βουλεύσαιτο πώποτε. Καὶ ἡμεῖς ἡδέως φέρομεν τοῦ τοιούτου θανάτου τὸ γέρας. Ταύτην δέ σοι μόνην προσφέρομεν δέησιν, ἵνα αὐτὸς πρότερον ἐπιγνοὺς τοὺς τῆς τοιαύτης φιλονεικίας ἐργάτας [14]) δικαίως κρίνειας εἰ ἄξιοι θανάτου καὶ τιμωρίας ἢ σωτηρίας καὶ ἡσυχίας εἰσίν. Εἰ δὲ καὶ παρὰ σοῦ μὴ εἴη ἡ βουλὴ αὕτη καὶ τὸ καινὸν τοῦτο διάταγμα [15]), ὃ μηδὲ κατὰ βαρβάρων πρέπει πολεμίων, πολὺ μᾶλλον δεόμεθά σου, μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς ἐν τοιαύτῃ δημώδει λεηλασίᾳ." Τούτοις αὖθις ἐπιφέρει λέγων· „ἡ γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία πρότερον μὲν ἐν βαρβάροις ἤκμασεν [16]), ἐπανθήσασα δὲ τοῖς σοῖς ἔθνεσι κατὰ τὴν Αὐγούστου τοῦ σοῦ προγόνου μεγάλην ἀρχήν, ἐγενήθη μάλιστα τῇ σῇ βασιλείᾳ αἴσιον ἀγαθόν. Ἔκτοτε γὰρ εἰς μέγα καὶ λαμπρὸν τὸ Ῥωμαίων ηὐξήθη κράτος· οὗ σὺ διάδοχος εὐκταῖος γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδὸς [17]), φυλάσσων τῆς βασιλείας τὴν σύντροφον καὶ συνάρξα-

13) Ταῦτα Ruf. (Ion.) Stroth. τοῦτο Steph. Nic. (MSt. etc.) *H.* — 14) Ταύτης τῆς φιλονεικίας ἐργάτας: Male interpretes omnes haec Melitonis verba accepere de calumniatoribus Christianorum, cum de Christianis intelligi debeant, quos Melito vocat ἐργάτας φιλονεικίας, id est ἀσκητάς. Profitebantur enim Christiani pertinaciam et constantiam in tormentis et calumniis perferendis. Certe non de aliis quam de Christianis ipsis haec verba intelligenda esse, ex sequentibus apparet. Petit enim ab imperatore Melito, ut Christianorum causam prius ipse per se dispicere atque examinare velit, tum deinde statuat, utrum supplicio afficiendi sint, an potius conservandi. [Addo cum *Stroth.* *Uebers.* T. I. p. 294 not. 9: *Es versteht sich von selbst, dass Melito in Gedanken, das Wort im guten Sinne genommen.* *H.*] — 15) Καινὸν διάταγμα. cf. *Moshem.* *Comment.* p. 242. sq. *H.* — 16) Ἐν βαρβάροις ἤκμασεν. Sic nominat Iudaeos, apud quos primum exorta est Christiana religio. Atque ita loquitur etiam Iustinus in apologetico ni fallor, et Clemens Romanus in libro I. recognitionum. Hinc est, quod Porphyrius Christianorum sectam appellat βάρβαρον τόλμημα. Locus Porphyrii citatur ab Eusebio in libro VI. huius operis — 17) Γεγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδός. Ex hoc loco apparet Melitonem episcopum apologiam suam obtulisse M. Antonino post mortem Aurelii Veri. Nam si superstite adhuc Aurelio Vero, orationem hanc scripsisset Melito, mentionem illius procul dubio fecisset hoc loco, et pro verbis illis μετὰ τοῦ παιδὸς, dixisset omnino μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Nam L. Aurelius frater fuit adoptivus d. Marci. Cum igitur solum Marci Antonini filium, Commodum videlicet hic commemoret Melito, optetque ut cum illo quam diu-

μένην Αὐγούστῳ φιλοσοφίαν. Ἣν καὶ οἱ πρόγονοί σου πρὸς ταῖς ἄλλαις θρησκείαις ἐτίμησαν [18]). Καὶ τοῦτο μέγιστον τεκμήριον τοῦ πρὸς ἀγαθοῦ τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον συνακμάσαι τῇ καλῶς ἀρξαμένῃ βασιλείᾳ, ἐκ τοῦ μηδὲν φαῦλον ἀπὸ τῆς Αὐγούστου ἀρχῆς ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαντα λαμπρὰ καὶ ἔνδοξα κατὰ τὰς πάντων εὐχάς. Μόνοι πάντων [19]) ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων, τὸν καθ' ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταστῆσαι λόγον ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανός· ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκε ψεῦδος. Ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες ἐπηνωρθώσαντο, πολλάκις πολλοῖς ἐπιπλήξαντες ἐγγράφως, ὅσοι περὶ τούτων νεωτερίζειν ἐτόλμησαν. Ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδάνῳ δὲ τῷ

---

tissime imperet Marcus, manifestum est ut dixi, hunc apologeticum post mortem L. Veri Marco oblatum fuisse. Proinde in Eusebii chronico recte id refertur anno 10. Marci Antonini, anno scilicet post mortem L. Veri. *Antonino*, inquit, *imp. Melito Asianus Sardiensis episcopus apologeticum pro Christianis tradidit.* Cum Eusebii chronico consentit auctor chronici Alexandrini. Qui etiam hoc addit, Marcum Antoninum Melitonis aliorumque Christianorum antistitum supplicationibus permotum, scripsisse epistolam ad commune Asiae, qua vetabat ne quis imposterum Christianos religionis suae causa calumniaretur. Exstat haec epistola supra in cap. 13. huius libri. Ac laudandus est quidem auctor illius chronici, quippe qui recte animadverterit, epistolam illam non Antonino Pio, ut Eusebius crediderat, sed Marco potius esse tribuendam. In eo tamen fallitur, quod eandem epistolam anno decimo principatus M. Antonini scriptam esse existimavit. Scripta est enim anno primo eius imperii, ut colligitur ex anno 15. tribuniciae potestatis in eadem epistola praenotato. [Valesium non animadvertisse, Armeniaci nomen Marco, dum tribunitiam potestatem XV gereret, non datum esse, et scriptorem chronici Alexandrini in eo tantum peccasse, quod numerum tribunitiae potestatis XV prorsus mendosum retineret, pro quo legendum sit τὸ τρίτον καὶ εἰκοστὸν, id est, tribunitiae potestatis XXIII, monet *Pagi* Crit. T. I. p. 150. citante Readingo ad h. l. *H.*] — 18) Ἣν — — ἐτίμησαν ad Tiberii decretum de Christo inter deos referendo respicere coniecit *Lowthius.* vid. *Moshem. dissert. de studio Ethnicorum Christianos imitandi* in *Eiusd. Dissertt. ad hist. eccl. pertt.* Vol. I. p. 359. sq. *H.* — 19) Μόνοι πάντων Νέρων καὶ Δομετιανός. Idem scribit Tertullianus in apologetico cap. 5. *Reperietis*, inquit, *primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse.* Et paulo post: *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate.* Quibus haec subiungit: *Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum, edite aliquem debellatorem Christianorum. Quales ergo leges istae, quas adversus nos soli exercent impii, iniusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte frustratus est, quas nullus Hadrianus, nullus Pius, nullus Verus im-*

ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων φαίνεται. ὁ δὲ πατήρ σου [20]) καὶ σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν· ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς καὶ Ἀθηναίους, καὶ πρὸς πάντας Ἕλληνας. Σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην [21]) καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφωτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν ὅσα σου δεόμεθα.“ Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ δηλωθέντι τέθειται λόγῳ. Ἐν δὲ ταῖς γραφείσαις αὐτῷ ἐκλογαῖς, ὁ αὐτὸς κατὰ τὸ προοίμιον ἀρχόμενος τῶν ὁμολογουμένων τῆς παλαιᾶς διαθήκης γραφῶν ποιεῖται κατάλογον· ὃν καὶ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα καταλέξαι ἡγούμεθα, ἔχοντα ἐπὶ λέξεως οὕτως· „Μελίτων Ὀνησίμῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Ἐπειδὴ πολλάκις ἠξίωσας σπουδῇ τῇ πρὸς τὸν λόγον χρώμενος, γενέσθαι σοι ἐκλογὰς ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ σωτῆρος καὶ πάσης τῆς πίστεως ἡμῶν, ἔτι δὲ καὶ μαθεῖν τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων ἐβουλήθης ἀκρίβειαν, πόσα τὸν ἀριθμὸν καὶ ὁποῖα τὴν τάξιν εἶεν, ἐσπούδασα τὸ τοιοῦτο πρᾶξαι, ἐπιστάμενός σου τὸ σπουδαῖον περὶ τὴν πίστιν, καὶ φιλομαθὲς περὶ τὸν λόγον, ὅτι τε μάλιστα πάντων πόθῳ τῷ πρὸς θεὸν ταῦτα προκρίνεις, περὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας ἀγωνιζόμενος. Ἀνελθὼν οὖν εἰς τὴν ἀνατολὴν, καὶ ἕως τοῦ τόπου γενόμενος ἔνθα ἐκηρύχθη καὶ ἐπράχθη, καὶ ἀκριβῶς μαθὼν τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία, ὑποτάξας ἔπεμψά σοι· ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα· Μωϋσέως [22]) πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ [23]), Δευτερονόμιον. Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥούθ· Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο. Ψαλμῶν Δαβὶδ [24]), Σο-

---

pressit. — 20) Ὁ δὲ πατήρ σου. **Rescriptum quidem Antonini Pii pro Christianis hodie non exstat. Sed eius mentio fit in rescripto M. Aurelii Antonini ad civitates Asiae, quod supra retulit Eusebius cap. 13. huius libri. Porro hunc locum ita scribi mallem:** ὁ δὲ πατήρ σου, καὶ σοῦ τὰ πάντα συνδιοικοῦντος αὐτῷ. **[Confirmat hoc Nic.** *H.*] — 21) Σὲ δὲ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην. **His verbis Melito designare videtur epistolam M. Antonini, ad commune Asiae datam pro Christianis, in qua inter cetera leguntur haec verba:** καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ προέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρός μου γνώμῃ. — 22) Μωσέως **Steph. Nic.** *H.* — 23) Λευιτικὸν, ἀριθμοί. **In nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. nec non apud Nic. [et Str.** *H.*] **inverso ordine legitur** ἀριθμοὶ, Λευιτικόν. **Atque ita Rufinus in suis exemplaribus scriptum invenerat, ut ex versione eius apparet,** *Moysi libri quinque, Genesis, Exodus, Numeri, Leviticus, Deuteronomium.* **Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis ecclesiae.** — 24) Δαυὶδ **semper esse scribendum monuit** *Montefalconius* **in** *biblioth.*

λομῶνος Παροιμίαι, ἢ καὶ Σοφία 25), Ἐκκλησιαστὴς, ᾎσμα ᾈσμάτων, Ἰώβ. Προφητῶν, Ἠσαΐου, Ἱερεμίου· τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ. Δανιὴλ, Ἰεζεκιὴλ, Ἔσδρας. Ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην, εἰς ἓξ βιβλία διελών." Καὶ τὰ μὲν τοῦ Μελίτωνος τοσαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ.

Περὶ Ἀπολιναρίου τοῦ τῆς Ἱεραπολιτῶν ἐκκλησίας ἐπισκόπου.

(Nic. H. E. IV, 11.)

Τοῦ δὲ Ἀπολιναρίου 1) πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· λόγος ὁ πρὸς τὸν προειρημένον βα-

---

Coisl. p. 50. cf. *Suicer.* Thes. T. I. p. 823 sq. *Δαβίδης* et *Δαυΐδης* legitur in Nicol. Damasc. Historiarum excerptt. et fragmm. p. 114. 134. ed. *Orell.* cf. Knapp: *Commentatio Isagogica praefixa editioni N. T. III.* p. XLIV. Gesenius *Lehrgebäude der hebräischen Sprache* p. 51. *H.* — 25) *Ἡ σοφία.* Hunc locum restituimus ex fide veterum codicum Regii, Maz. Med. Fuk. et Saviliani, quibus subscribit etiam Nicephorus *Σολομῶνος παροιμίαι, ἢ καὶ σοφία.* [Et Bong. *H.*] Sed et Rufinus hanc lectionem confirmat, ita vertens: *Salomonis proverbia, quae et sapientia.* Certe veteres paene omnes proverbia Salomonis, sapientiam vocabant, interdum et sapientiam panareton. Vide quae supra notavimus ad cap. 22. Dionysius Alexandrinus *ὅτι κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις, ὡς ἡ σοφὴ βίβλος ἐμήνυσε.* Quae Dionysii verba referuntur in cap. 28. catenae in Iob. Auctor itinerarii Hierosolymitani: *Ibi etiam constat cubiculus, in quo Salomon sedit et sapientiam descripsit.* [*Καὶ* pro antiquo additamento habebat, et si quid mutandum esset ἤ pro ἢ scribendum putabat *Stroth. deutsche Uebers.* T. I. p. 298 not. 2. Sed recte ipse mutavit sententiam in editione graeca ad h. l. Neque tamen ἦ, sed ἡ ibidem legit, fortasse rectius quam Val. ἢ. *H.*]

Cap. XXVII. 1) *Τοῦ δ' Ἀπολιναρίου.* In manuscriptis codicibus Maz. Med. et Fuk. nulla hoc loco fit capitum distinctio. Sed caput hoc 27. quod est de Apollinare, ut sequens caput, quod est de Musano, attribuuntur capiti 26. cujus titulus est hic in manuscriptis codicibus: *περὶ Μελίτωνος, καὶ ὧν αὐτὸς ἐμνημόνευσεν Ἀπολιναρίου καὶ Μουσανοῦ.* Quam distinctionem secutus est etiam Rob. Stephanus in contextu hujus libri. Nam in indice quidem capitulorum qui praefixus est huic libro, Regium codicem secutus, tria haec capita distinxerat, unum scilicet de Melitone, aliud de Apollinare, aliud de Musano. In ipso autem corpore seu contextu libri, Medicaeum secutus codicem, quem in capitulorum numeris ad marginem libri notandis semper sequi solet, unum tantum duo capitula

διαλέξεις καὶ τὰ ὑπὲρ Ἑλλήνων συγγράμματα πέντε. Καὶ περὶ ἀληθείας πρῶτον καὶ δεύτερον, καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον [2]. *Καὶ ἃ μετὰ ταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης* [3]) *χρόνον· τότε γε μὴν*

---

distinctionem apposuit, sed tria capita in unum contulit, quod est de Melitone. Nos Regii codicis auctoritatem secuti, tria haec capita distinximus, quod etiam ante nos fecerant typographi Genevenses. Certe Regius codex non solum in indice capitulorum qui libro praefixus est, verum etiam in corpore tria haec capita distinguit, modicis intervallis finem unius capituli et alterius initium relicto. Sed et Rufinus haec tria capitula seiunxit. Ceterum etsi in codice Mazarino nulla sit hoc loco novi capitis distinctio, ad latus tamen adscripta sunt haec verba eadem manu *περὶ Ἀπολιναρίου*. Et paulo post ad illa verba *καὶ Μουσανοῦ δὲ*, scriptum est in margine *περὶ Μουσανοῦ*. — 2) *Καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον*. Absunt haec a nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. Sed neque Rufinus ea in exemplaribus suis legerat, ut ex versione eius apparet, sed nec Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ubi omnes Apollinaris libros recenset, huius libri contra Iudaeos mentionem facit. Nicephorus tamen eius operis meminit. [Retinuit Stroth. illa verba, quia fieri potuerit, ut errore circa *ὁμοιοτέλευτα* omitterentur. *H.*] — 3) *Μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης*. Christophorsonus vertit: *Quae non multo post tempore de integro renovata*. Quam interpretationem probare non possum. Langus vero et Musculus fere eundem sensum ambo secuti sunt. Sic enim Langus: *Et quae praeterea adversum Phrygum haeresim composuit quae non multo post res novas in ecclesiam induxit*. Musculus vero in hunc modum: *Quae non multo post tempore insolescere coepit*. Possis etiam ita vertere: *Quae non multo postea apertius publicata est*. [Vertendum: *contra Cataphrygum haeresin, quae nova dogmata — temere proposuit*; Aoristo Passivi posito pro Medio cap. 7, ubi vid. not. 19. cf. Eur. Troad. v. 484. *ἐγαμήθην* pro *ἔγημον* aut *ἐγημάμην*. Vid. *Matthiae ausf. gr. Gr.* p. 926. 493. p. 935, 6. *Winer* neut. Gr. p. 112, 2 Praeterea *Stroth. deutsche Uebers.* T. I p. 299 not. 4. haec scripsit: *Dies* (*καινοτομεῖν*) *ist der ordentliche Gegensatz von ὀρθοτομεῖν, und das wahre eigentliche Wort, welches soviel heisst, als neue oder irrige Meynungen aufbringen. — zur dienstlichen Nachricht für gewisse Stümper, dass sie nicht aus Unkunde des Sprachgebrauchs etwa noch ein neues Wort σχολιατομεῖν machen, so wie sie mit dem Worte Heterodoxie unzufrieden bald Scoliodoxie, bald Kakodoxie haben wollen. Ein sicherer Beweis, dass sie keinen der ältesten Kirchenschriftsteller, die schon immer jenes Wort brauchen, gesehen haben, und die Sprache dazu nicht verstehen.* Puto tamen in his etiam nonnulla inesse, quae sine illo impetu nescio quo circumspectius debebat disserere Strothius. Quamvis enim tum hoc loco tum supra eo, quem dixit, V. D. sensu *καινοτομεῖν* legatur, tamen illud falsum est, quod contendit, *per se ac sua vi* oppositum esse *καινοτομεῖν* verbo *ὀρθοτομεῖν* (cf. 2 Tim. II, 15. Vales. ad Euseb. H. E. IV, 3 not. 2), imo illud nonnisi inde solet in patrum ecclesiasticorum scriptis fieri, quia isti tam tenaciter et mordicus tenebant doctrinam ec-

ὥσπερ ἐκφύντων ἀρχομένης, ἔτι [4]) τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφήτισιν ἀρχὰς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου [5]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ.

Περὶ Μουσανοῦ καὶ ὧν οὗτος συνεγράψατο.

(Nic. H. E. IV, 11.)

Καὶ Μουσανοῦ δὲ, ὃν ἐν τοῖς φθάσασι κατελέξαμεν, φέρεται

---

clesiae prisca quadam vetustate sacratam ut, si quis vel paucula innovare in illa cuperet, *eo ipso* falsa et detestanda dogmata effutire crederetur. Cf. *Suicer.* Thes. T. II. p. 508 sq. s. v. ὀρθοτομεῖν. Hinc omnibus ac singulis locis facile docet ipsa contexta oratio, quo sensu illud verbum dictum sit. Cf. cap. 28. ξένην τε καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσαν. Iam vero per se nihil potest esse voci καινοτομεῖν oppositum nisi: studiosiorem esse dogmatum et institutorum antiquorum, iusto tenaciorem esse laudatorem temporis acti, et quamvis tum qui καινοτομεῖ tum qui (sit venia verbo!) παλαιοτομεῖ, semper iustos rerum fines transiliet, ultra quos citraque rectum consistere nequit, tamen uterque falsa et perversa afferat per se non est necesse, cum usu saepius evenerit, ut vel nimium antiquitatis studium meliora certe novis, vel novitatis pruritus meliora certe antiquis attulerit. Ceterum neque illud verum est, semper apud patres malo illo sensu et peiori etiam, ut vidimus, eo quem verbo illi tribuunt scriptores profani, legi καινοτομεῖν. Docere illud possum certe uno loco ipsius Euseb. H. E. II, 2 in. ubi τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα ipse Strothius simpliciter vertit: *Das was bei ihnen Neues vorgefallen war.* Neque enim Romani provinciarum et ipsius Iudaeae praesides ex antiqua illa lege, cuius l. l. mentionem facit Eusebius, referre imperatoribus debebant, falsas opiniones et dogmata, quas in provinciis invaluisse cognoverant, certe ante omnia quaerendum iis erat, utrum aliquid inde detrimenti capere posset respublica Romana. Itaque τὰ παρὰ σφίσι καινοτομουμένα nihil esse potest, nisi quod ipse Stroth. vertendo expressit, et quod l. l. statim post legitur: ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων i. e. omnium eorum, quae recentius evenerant, et reipublicae saluti vel prodesse vel obesse viderentur. Neque alia de re ad Tiberium Pilatus retulit, si retulit, nisi ut Eusebius ipse testatur, de Christi miraculis, resurrectione, deque multorum in eum fide, quae utrum vera an falsa, nihil pertinebat ad Pilatum, ex ipso Christo quaerentem: τί ἐστιν ἀλήθεια; Ioh. XVIII, 38. *H.* — 4) Pro ἔτι Str. legendum coniicit ἤδη cf. Stroth. ad III, 10 not. 92. ἐπὶ exstat in Grut. et Cast. *H.* — 5) Τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦδε λεκτέον. Haec est scriptura codicis Regii. Sed cum haec verba nec in reliquis codicibus Max. Med. et Fuk. nec apud Rufinum legantur, ea expungere non sum veritus. [Quod voluit facere Valesius, ego vere feci cum Strothio. *H.*]

τος ἐπιστρεπτικώτατος λόγος [1]) πρός τινας αὐτοῦ γραφεὶς ἀδελφούς, ἀποκλίναντας ἐπὶ τὴν τῶν λεγομένων Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν ἄρτι τότε φύειν ἀρχομένην, ξένην τε καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσαν ἐν τῷ βίῳ [2])· ἧς παρεκτροπῆς [3]) ἀρχηγὸν καταστῆναι Τατιανὸν λόγος ἔχει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ.

Περὶ τῆς κατὰ Τατιανὸν 1) *αἱρέσεως.*

Οὗ μικρῷ πρόσθεν τὰς περὶ τοῦ θαυμασίου Ἰουστίνου παρατεθείμεθα λέξεις, μαθητὴν αὐτὸν ἱστοροῦντες τοῦ μάρτυρος. Δηλοῖ δὲ τοῦτο Εἰρηναῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς τὰς αἱρέσεις, ὁμοῦ τά τε περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως οὕτω γράφων· „ἀπὸ Σατορνίνου [2]) καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι Ἐγκρατεῖς ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ θεοῦ, καὶ ἠρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος· καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι θεῷ·

Cap. XXVIII. 1) *Ἐπιστρεπτικώτατος λόγος.* Musculus et Christophorsonus Rufini interpretationem secuti verterunt *elegantissimus.* Mihi tamen magis placet interpretari *acerrimum, vehementissimum.* Possis etiam vertere *objurgatorium.* Idem enim est ἐπιστρεπτικὸς ac νουθετικός. [Neutram interpretationem esse veram, bene monet *Dans.* de Euseb. p. 100. qui potius ἐπιστρ. λόγον esse dicit vel *librum summa cura elaboratum* vel *convertendis aliter sentientibus utilissimum.* Illud teste Hesychio, qui ἐπιστρέφεσθαι esse dicit. φροντίδα ποιεῖν, hoc quia ἐπιστρέφειν est quoque saepissime *reducere in viam.* Prius mihi magis placet. Similiter enim ἐπιστρέφεια dicitur *sollertia, industria* a Cyrill. Alex. in Cap. XI. Hoseae p. 166. cf. *Suicer.* Thes. I. p. 1194. *H.*] Nicephorus vero cum ea vox ipsi displiceret, ἀποτρεπτικὸς pro ea substituit minus recte. — 2) *Εἰσάγουσαν ἐν τῷ βίῳ.* Nostri codices Maz. Med. et Fuk. scriptum habent εἰσάγουσαν τῷ βίῳ absque praepositione, quod mihi videtur elegantius. Codex quoque Savilii praepositionem non habet. [Nec Nic. nec Stroth. *H.*] — 3) *Ἧς παρεκτροπῆς.* Ab his verbis in codice Mazarino incipit caput 29. Quod quidem caput non 29. sed 27. in illo codice nominatur, ob rationem quam supra dixi.

Cap. XXIX. 1) *Περὶ Τατιανοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱ.* Stroth. *H.* — 2) *Ἀπὸ Σατορνίλου.* In codice Maz. Med. Fuk. et Saviliano nec non apud Nicephorum legitur *Σατορνίνου.* Epiphanius et Theodoretus Saturnilum vocant. Hegesippus quoque haereticos ab eo cognominatos Satur-

ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ. Καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη 3) παρ' αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφ' ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς 4) καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας, τὸν γάμον τε, φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας, τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν 5) ποιησάμενος." Ταῦτα μὲν ὁ Εἰρηναῖος τότε· σμικρῷ δὲ ὕστερον Σεουῆρός 6) τις ὄνομα κρατύνας τὴν προδεδηλωμέ-

---

miliiano dixit supra in cap. 22. — 3) Καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη. Iam supra monuimus, νῦν apud Graecos interdum idem valere ac *nuper*. Ita etiam hoc loco sumitur ab Irenaeo. — 4) Οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθείς. Hieronymus in libro de scriptoribus ecclesiasticis vertit: *inflatus eloquentiae tumore*. Itaque Hieronymus διδάσκαλον magistrum eloquentiae hic intellexit, cuiusmodi fuisse Tatianum, priusquam ad Christi fidem transiisset, supra ex Theodoreto et Eusebio notavimus. [Vid. *Ittigius de haeresiarch. primi et sec. seculi* p. 203—209. cf. Euseb. H. E. V, 13. *H.*] Quibus etiam addi potest Victor Capuanus episcopus in praefatione ad harmoniam evangelicam Ammonii atque Tatiani. Verum hoc in loco doctorem ecclesiasticum intelligi malim. Quod confirmant sequentia Irenaei verba: ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο. [Valesius recte Readingo in Corrigendis ad oram annotationum scripsit οἰήματι. *H.*] — 5) Τὴν αἰτιολογίαν. Ad oram codicis Maz. adnotatum est eadem manu Γρ. ἀντιλογίαν. Quae nota indicat, in aliis exemplaribus scribi ἀντιλογίαν. [Ita Stroth. qui alibi quoque (cf. Eus. de vita Const. IV, 35.) permutari voces illas monet. *H.*] Quam lectionem confirmat vetus interpres Irenaei. Certe Irenaeus paulo ante de Encratitis ita dixit: ἀντιλέγουσι δὲ τῇ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ. Rufinus vulgatam tamen lectionem tuetur. In codice Fuk. scriptum inveni τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ ἀναγορεύσας. Savil. vero ad oram sui libri ita emendarat: σωτηρίᾳ ἀναγορεύσας, παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν ἐποιήσατο. Quam coniecturam probare nullo modo possum. Porro verbum illud ἀναγορεύσας quod in Fuk. et Savilii libris habetur, huc translatum est ex praecedenti linea, ubi legitur τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως ἀναγορεύσας. Illic enim ipso verbo ἀναγορεύσας, codex. Med. habet ἀπαγορεύσας. Et ad oram codicis Maz. annotatum est eadem manu Γρ. ἀπαγορεύσας. — 6) Μικρῷ δὲ ὕστερον Σεουῆρος. Epiphanius hunc Severum antiquiorem facit Tatiano, male, ut ex hoc Eusebii loco convincitur. Certe Irenaeus nullam huius Severi mentionem facit. Recte ergo Theodoretus in libro primo haereticarum fabularum, Severum Tatiano postposuit. [Sua non Irenaei verba referre Eusebium, patet jam ex his ὁ καὶ — μέσεται. Perperam igitur

νην αἵρεσιν, αἴτιος τοῖς ἐξ αὐτῆς ὡρμημένοις, τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρατραπείσης Σευηριανῶν προσηγορίας γέγονε. Χρῶνται μὲν οὖν οὗτοι νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις, ἰδίως ἑρμηνεύοντες τῶν ἱερῶν τὰ νοήματα γραφῶν· βλασφημοῦντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι. Ὁ μέντοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων 7) τοῦτο προσωνόμασεν. Ὃ καὶ παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. Τοῦ δὲ

---

ad Irenaeum retulit Ruf. Cf. *Heig*. l. l. p. 216. sq. XV. et p. 209. sq. H.] — 7) Τὸ *διὰ τεσσάρων*. Exstat hodieque hoc opus Tatiani cum harmonia evangeliorum Ammonii Alexandrini in tomo 7. bibliothecae patrum, ut observavit Baronius ad annum Christi 174. Epiphanius in haeresi 46. hoc opus Tatiani a quibusdam dicit vocari evangelium secundum Hebraeos. Sed fallitur aut ipse Epiphanius, aut ii qui ita sentiebant. Etenim evangelium illud secundum Hebraeos, antiquius est Tatiano. Quippe Hegesippus qui aliquot annis Tatianum antecessit, evangelii secundum Hebraeos mentionem fecerat, ut scribit Eusebius supra cap. 22. Papias quoque historiam quandam ex eodem Hebraeorum evangelio petitam, in suis libris narraverat, teste Eusebio in fine libri tertii. Denique multa citantur a Hieronymo ex evangelio Hebraeorum, quae hodie non leguntur in illo evangelio Tatiani. In eo quidem consentiebant duo haec evangelia, quod genealogiam Christi expunxerant. Nam de Hebraeorum evangelio id diserte testatur Epiphanius in haeresi Nazaraeorum. De Tatiani autem evangelio idem ait Theodoretus in libro primo haereticarum fabularum. [Cap. 20. *τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν κύριον δείκνυσιν.* H.] Porro quod scribit Hieronymus in epistola ad Algasiam, Theophilum Antiochenum episcopum quatuor evangelistarum dicta in unum corpus compegisse, vereor ne memoria lapsus sit, Theophilo tribuens quod Tatiano competebat. Potuit tamen etiam Theophilus eiusmodi opus elaborare. Nam et Ammonius Alexandrinus evangelium *διὰ τεσσάρων* composuit, insertis in Matthaei evangelium reliquorum trium evangelistarum excerptis, ut testatur Eusebius in epistola ad Carpianum, quam evangeliorum canonibus praefixit. De hoc Tatiani evangelio sensit s. Ambrosius in prooemium Lucae, cum ait de haereticis: *Plerique etiam ex quatuor evangelii libris in unum ea quae venenatis putaverunt assertionibus convenientia, referserunt.* Ceterum quod Baronius observavit, opus hoc Tatiani quod *διὰ τεσσάρων* vocabatur, hodie exstare in tomo 7. bibliothecae patrum, diligentius inquirendum est. Ego certe re attentius examinata tandem deprehendi, opus illud quod post Ammonii harmoniam editum esse dixi, longe differre ab evangelio Tatiani. Quippe opus illud, sicut lectio ipsa indicat, nihil aliud est quam paraphrasis quatuor evangeliorum, seu potius epitome eleganter conscripta ab homine catholico. At evangelium Tatiani ipsismet evangelistarum verbis contextum fuit, resectis duntaxat iis quae

ἀποστόλου φησὶ τολμῆσαι τινὰς αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων. Ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος, ὁ πρὸς Ἕλληνας, ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων προγενέστερον Μωϋσέα 8) τε καὶ τοὺς Ἑβραί-

---

ad Davidicam Christi genealogiam spectant. Praeterea in opere illo quod editum est, Christus filius David dicitur non semel. [Hoc argumento Valesii solo, ut ei assentiretur, motus est *Ittig. de haeresiarchis prim. et sec. seculi* p. 202. *H.*] Denique tres anni praedicationis Christi in illo opere distinguuntur, cum veteres annum duntaxat unum praedicationi Christi tribuerint. Sed neque verius est, quod ibidem affirmat Baronius eumque secutus Bellarminus, harmoniam illam quatuor evangeliorum, quae priore loco relata est, a Victore Capuano, et in quam Zacharias Chrysopolitanus commentarios scripsit, opus esse Ammonii Alexandrini. Nam opus quidem Ammonii nihil aliud erat, quam evangelium Matthaei, cuius singulis capitulis adiuncta erant ad latus capitula aliorum trium evangelistarum, quae cum Matthaei consentiebant evangelio. Itaque opus illud per columnas divisum erat, perinde ac Origenis tetrapla. Et interdum quidem unus duntaxat, interdum duo, interdum tres evangelistae e regione Matthaei erant adpositi. Interdum vero neminem habebant adiunctum in iis scilicet locis in quibus Matthaeus proprie ac singulariter loquitur. Quae res Eusebio Caesariensi posthac causam dedit, ut canones suos ex cogitaret. Docet hoc Eusebius ipse in epistola ad Carpianum: Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς συμφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. Vides ut Eusebius diserte dicat, Ammonium in suo διὰ τεσσάρων evangelio, ex adverso Matthaei trium aliorum evangelistarum concordantia apposuisse capitula. Et aliorum quidem trium evangelistarum, hoc est, Marci, Lucae et Ioannis interruptam fuisse seriem dictionis, nec eo quo scripserunt ordine adscriptam, sed ad Matthaei evangelium accommodatam esse ab Ammonio, solum vero Matthaei evangelium continua serie positum illis fuisse, prout a Matthaeo editum fuerat. Atqui in harmonia illa quae a Victore Capuano prolata est, nihil huiusmodi cernitur. Alterius igitur sit auctoris oportet quam Ammonii Alexandrini. [Vid. *Hug. Einleitung ins N. T.* T. I. p. 46 sqq. *Paulus Commentar über das N. T.* Tom. I. p. 109. sqq. p. 110 * p. 277 ** cf. *Fabric. Cod. Apocryph. N. T.* Tom I. p. 346 sqq. p. 368 sqq. p. 377. * *Augusti Denkwürdigkeiten a. d. christl. Archaeol.* T. VI. p. 128 sqq. et quos laudat *Stroth. Uebers.* T. I. p. 303 sq., *Cavei* Hist. litt. T. I. p. 47. *Rich. Simon* Hist Crit. du N. T. p. 74. 149. *Tenzel. dissert. select. part.* I. p. 224. *Walch. Ketzergeschichte* T. I. p. 429. *Michaelis Einleit. in die Schriften des N. T.* p. 1062. *H.*

ὧν προφήτας ἀπέφηνεν, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τούσδε, τοιαῦτα ἦν [9]).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ.

Περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων.

(Nic. H. E. IV, 11.)

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας πληθυνουσῶν [1]) τῶν αἱρέσεων ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν [2]), Βαρδησάνης [3]) ἱκανώτατός τις ἀνὴρ, ἔν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος, πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα καί τινας ἑτέρους διαφόρων προϊσταμένους δογμάτων, διαλόγους συστησάμενος, τῇ οἰκείᾳ παρέδωκε [4]) γλώττῃ τε καὶ γραφῇ, μετὰ καὶ πλείστων [5]) ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων· οὓς οἱ γνώριμοι (πλεῖστοι δὲ ἦσαν αὐτῷ δυνατῶς τῷ λόγῳ παρισταμένῳ) ἐπὶ τὴν Ἑλλήνων ἀπὸ τῆς Σύρων μεταβεβλήκασι φωνῆς. Ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον [6]) ἱκανώτατος [7]) αὐτοῦ

— 8) *Μωσέα* Steph. *H.* — 9) *Τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἦν.* Absunt a nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. [et a Ruf. (Ion.) *H.*] hae duae voces *καὶ τοσαῦτα.*

Cap. XXX. 1) *Πληθυνουσῶν.* Tres codices Maz. Med. et Fuk. *πληθουσῶν* habent, quod non probo. — 2) *Ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν.* Post haec verba virgulam ponunt tum scripti codices omnes, tum Nic. ac Ruf. Sic enim vertit: *Per idem tempus innumeris haeresibus ubique pullulantibus et praecipue apud Mesopotamiam,* etc. Certe Tatianus a quo Encratitarum haeresis instituta est, vixit in Mesopotamia, ibique errorem suum disseminavit, ut testatur Epiphanius. Idque ex eo colligitur, quod scribit Theodoretus, se plusquam ducentos evangelii ab illo compositi codices in ecclesiis Osdroënae reperisse. Potest tamen hic locus etiam aliter interpungi, apposita scilicet virgula post vocem *αἱρέσεων*, et expuncta altera quam diximus virgula. Quam interpunctionem secutus videtur Hieronymus in catalogo. Codex Regius utrobique virgulam habet. — 3) *Βαρδησάνης.* De Bardesane maxime perspicue agit Orig. contra Marcion. p. 70. ed. *Wetst.* Sigillatim de eo scripserunt *Fr. Strunzius* in Historia Bardesanis et Bardesanistarum et *Is. Beausobre* Historia Manichaeorum Vol. II. p. 128. *A. Hahn.* Bardesanes Syrorum primus hymnologus Lips. 1819. 8. *H.* — 4) *Οἰκείᾳ παραδέδωκε γλώττῃ.* In codice Maz. Med. et Fuk. legitur *ἰδίᾳ παρέδωκε γλώττῃ.* [Str. *τῇ οἰκεῖᾳ παραδ. γ.* cum Steph. (MSt. etc.) *H.*] — 5) *Μετὰ καὶ πλείστων αὐτοῦ.* Codex Med. et Maz. Fuk. et Sav. una voce auctiores sunt *πλείστων ἑτέρων αὐτοῦ συγγραμμάτων.* Quod confirmat Nicephorus. — 6) *Ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον.* Hieronymus in catalogo de Bardesane: *Scripsit infinita adversus omnes paene haereticos, qui aetate eius pullulaverant. In quibus clarissimus ille est fortissimus liber, quem M. An-*

περὶ εἱμαρμένης διάλογος, ὅσα τε ἄλλα φασὶν αὐτὸν προφάσει τοῦ τότε διωγμοῦ συγγράψαι. Ἦν δ' ἄρα 8) οὗτος πρότερον τῆς κατὰ Οὐαλεντῖνον σχολῆς, καταγνοὺς δὲ 9) ταύτης, πλεῖστά τε τῆς κατὰ τοῦτον μυθοποιΐας ἀπελέγξας, ἐδόκει μέν πως αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπὶ τὴν ὀρθοτέραν γνώμην μετατεθεῖσθαι, οὐ μήν γε παντελῶς ἀπεῤῥύψατο τὸν τῆς παλαιᾶς αἱρέσεως ῥύπον. Ἐν τούτῳ γεμὴν καὶ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Σωτὴρ τελευτᾷ 10).

Τοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου τετάρτου τέλος.

---

tonino de fato tradidit. Dubitari tamen potest utrum Antoninus imp. an potius aliquis ex Bardesanis sodalibus hic intelligatur. Neque enim verisimile est, Bardesanem libros suos Syro sermone scriptos imperatori Romano nuncupasse. Adde quod Eus. in lib. VI. de praeparatione Bardesanem dialogos suos sodalibus ac familiaribus nuncupasse significat. Ubi et luculentissimum affert fragmentum ex illo Bardesanis libro de fato, ex quo colligitur Bardesanem in eo libro cum Philippo quodam esse collocutum. [Contra Abidem astrologum scriptum esse dialogum illum, observavit *Stroth.* Uebers. T. I. p. 305 not. 1. *H.*] — 7) Ἱκανώτατος διάλογος Hieronymus *fortissimum* vertit: Ruf. *potentissimum.* Eodem modo vetus interpres Irenaei in lib. III. contra haereses, ubi de Clementis epistola ad Corinthios loquitur: ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν, vertit *potentissimum epistolam.* — 8) Ἄρα deest apud Stroth. *H.* — 9) Καταγνούς τε. Rectius in codice Med., Maz. et Fuk. legitur καταγνοὺς δέ. [Δὲ legit etiam Ruf. et Stroth. *H.*] — 10) Pro τελευτᾷ quam lectionem utrum in suis libris invenerit, Valesius haud indicavit, Str. legit τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, quod ipse praetulerim cf. Herod. I, 117. μόρῳ χρῆσθαι i. e. mori. Ad rem cf. *Pears.* de annis episc. R. p. 315. *Pagi* Crit. T. I. p. 175. citante *Readingo* ad h. l. *H.*

LIPSIAE,
EX OFFICINA HIRSCHFELDII.